

ORATIONES DEMOSTHENIS, QUOT  
 QUOT AB ERUDITIS PARTIM

*ante complures annos, partim recens conuersas nancisci potuimus,  
 in studiosorum gratiam hoc Volumine coniungere  
 uisum est. Sunt autem hæ :*

- Olynthiacæ tres, Philippo Melanchthone  
 Eadem, quodam uiro docto  
 Prima Olynthiaca, Ioachimo Camerario  
 Secunda, Christophoro Hegendorphino  
 Tertia Olynthiaca, quodam bene docto  
 Philippicæ quatuor, Christophoro Hegendorphino  
 Philippicæ tres, quodam erudito  
 Philippica prima, quodam bene docto  
 Oratio de Pace, D. Iustino Goblero  
 Oratio de curatione Reipub. Ioach. Camerario  
 Oratio de Clafsibus, Ioanne Lonicero  
 Oratio de Rhodiorum libertate, Christ. Hegendorphino  
 Oratio funebris, Ioan. Lonicero  
 Oratio de Corona, innominato quodam  
 Eadem, Leonardo Arétino  
 Oratio de euentita legatione, innominato  
 Oratio contra Leptinem, Petro Nannio  
 Oratio contra Androtionem, Balsiano Lando  
 Oratio contra Aristogitonem prior, Phil. Melanchth.  
 Oratio contra Aristogit. posterior, Vito Vinshemio  
 Contra Aphobum Orationes duæ, Ioanne Lalamantio  
 Heduo,
- } Interprete.





Non expiabile flagitiū designasse uideri possim, mi Carine, quod primam Demosthenis Olynthiacam sumpsisti uertendam in latinam linguam. Nam ut nemini plebeio pictori Alexandrum imitari licuit, ita summum artificem Demosthenes requirebat. Quis enim exprimat & effingat tum uim, tum uenustatem optimæ orationis, nisi quem Demosthenē alterum finxerit natura? Nos bellè nobiscum agi putamus, cum hoc cōtigit, ut admirari hoc genus opera possimus. Porro cum alioqui in scholis enarrarem hanc orationem, pro mea consuetudine uerti, ut sententiam meis uerbis, quanquam procul, auditoribus ostēderem, neque facile dixerim, quantum ipse mihi displiceam, quoties ad græcam confero. Quare cum uiderem futurum, ut ederent chalcographi, curauimus adijci tum fortè & à Ioachimo uersam, quæ aliqua ex parte sarciret ea, quæ in nobis desiderabūtur. Mittimus autem ad te, ut habeas & utriusque *μνημόσυνοϛ*, & amoris nostri erga te pignus. Vale.

## PHILIPPVS ENGENTINVS

Lectori,

Inuisos contra quanta ui saepe tyrannos  
 Orator medio dixerit ille foro,  
 Ista docent uelut incerti præludia belli,  
 Hic ubi patronum diues Olynthus habet.  
 Protinus agnosces inspecto hic ungue leonem,  
 Quem tulit Actæo Pallas amica sinu.  
 Quod si fortè togam Demosthenis omnia talem,  
 Induerent, posset Tullius esse minor.  
 Hunc cultum poterit certè præstare Philippus,  
 Qui gustum mira dexteritate dedit.



# DEMOSTHENIS OLYNTHIACA

PRIMA, PHILIPPO ME  
lanchthone interprete.



ROCVLDVBIO MAGNO EMERITIS RATIONEM, qua perspicuum fieri possit, quid in hoc negotio, de quo deliberatis, Reipub. conducat. Quando igitur tantopere sollicitos uos hæc cura habet, cupidè audire debetis eos, qui consilium uobis pollicentur. neq; enim tantum facultas fuerit cognoscere, si quid nos meditati attulerimus, quod in rem uestram sit: sed facit urbis sclicitas, ut multa utiliter in re præsentis dicitur in mentem ueniant.

*Attentio à magnitudine rei.*

Proinde facile fuerit deligere, atq; ex uarijs sententijs excerpte, quod maximè proficit. Porro hoc tempore tantum non res ipsa loquitur, oportere uos hanc causam suscipere, si quam modo salutis uestre rationem habetis. Verum in tantis rebus gerendis non satis strenuè aduigilamus. Ego quidem sic censeo, auxilium decerni debere, & comparari copias primo quoq; tempore, ut dubijs rebus medeamini, ne rursus desimus ipsi nobis, ut antea sæpe. Mittendi etiam legati, qui polliceantur auxilium, & coram Olynthios confirmet, ne Philippus (est enim non uulgaris ueterator, & uti foro nouit) technis suis illos à nobis abalienet. circumueniet enim callidè, quædã alicubi concedendo, alicubi minitendo per occasionem. calumniabitur & absentiam nostram, fidemq; nostram in suspicionem adducet, dum peruertat omnia, & rei summam ad se retrahat.

*Propositiuo.*

Quin etiam hoc spectandum est, quòd uestris commodis id nunc maximè opportunum est, quod alias in primis obesse solet. Nam quòd penes unum Philippum rerum omnium summa, cõsilia publica & arcana sunt, & quòd apud exercitum unus omnia tenet & moderatur, & quaqua te uerteris, ab uno pendent omnia, ad bellum gerendũ, & ad urgendas belli temporibus occasiones, magnũ illud momentum habet. Verum hic obstat cupienti cum Olynthijs in gratiam redire: agrè enim Olynthij se uni committunt. sentiunt enim se non de gloria, neq; de finibus dimicare, sed periclitari urbis libertatem ac salutem. & exemplis Amphipolarum & Pydnaeorum commouentur, quorum neutris deditio scliciter celsit. & in summa, sentiunt id quod res est, infidos esse urbibus tyrannos, præsertim uicinis. Hæc cum satis comperta uobis sint ciues, cum pleraq; alia quæ deceant, per uos cogitare possitis, censeo debere uos tandem expergefieri, & accendi, & ad bellum, si unquam alias, nunc maximè gerendum, animum adijcere, pecunias liberaliter conferre, ciuiũ delectus agere, neq; usquam cessare. neq; enim reliqua est ulla ratio, quæ cessantibus patrocinetur. nunc enim ultrò accidit, id quod uulgo optabatis, ut Philippo bellum Olynthij facerent. & res ita suscepta est, quemadmodum maximè uobis conducebat. Nam si à uobis impulsus, bellum susciperent, parum firmos socios & ad periculum usq; fidos futuros fuisse suspicarer. Verum cum ipsi per sese oderint, priuata contumelia irritati: consentaneum est, firmam inimicitiam gesturos esse, cum & indignissimè tractati sint, & certis. exitum sibi imminere censeant, si ille uicerit. Quare non patiamur talem occasionem diuinitus oblatam elabi: nec committamus, ut fraudi nobis sit cunctatio, quemadmodũ sæpe antea. Si enim cum Amphipolarum legati, Hierax & Stratocles, ex hoc loco uos adhortabantur, ut missa classe eorum ciuitatem tueremini, perinde nostræ salutis rationem habuissimus, atq; habueramus quos auxilio iuueramus Euboensium, & Amphipolintum retinuissetis, & eadem opera acerbis. calamitatem, quæ postea secuta est, præuortissetis. Item cum Pydna, Potidea, Methone, Pagasæ, & pleraq; alia urbes (longum est enim singulas recensere) obsidione premerentur, si tum opem tulissimus alicui ex eis, quas principio Philippus oppugnauit, uteremur eo placidiore aliquanto nunc, & minus ferociente. At cum subinde præsentem opportunitatem rei bene gerendæ amittimus, & futura putamus dormientibus nobis sua sponte bene casura esse, Philippi opes auxiliamus, effecimusq; tantum quantus nemo Macedonia rex unquam fuit. Nunc uerò non uam occasione sponte sua offerunt Olynthij, nihilo deteriorè superioribus, per quam corrigere liceat quicquid antea peccatum est. & mihi quidem uidetur si quis rectè ratiocinetur, ac reputet ea quæ huic urbi diuinitus acciderunt, tametsi pristinum statum

*Ab occasione.*

*A superioribus exemplis.*

*Epilogus.*



non teneat, tamen hunc meritò Dijs gratiam esse habiturum, Nam quòd non nihil de-  
trimenti cepit Respub. ignauia nostræ iurè adscripserimus. At quòd id serius accidit,  
quodq; auxilia offeruntur, quibus iacturā illam uirum nostrarum sarciamus, modò uti  
libeat, diuinum beneficium interpretor. Verùm haud scio, an aptissimè huc quadret, id  
quod in re pecuniaria euenit. Nam ita demum fortunæ gratias agunt, ubi partam pecu-  
niam seruare contigit: at si periit incautis, cessant fortunæ, quæ donauerat, gratias age-  
re. Idem solemus in rebus multo grauissimis. nam qui occasione non utuntur, nō agno-  
scunt beneficium Deorum, qui hoc obtulere. Ab exitu enim plerunq; & causæ euen-  
tuum æstimatur. Proinde, quæ restant, diligenter accurateq; agenda administrandaq;  
sunt, ut restituamus urbis pristinum statum, & publicam infamiam purgemus. Sin au-  
tem & hos homines proiecerimus, occuparitq; Olynthum Philippus, dicat aliquis mi-  
hi, Quis arcebit porro hunc, quo minus irrumpat quò libitū fuerit? Expendite quæso  
apud animos uestros, quomodo cum primū modicæ essent Philippi opes, sensim cre-  
uerint. Primū Amphipolin cepit, aliquanto post Pydnam, deinde Potidæam, item  
Methonem, postea & Thessaliæ bellum intulit: cepit Pheras, Pagasas & Magnesium.  
atque his omnibus ex sententia confectis, in Thraciam perrexit: ubi regna alijs ade-  
mit, alijs tradidit. ibi uerò accepta clade, cum rursus conualuisset, non recepit se in o-  
cium, sed continuò Olynthios inuasit. Omitto expeditiones in Illyrios & Pæonas, su-  
sceptas aduersus Arymbam, & quæcunq; tandē reliquæ sunt. Quorsum hæc? dicat ali-  
quis. ut cognoscatis, Athenienses, utrumq; & perniciosam subinde fuisse cessationem  
nostram, & quanta sedulitate gerat omnia Philippus, qui cum præsentē fortuna haud  
ferè contentus fuerit hæctenus, nunquam acquiescere poterit. Iam si subinde maius ali-  
quod facinus animo hic concipit, uosq; nusquam occurritis, cogitate quæso, quis exi-  
tus tantarum rerum illi futurus sit. Deum immortalem, quis est adeò stupidus, qui non  
iam præuideat oculis, inde impetum in nos facturum esse, nisi cauerimus. Atqui si id  
acciderit, uehementer metuo ne sicut ij, qui cum ingens æs alienum fecerunt, paulum  
modò nummati uidentur: postea scœnore circumuenti, fortunis omnibus exuantur: ita  
& nobis magno constet id eciq; quo in præsentia fruimur.

## SECUNDA PARS ORATIONIS.

Consilium.

Verùm dicat, aliquis, fortasse facile & cuius in promptu esse superiora repre-  
hendere: docere uerò quid in præsentia faciendum sit, id consultoris esse. Non igno-  
ro equidem saepe uos succensere, non ijs qui culpam commouerunt, sed oratoribus, si-  
cubi non successerit res ex sententia: neque tamen officio meo deero priuati periculū  
metu, aut dissimulabo quid conducere uobis existimem. Censeo itaq; dupliciter esse  
Reip. succurrendum. Primū, adiuuandis Olynthijs, & mittendis illò copijs. Deinde  
Philippi ditione populanda, missa illò classe & exercitu. Quod si alterutrum omiseri-  
tis, periculum est, ne frustra bellum suscipiamus. Nam siue duntaxat in fines eius incur-  
siones feceritis, feret is tantisper dum Olynthum ceperit, postea facile recurret sua pro-  
pugnaturus: siue Olynthios tantū iuueritis, ubi domi uiderit omnia in tuto esse, urge-  
bit obsidionem, & instabit, donec pertesos belli moram Olynthios expugnet. Quare  
dupliciter tentanda res est. Atq; hæc quidem sententia mea de iuuandis Olynthijs. De  
conferendis autē belli impensis, Ciues, sic statuo, plus pecuniæ publicæ in stipendium  
uobis superesse, quàm ulli usquam urbi: sed hac priuatim utimini, ut libet: quam si mi-  
litibus assignaueritis, abundè fuerit pecuniæ. Quod si à uobis impetrari non poterit,  
ne suppetet quidem undecunq; pecuniæ, nedum collatione opus fuerit. Legē fortas-  
se ferre uidear, ut theatralis pecuniæ in stipendium uertatur. Atqui id ego non fero: tan-  
tū hoc censeo, copias esse contrahendas, & omnibus rebus necessarijs iuuandas: in  
quem usum undecunq; pecuniæ acceperimus, id stipendium esse duco. Et par est, ut  
ita de pecuniā cōstituatur, ut qui eam accipiūt, ijdem uicissim operā dent Reipublicæ.  
Vos autē gratis in ferias infumitis. quare reliquū est, ut uiritim cōferatis: multū, si sit  
opus: parum, si res patiat. Nam omnino pecuniæ opus est, & sine ea nihil rectè geri  
potest. Verùm indicabunt alias alij pecuniæ parandæ rationes, è quibus deligite eam,  
quæ maximè uidetur è Republica fore: modò maturetis bellū, dum est bene gerendæ  
rei opportunitas. Neque uerò alienū est expendere etiā, quo in statu sint Philippi res.

Philippi dif-  
ficultatibus.

neq;



neq; enim usq; adeò florent, ut uideri fortasse possunt ei, qui non est propius contem-  
 platus. non enim hoc bellum suscepit aut fiducia uirium, aut quòd futurum arbitrare-  
 tur, ut maiori negotio gerendum esset: sed sperauit se primo impetu omnia confectur-  
 um esse. fefellit opinio. id adeò uehementer perturbat atq; angit eius animum, quòd  
 hoc inceptum frustra sit. Sollicitat & Thessalorum perfidia, qui cum omnibus genti-  
 bus, tum huic infidi sunt, idq; hoc tempore in primis. decretum enim de repositendis Pa-  
 galis factum est, & Magnesium munire uetuerunt. quin & ego accipio, uectigali pe-  
 cunia priuatim esse à Thessalis, quòd satius ducant ea pecunia suas ciuitates tueri, quam  
 à Philippo intercipi: qua si carendum fuerit, peregrinum militem non poterit alere. iam  
 & Pceonas & Illyrios, & reliquos barbaros quid dubitemus, se in libertatem uendica-  
 tuos esse? Quanto enim seruitute præstat libertas? & illi non assueuere imperium fer-  
 re, præsertim homines tam superbi, ut ferunt, idq; consentaneum est. Nam secundæ res  
 incautos, quibus præter meritum contingere, dementant ac perdunt. Nec raro accidit,  
 ut difficilius sit, tueri partas opes, quam parare. Proinde quo ille minus paratus est, eo  
 magis opportunum uobis esse ducite: & maturate rem, prope legatos mittite, ci-  
 uium delectus agite, instigate ad bellum, si quos potestis: & reputate, quam uigilanter  
 omnia facturum sit Philippus, si aduersum uos talis occasio contigisset, aut bellum suæ  
 ditioni illatum esset. non pudit ignauia, dum ei parcat, qui exitium uobis machina-  
 tur, modo ut possit. Restat hoc etiam considerandum uobis, quòd modò integrum est  
 deliberare, Vtrum satius sit uos in eius ditione bellum gerere, an illum in uestra. Si enim  
 illius imperium sustinuerint Olynthij, in eius ditionem excurretis, eamq; populabimini,  
 comatus inde & ex uestris finibus abunde suppetet. Quod si uicerit in Thracia Phi-  
 lippus, quis arcebit quo minus huc irumpat? Thebani ne? Hi uerò, ne sit acerbum au-  
 dire, unà cum Philippo in nos impetum facient. At Phocenses? qui nisi uos opem fera-  
 tis, ne se quidem tueri possunt. At non uolet fortasse: imò ridiculum est arbitrari factu-  
 rum non esse, ubi possit, cum modò stultus id minari non dubitet. Quantum autem in-  
 ter sit, in uestris finibus an illic castra sint, in propatulo est. Si enim ex uestris agris exer-  
 citus uester, uel unum mensem alendus esset, plus damni acciperetis, etiam si hostile ni-  
 hil fieret, quam sumptuum fecistis in toto superioris belli apparatu. iam si bellum etiam  
 gerendum fuerit, quanta in agris uastitas fiet? huc accedit contumelia & dedecus, quæ  
 cordati in maximis damnis numerant. Hæc omnia quæso diligenter expendite, ut au-  
 xilium decernatis, & bellum hinc arceatis. Id opulentos adhortor, ut parua iactura re-  
 rum suarum reliquas opes, ut tutò frui liceat, redimant. Incumbant & iuuenes, ut in a-  
 lieno solo ad bellum assuefacti, patriæ, dum incolumis est, fidi custodes fiant. Dent &  
 rhetores operam, ne periclitentur, dum ratio gestæ Reip. reddenda fuerit. Nam ferè  
 iuxta consiliorum euentus de eis iudicare soletis. Opto autem, ut ab omni parte foelici-  
 ter succedat inceptum.

Peroratio.

Vulgus ex euen-  
 tu iudicat.

EADEM ORATIO ALITER,  
 per eundem.

ARGUMENTVM.

Caput consilij est, mittenda esse auxilia Olynthijs. Tria obstant. primum, quia difficilis oppugnatus est  
 Philippus. 2. quia uidentur deesse facultates tantis sumptibus: sunt enim hæc nerui belli. 3. quia non uide-  
 tur esse committendum, ut pro alijs suscipiatur bellum. hæc maxime excusat. Loci sunt ex circumstantijs: res  
 Philippi, Atheniensium, & Olynthiorum. Philippus hostis est. quicquid autem incommodatur hosti, id ipsum  
 nobis iudicatur esse commodum. Argumenta ex locis trahit non solum à τὸ δ' εἴη, sed etiam rogationibus, sua-  
 sionibus, exhortationibus, increpationibus utitur: id quod etiam Interpres admonuit.



NON dubium est, quin magno empturi sitis rationem, qua perspicuum  
 fieri possit, quid in hoc negotio, de quo deliberatis, reipubl. conducat.  
 Quando igitur hæc cura tãtopere uos sollicitos habet, cupidè audire eos  
 debetis, qui consilium uobis pollicentur. Neq; enim tantum facultas fue-  
 rit, cognoscere, si quid meditati attulerimus, quod in rem uestram sit: sed

Attentio à rei ma-  
 gnitudine.  
 Beneuolentiæ ca-  
 ptatio, quia ipso  
 rû maxime in-  
 ter sit.

AA 3 facit

ORATIO  
 abiturum. Nam  
 scimus. At quod  
 nostram faciem  
 ad scio, an apertum  
 ma: gratias agere  
 rtunæ, quæ donat  
 i occasione non un  
 itum enim plerumq;  
 curate q; agendi  
 cam in tantam per  
 thum Philippo, d  
 o libitum fuerit: Ex  
 e essent Philippi op  
 ydnam, deinde P  
 Pheras, Pagas & A  
 am percutit: ut reg  
 conuallescit non re  
 tiones in Illyrios &  
 are sunt. Quædam  
 iolam subinde fr  
 qui cum præsent  
 poterit. iam si sub  
 urritis, cogitate  
 quis est uos in  
 esse, nisi cuuimus.  
 s res alienum fecer  
 fortunis omnibus  
 ur.



περὸ τοῦ πο-  
ποῖα.  
Castigatio.  
Propositio  
consilij.  
Ab occasio-  
nibus.

γνώμη.

Occasio à volun-  
tate Olynthio-  
rum.

Ab exēplis, ijsq;  
recentibus, rerū  
antē malē gesta-  
rum.

Acerba satis in-  
crepatio, ἢ παρὰ  
ἐπιγνώμη.

Epilogus occa-  
sionum, amplifi-  
catus fortuna et  
prudētia colla-  
tione.

Simile.

Accommodatio.

facit urbis felicitas, ut multa utiliter in re presenti dicatur in mentem veniant. Proinde facile fuerit deligere, atq; ex varijs multorum sententijs excerpere, quod maxime profuit. Porro hoc tempore tantum non res ipsa loquitur, oportere vos hanc causam suscipere, si quam modo salutis uestrae rationem habetis. Verum in tantis rebus gerendis non satis strenue aduigilamus. Ego quidem sic censeo: Auxilium decerni debere, & comparari copias primo quoq; tempore, ut dubijs rebus medeamini, ne rursus desimus ipsi nobis, quemadmodum antea saepe. Mittendi etiam legati, qui polliceantur auxilium, & coram Olynthios confirmet, ne Philippus (est enim ueterator minime uulgaris, & uti foro nouit) technis suis hos a nobis alienet, ac circumueniat: alicubi per occasionem cedendo, alicubi minitendo: ne ue absentiam uestram calumniatur, & fidem uestram in suspensionem adducat, ut & conuellat omnia, & rei summam ad se trahat. Quinetiam hoc spectandum est, quod uestris commodis id nunc maxime opportunum est, quod alias in primis obesse solet. Nam quod penes unum Philippum summa consiliorum publicorum & arcanorum est, quodq; apud exercitum unus omnia tenet ac moderatur, & quaquate ueteris ab uno pendent omnia, ad bellum gerendum, & ad urgendas belli temporibus occasiones, magnum hoc momentum habet. Verum hic obstat, cupienti cum Olynthijs in gratiam redire. Aegre enim Olynthij nisi se committunt, sentiunt enim se non de gloria, neq; de finibus dimicare: sed periclitari urbis libertatem ac salutem. & exemplis Amphipolarum & Pydnaeorum commouentur, quorum neutris deditio feliciter celsit. & in summa, sentiunt id quod res est, infidos urbis tyrannos esse, praesertim uicinis. Hac cum satis comperta uobis sint, Ciues: cumq; pleraq; alia, quae deceant, per uos cogitare possitis, censeo debere uos tandem expergeferi, & accendi, & ad bellum (si unquam alias) nunc maxime gerendum, animum adijcere: pecunias liberaliter conferre, ciuium delectus agere, neq; usquam cessare. Neq; enim reliqua est ulla ratio, quae cessantibus patrocinetur. Nunc enim ultro accidit, id quod uulgo optabatis, ut Philippo bellum Olynthij facerent: & res ita suscepta est, quemadmodum maxime uobis conducebat. nam si a uobis impulsu, bellum susceperent, parum firmos socios, & ad periculum usq; fidios futuros fuisse suspicarer. Verum cum ipsi per sese oderint, priuata contumelia iritati, consentaneum est fore, ut exerceant cum eo firmam inimicitiam, cum & indignissime tractati sint, & certum exitium sibi impendere sentiant, si ille uicerit. Quare non patiamur talem occasionem diuinitus oblatam, elabi: nec committamus, ut fraudi nobis sit conuatiō, quemadmodum saepe antea. Si enim cum Amphipolarum legati, Hierax & Stratocles ex hoc loco uos adhortabantur, ut missa classe eorum ciuitatem tueremini, perinde salutis nostrae rationem habuissimus, atq; Euboensium habuimus, quos paulo ante auxilio iuueramus: & Amphipolim tum retinuissetis, & eadem opera acerbissimam calamitatem, quae postea secuta est, praeuortissetis. Item cum Pydna, Potidaea, Methone, Pagasae, & pleraeq; aliae urbes (longum est enim singulas recensere) obsidione premerentur: si tum opem tulissimus alicui ex ijs, quas principio Philippus oppugnauit, uiteremur eo placidiore aliquanto, & minus ferociente. At cum subinde praesentem opportunitatem rei bene gerendae amittimus, & futura putamus dormientibus nobis sua sponte bene casura esse, Philippi opes auximus, effecimusq; tantum, quantum nemo Macedoniae rex unquam fuit. Nunc uero nouam occasionem sua sponte offerunt Olynthij, nihilo superioribus deteriore, per quam corrigere liceat, quicquid antea peccatum est. Et mihi quidem uidetur, si quis recte ratiocinetur, ac reputet ea quae huic urbi diuinitus accidunt, tamen si pristinum statum non teneat, tamen hunc merito dijs gratiam esse habiturum. Nam quod non nihil detrimenti cepit Respublica ignauiae nostrae iure adscripsimus. At id serius accidit quodq; auxilia offeruntur, quibus iacturam illam uirium nostrarum, quam tot acceptis haecenus cladibus fecimus, sarciamus, modo uti libeat, diuinum beneficium interpretor. Verum haud scio, an aptissime huc quadret, id quod in re pecuniaria euenit. Nam ita demum fortunae gratias agunt, ubi partam pecuniam seruare contigit. At si incautis forte perijt, ne sentiunt quidem de se bene meritam esse fortunam, cum pecuniam donauit. Idem solemus in rebus multo grauissimis. Nam qui occasione non utuntur, non agnoscunt beneficium Deorum, qui occasionem obtulere.



tulere. Ab exitu enim plerumque & causae euentuum aestimantur. Proinde quae restant, diligenter uobis, accurateque agenda sunt, ut restituamus urbis pristinum statum, & publicam infamiam purgemus. Sin autem & hos prodiderimus, occuparitque Olynthum Philippus, dicat aliquis mihi, quis arcebit hunc porro, quo minus irrumpat, quo libitum fuerit: Expendite quaeso apud uos, quomodo cum primum modice Philippi opes essent, sensim creuerint. primum Amphipolim cepit, aliquanto post Pydnam, deinde Potidam, item Methonem: postea & Thessaliae bellum intulit, cepit Pheras, Pagasas, & Magnesium. atque his omnibus ex sententia confectis, in Thraciam perrexit: ubi regna alij ademit, alij tradidit. Ibi uero accepto malo, cum rursus conualuisset, non recepit se in otium, sed continuo Olynthios inuasit. Omitto expeditiones in Illyrios, Pegasas, aduersus Arymban, & quaecunque tandem reliqua sunt. Quorsum haec: dicat aliquis. ut cognoscatis, Ciues, utrumque: & perniciosam subinde fuisse cessationem nostram, & quanta sedulitate gerat omnia Philippus: qui cum haecenus haud ferè praesente fortuna contentus fuerit, nunquam acquiescere poterit. Quod si subinde hic maius aliquod animo facinus concipit, uosque nusquam occurratis, cogitate quaeso, quis exitus illi tantarum rerum futurus sit. Deum immortalem, quis est adeo stupidus, qui non oculis iam prauideat, inde impetum in nos facturum esse, nisi cauerimus? Atque si id acciderit, uehementer metuo, ne sicut ij, qui cum ingens aes alienum fecere, paulum modo nummati uidentur, postea saenore ingrauescente fortunis omnibus exuuntur: ita & nobis uoluptas, qua modo perfrui mur, magno constet. Verum dicat aliquis fortasse, facile & cuius in promptu esse superiora reprehendere: docere uero quid in praesentia faciendum sit, id modo consultoris munus esse. Non ignoro equidem, saepe uos succensere, non ijs qui culpam commouerunt, sed oratoribus, sicubi non successit res ex sententia. neque tamen officio meo deero, priuati periculi metu: aut dissimulabo, quid conducere uobis existimem. Censeo itaque periclitanti reipublicae dupliciter succurrendum esse: primum iuuandi sunt Olynthij, missis illò copijs: deinde populanda est & Philippi ditio alia classe, alioque exercitu. Quod si alterutrum omiseritis, periculum est, ne frustra bellum suscipiamus. Nam si tantum in fines incursionem feceritis, feret id tantisper, dum Olynthum ceperit, postea facile recurret sua propugnaturus. Sin autem Olynthum duntaxat exercitus missus fuerit, ubi ille domi omnia in tuto esse uiderit, urgebit oblationem, & instabit, donec pertaesos belli moram Olynthios expugnet. Quare dupliciter tentanda res est. Atque haec quidem sententia mea est de iuuandis Olynthijs. De belli impensis uero, Ciues, sic statuo, plus pecuniae publice in stipendium uobis superesse, quam ulli usquam urbi. sed hac priuatim, ut libet, utimini. quam si militibus assignaueritis, abunde fuerit stipendij. Quod si à uobis impetrari non poterit, ne suppetet quidem undecumque pecunia, nedum collatione opus fuerit. Legem autem fortasse ferre uideor, ut theatralis pecunia in stipendium uertatur. Atqui id ego non fero, tantum hoc censeo, copias esse contrahendas, & omnibus rebus necessarijs iuuandas. in quem usum undecumque acceperimus pecuniam, eam stipendiariam esse duco. Et cum quid agendum sit constituitis, simul unde sumptus tantarum rerum petendus sit, constitui debet. Porro cum publicam pecuniam in ferias infumatis, pro qua uicissim operae nihil facitis: reliquum est, ut oporteat uirum conferre: multum, si sit opus: parum, si res patietur. Nam omnino pecunia opus est, neque quicquam sine ea recte geri potest. Verum indicabunt alias alij parandae pecuniae rationes: è quibus eam deligite, quae maxime uidetur è Repub. fore: modo maturetis bellum, dum est bene gerendae rei opportunitas. Neque uero alienum est, expendere etiam, quo in statu Philippi res sint. Neque enim usque adeo florent, ut uideri fortasse illi possunt, qui non est propius contemplatus. Non enim hoc bellum suscepit aut fiducia uirum, aut quod arbitraretur futurum, ut maiore negotio gerendum esset: sed sperauit fore, ut initio caetera responderent. Fefellit opinio: id adeo uehementer perturbat atque angit eius animum, quod hoc inceptum frustra fuit. Sollicitat & Thessalorum perfidia: qui cum omnibus gentibus, tum huic infidi sunt: idque hoc tempore in primis. Decretum enim de reposcendis Pagasis factum est, & Magnesium munire uetuerunt. Quin & ego accipio, uectigali pecunia priuatum esse à Thessalis: quod satius ducant, ea pecunia suas ciuitates tueri, quam in Philippum effundere.

201/202. O' epl.  
phocem.  
A' futuris malis.

Consilij reliqua pars.

Dilemma.

De belli impensis: altera consilij pars.

Cautè id quidè, ne contra legem prius latam rogare uideatur, cuius in uocabiam meminit Libanius.

Proverbium, Pecunia obediunt omnia. Eleuat Philippi uires.



opus: Si enim sit uobis, ut bello fieri aliter nō potest, triginta duntaxat diebus exercitus habendus, eiq; commeatus ē uestri soli prouentibus subministrādi sint: etiam hoc addo, ab omni hostium metu libera regione: affirmare ausim, plus damni agrorum cultores facturos esse, quā est in bellum hactenus uniuersarum impensarum summa. Quā grauius igitur lāsūm iri putamus, si huc bellum redundet: accedet ignominia, accedet infamia, quā apud sapientes nullis detrimentis leuior est. Quā omnia si diligenter fueritis contemplati, reperietis nemini uestrū cessandum esse, dum in cōmunerebus affectis opitulemini: sed annitendum omnibus, ut periculum quod incumbit, pro sua quisq; uirili isthuc reiiciatis. Quod qui dites sunt, hoc studiosius prāstabit, quo optabunt enixius, modicis sumptibus, exaggeratas opes, defensas possidere. Iuuenes autem quid facere poterunt speciosius, quā si bellandi experientiam ē Philippi ditione, ut suam protegant, apportarint: iam Oratores operam dare non uulgarem decet, ut in prāsentiū negociorum administratione, ad gestā Reipublicā rationes redendas facilem sibi uiam sternāt. Nam quocunq; in statu res uestrā sunt, Ciues, in eum ab his esse promotas soletis iudicare. Dī faxint, ut ab omni parte bene feliciterq; quod instituiamus, cadat.

## DEMOSTHENIS OLYNTHIACA

SECUNDA, PHILIPPO ME,

Lanchthone interprete.

### ARGUMENTVM.

**O** Ratio est suasorij generis. Hortatur enim cessantes Ciues, ad maturandum bellum. atq; hic orationis status est. Porro, quia Philippi metu contanter rem suscipiebant, erantq; Athenis qui Philippo impense studebant, & à bello multitudinem absterrebant: ideo prima Orationis pars consumitur in eleuandis Philippi uiribus. fit autem hoc miro artificio. Postquam uerò proposuit, opinione minores Philippi uires esse, commemorat primum qualis in socios sit, deinde qua uoluntate erga eum populares sunt, postremò qualis priuata uita ratio sit. Ex hac distributione tota ea orationis pars nascitur. Atq; hic miris coloribus depingit tyrannum erga socios perfidum, adsiduis oneribus subigentem ac uexantem populares, priuatum luxuriosum. Excurrit interim & in communes locos. docet enim grauisimè, nō posse durare imperia maleficio & scelere parata. Proinde hæc orationis pars à dixit est, & ad mores iudicandos facit. Secunda orationis parte castigat ignauiam, & monet industria fortunam iuuandam esse.

Propositio, ut  
maturent bellū.



Pedetentim ac-  
cedit ad alteram  
propositionem,  
de Philippi ui-  
ribus.

**V**M in alijs multis rebus, tum in prāsenti negotio maximè adparet, non uulgarem esse Deorum erga hanc urbem beneuolentiam. Neq; enim dubium est, quin fato & diuino beneficio acciderit, primum ut Philippo bellū uicini, quiq; uires non contemnendas habent, inferrent. Deinde, quod multo maximū est, ut hac essent mente præditi, ut foedus cum Philippo & infidum & patriæ exitiale ducerent. Itaq; Ciues, anniti debemus, ne de nobis ipsis peius mereamur, quā Dī solent. Turpe est enim, imò flagitium, non urbes tantum & fines, quos tenuimus, sed etiā auxilia occasionesq; recuperādi imperij à fortuna oblatas amittere.

Nolo autem hoc loco commemorandis Philippi uiribus ad uirtutem uos adhortari. Quamobrem: Neq; enim potest id fieri sine insigni Philippi laude, sineq; ignominia uestra. nam quo ille plura gessit supra uires, eo admirabilior est. Vobis, cum maximis uiribus usq; adeò segniter usi estis, magno dedecori res uestrā sunt. Verūm hæc non est locus in prāsentiā deplorare: tamen si uerè rem expendas, uideas nostra ignauia Philippum creuisse, non suo Marte. neq; uacat nunc dicere, uel quibus ille gratiam debeat, Remp. ex eius cōmodo gerentibus, uel de quibus uos supplicium sumere conueniat. Porro quā præterea cognoscere par est, quāq; illi maximè probro sunt, si quis rectè estimet, cōmemorabo. Quid est autem facilius, quā perfidum & periurum appellare Philippum: id uerò inane conuicium est, si non ostendas quid gesserit. Itaq; res eius gestas ordine excutiemus, ut suis coloribus eum uobis depingamus. id adeò re-  
fert



fert fieri, tum ut adpareat id quod res est, illum imbecillem esse: tum ut uideant & hi, qui metuunt ne sit inuictus Philippus, nihil eorum instrumentorum restare, quibus haec tenus abusus, opes suas auxit. Mihi quoque formidabilis esset Philippus, si bonis artibus tantam potentiam consecutum uiderem. At cum diligenter omnia contempler, animaduerto eum imposuisse nobis, cum polliceretur se nobis Amphipolim traditurum esse, efficeretque, ne audiremus Olynthios facturos nobiscum societatem, cumque nostra opera clam pararet Pydnam recipere. Video & societatem cum Olynthiis fraude factam, cum Potidaeam nobis adimeret: eamque, nihil ueritus nos, quibus cum societas erat, ledere, illis tradidit. Postremo Thessalos uideo, quibus pollicitus est se Magnesium traditurum esse, & suscepturum se eorum causa Phocense bellum. In summa, nemo est omnium, quibus cum eo res fuit, quem non sefellerit: & ad eum modum abusus omni imprudentia, quibus non erat propius notus, per occasionem creuit. Proinde cum hoc modo opes eius auctae sint, dum singuli existimant eum commodis eorum seruire, necesse est eadem uia euertere rursus, posteaquam deprehenderint illum perfidum suum negocium egisse. Hoc in statu sunt Philippi res. Quod si cui uidear errare, age prodeat, & cum mihi, tum uobis indicet, aut ubi fallar, aut qui nam omnium, quibus ille semel imposuit, pergant ei credere, aut quam patienter Thessali seruitutem ferant, in quam praeter meritum coniecti sunt.

Porro si quis existimat, quanquam haec ita se habeant, tamen uel imperii possessionem defensurum esse, quod oppida ac portus & munimenta omnia praecipua teneat: is uehementer errat, quando enim imperia beneuolentia continentur, nec socios qui communiter bellum gerunt, praesentis status poenitet, tum demum in fide permanent, nec piget laboris aut periculorum: quando uero maleficio ac scelere partum est imperium, prima occasio & leue infortunium alienat sociorum animos, & conuellit uniuersum statum rerum. neque enim fieri potest, ut stabile ac firmum imperium comparetur iniurijs, peierando & fraude. paulisper haec consistunt, florentque tantisper, dum bonam de se spem praebent: postea ubi uicia deprehendunt, ruunt omnia. Ut enim aedificij, nauis, & aliorum id genus firma fundamenta iacienda sunt, ita negotiorum omnium causae & initia proba ac iusta esse debent. Id uero in Philippi rebus gestis nequaquam est. Proinde sentio, primum auxilio iuandos esse Olynthios, idque optarim et diligentis adornari & maturari. Deinde & ad Thessalos legatos mitti, qui cum doceant quid de Philippo sibi polliceri possint, tum ad bellum accendant. decretum enim factum est, de Paeonibus repetendis, & de Magnesia iam consultant. Porro hoc praestandum est uobis, ne uerbis tantum agant rem Legati, sed exemplo uestro Thessalos inflamment, cum pro urbis dignitate expeditionem susceperitis, & manum rebus admoueritis. Est enim inanis oratio, nisi manum admoueas, in primis de nostra urbe. nam quo citius in eum impetum faciemus, eo magis illi diffident omnes. Magnam, credite, mutationem uos allaturos illius rebus, si uiderint nos cupidum conferre, militare, omniaque alacriter facere.

Iam si pergere uolueritis, non modo in socijs parum praesidij Philippo, sed domesticas etiam uires inualidas esse comperietis. plane enim Macedonum uires non mediocres sunt, coniunctae cum socijs: quales erant, cum nobiscum in armis essent, quando Timotheo duce cum Olynthiis bellum gerebatur. Deinde magnum exercitum confluxerunt ad Potidaeam Olynthiorum accessione Macedones. Modum uero Thessalis inter se dissidentibus & perturbatis, aduersum tyrannos opem tulerunt. Breuiter, non nihil momenti adfert accessio undecumque facta ad alicuius uires. Per sese uero Macedones imbecilles sunt, & multis iam calamitatibus debilitati. Nam dum a Philippo assiduus expeditionibus (propter quas illi tantopere quidam formidant) uexantur, Macedonia nonnullam iacturam uiriuum, quas alio qui habebat, fecit. Tota enim erratis uia, si perinde iudicatis popularibus. uoluptati militiam esse, atque Philippo est. Hic gloriae cupiditate flagrat, & in hoc incumbit, ac decreuit agendo ac periclitando ingenti animo ferre quicquid acciderit: & potiore uita ac securitate gloriam ducit, ut hanc laudem auferat, nullius ante se maiorum res gestas cum suis conferri posse. Populares uero hac gloria non fruuntur: sed dum assiduus expeditionibus sursum ac deorsum fatigantur, mcerent, & perpetuis eorum conficiuntur, neque enim uacat interea agrum colere, ac rem familiarem domestice

Propositiō

Qualis erga socios Philippus

Locus cōmuniō

Similitudo

De domesticis uiribus

10  
 nra dicitur dicitur  
 bminitudo fuit  
 m. plus damni  
 um imperiorum  
 unde: accedens  
 nior est. Quae  
 andum esse, dam  
 it periculum quod  
 t, hoc studium  
 es, defensas pot  
 ndi experientiam  
 peram dare non  
 est: Republicae  
 u res uestra sunt. Cum  
 omni parte bene

THIACA  
 E.

dam bellum. atq. hic  
 Athens qui Philippo  
 fiontur in eleuandis  
 s Philippi uires esse, con  
 potuerunt quibus praec  
 ribus deperit tyran  
 in luxuriosum. Excurre  
 no & scelere partu  
 e castiga ignauia.

ti negotio maxim  
 eurbem beneuolen  
 o beneficio accidit  
 s non contemenda  
 imū est, ut hac eff  
 lum & patriae ex  
 nobis ipsas peius  
 es tantum & sine  
 oruma oblatas am  
 d uirtutem uos ach  
 pi laude, sine q  
 or est. Vobis, cum  
 restrae sunt. Veru  
 ndas, uideas no  
 e, uel quibus ille  
 s supplicium sum  
 cime probo sunt  
 rfidom & peritum  
 has quae gellente  
 lepungimus. sed ad



curare. Neque si quid latrocinij istis undecumque partum fuerit, cum bellum commercia omnia & emporia intercludat, distrahere possunt. Quomodo igitur erga Philippum populares affecti sint, hinc coniectura fieri potest. Duces uero pedestrium copiarum eius in magna admiratione & in re militari industrij esse uidentur. Verum ego a quodam qui in Macedonia degerat accepit, homine neutiquam dubiae fidei, non admodum formidabiles esse. si quis enim inter hos rei militaris paulo peritior est, hunc, ut intellexi, ambitione quadam & inuidencia exauclorare studet, ne cuius uirtute ipse obscuratur. Erga reliquos incomparabili ambitione ferebatur uti.

*Qualis priuatum eius uita.*

Si quis uero modestior, aut natura sanctior, quam ut ferre eius perpetuum luxum, ebrietatem & saltationes queat, contemni accipio, & in nullo numero haberi. Reliquos superesse apud eum latrones ac palpones, quibus uoluptati est, una perpotare ac saltare, et admittere caetera, quae pudet etiam nominare. atque haec in propatulo sunt. non enim obscurum est, Philippo hos scurras unice gratos ac familiares: quos, quia sunt impudentiores, quam par sit, urbe uestra eijcere soletis: Calliam uidelicet publicum mancipium, & hoc genus alios mimos, & obscenorum carminum autores, quae scribuntur in eos qui una uictitant. Porro haec tametsi leuia esse uideantur, tamen iudicio prudentum &

*Amplificatio mirè opportuna.*

grauis. argumenta sunt perditae in illo mentis, & exitium ei portendunt. Verum aliquantisper haec dedecora foelicitas eius obscurat. Nam secundae res tyrannorum, priuata uitia plerumque tegunt. At ubi reflarit fortuna, tum haec se mala prodent, ac deprehenduntur. nec dubito, quin si nostro incepto superi fauerint, et propositum uos urgere uolueritis, breui adeo futurum sit, ut pestes illas fateatur. Nam ut in corporibus nostris si quod membrum uitiatum est, donec alioqui ualetudo integra est, non dolet, sed aduersa ualitudine in ea etiam corporis parte, siue rupta, siue luxata, dolor recrudescit: ita urbium ac tyrannorum priuata mala, donec foris bellum gerunt, facile dissimulantur: ac cum domi periclitantur, patefiunt. Si quem autem a bello non nihil deterret Philippi fortuna, is prudenter iudicat. magnum enim in fortuna momentum est, imò summa rerum humanarum omnium penes eam est. Qualis qualis autem fortuna Philippi est, malim huius urbis foelicitatem, si alterutra sit optanda, modò ipsi uel paululum adiuuare uelimus industria fortunam. Extant enim testimonia beneuolentiae diuinæ erga nos

*Confert fortunam Philippi cum fortuna Athenarum.*

*Translatio: nã à fortuna in industriam omnia confert.*

certiora, quam erga illum. Verum supini ac oscitantes cessamus. Ridiculum autem fuerit, postulare uel ab amicis, ut operam dent tibi, si ipse nolis laborare: tantum abest, ut Deos speremus dormientibus confecturos esse. Quare non est quòd mirere Philippi foelicitatem. ille fortunam sibi facit, cum ipse militat: labores per sese obit, ubique adest, occasiones omnes urget. Vos contra contemni, decernitis, rogatis sententias. Ego sane non miror, suae illum industriae praemium ferre: imò magis mirandum fuerit, si nos in tanta ignauia superiores essemus, cum ille nusquam non aduigilet. Iam hoc miror, cum Lacedaemonijs olim totius reliquae Graeciae causa bellum intuleritis, & cum possitis priuatim per fraudem uestris commodis consulere, malueritis uestras fortunas ac salutem periclitari, ne opprimerentur alij. Nunc cum seruitus uobis impendet, & militare piget, & contemni pecuniam in stipendium conferre: & cum alios seruaueritis, saepe uniuersos, & subinde singulos: non ne portenti simile est, in uestro periculo cessare: iam si nemo considerat quam diu bellum cum Philippo gesserimus, ut nullum precium operae toto eo tempore factum sit: ea uero non simplex amentia est. Scitis enim perisse uobis tempus, dum contemni, dum alij alios expectamus, dum reos agimus magistratus, dum iudicia exercemus. Rursum in spem uenimus. Breuiter, eadem fere facimus quae modo uideas agitari. Deinde adeo insanimus, ut speremus ea ratione instauratos nos esse pristinum urbis statum, qua collapsa est. Atqui id uehementer absurdum ac ineptum est. Nam facilius aliquanto est seruare parta, quam parare. nihil autem reliqui fecerunt haecenus bella quod tueremur, recuperanda omnia sunt: in hoc uobis incumbendum est.

*Epilogus, maturandum esse bellum.*

Proinde cenfeo pecuniam esse conferendam, expeditionem alacriter suscipiendam: cauendum etiam, ne quem accusetis, donec debellatum fuerit. ibi licebit ex factis iudicare, qui de Rep. bene meriti sint, qui secus. praetextus omnes extrahendae rei facessant, & emendentur ea quae in uobis desiderantur. Neque enim licet uobis de aliorum peccatis acerbius iudicare, si conuieatis ipsi in uestris. Nã quid in causa existimatis esse, cur hoc bellum



bellum uident duces omnes quotquot Remp. foris gerunt, & noua quaedam bella cōflent (est enim de ducibus dicendum) id uerò est in caussa, quòd hic præmia laborū ac periculorum ad uos redeant. Quòd si capta fuerit Amphopolis, uobis urbs fructui est, pericula ducum propria sunt, merces pro merito nulla datur. In alijs excursionibus minus est periculi, commoda ampliora ducum & militum. Lampfacus, Sygeum, naues interceptæ, prædæ sunt. Nemo uerò non seruit suis cōmodis. Atqui uos quoties dolet malè geri Remp. cum ducibus expostulatis. Illi ubi fati fecere uobis, & culpam in uos cōtulerunt, non studetis tamē uitia uestra emendare. Reliquū est igitur, ut propter dissensiones, & priuatas querelas Respub. neglecta pereat. Antea Ciues iuxta decurias munera obeuntium, pecuniā conferebatis, nunc dissidentes inter se decurie, domi tantum rixantur: rhetor autor est dissensionū: dux obsequitur: trecenti illi uociferantur, reliqui Ciues alijs partibus student. Proinde his omīssis colligite uos, & efficitis, ut & dicamus sententias, & cōsultemus & agamus omnia cōmuniter. Quòd si autem uelut per tyrannidē alijs ius feceritis quidlibet imperandi, cum ipsi munera non obeant: alios coegeritis triremes armare, militare: alijs permiseritis contra hos de Rep. bene meritos decreta facere, nec communiter Reip. opera ab omnib. nauata fuerit, nihil ritè geretur. semper enim ea pars quæ iniuria adfecta est, deteriore conditione erit: & futurū est, ut in eam pro hostibus sauiatis. Quare in summa censeo debere conferre singulos pro suis facultatibus, ac in militiā proficisci, ut quemq; poscet ordo, dum suū omnes officiū fecerint: debet & presentib. omnib. de Rep. dicendi copia fieri, ut excerptis ex omnīū orationibus optima, non in unius aut alterius sententiam iurati. Quod si feceritis, non tantum in præsens rhetorem probabit, sed uobis etiam in posterum gratulabimini meliorem urbis statum.

*Συμμοεῖαι decuriæ sunt munera obeuntium. nam ex decem tribubus Athenis delecti erant mille ducenti ditiſſ. qui conferrent pecuniā, quoties Resp. egebat, et armarent ac instruerent uiginti classes, distributiq; erant in singulas sexageni. uocabantq; Symmoriā sexaginta illos. ex his omnibus locupletis. trecenti eligebantur, qui in primis pecuniam conferrent præ alijs.*

## EADEM ORATIO ALITER,

*eadem interprete.*

IN SECUNDAM OLYNTIACAM DISPOSITIO,  
per Philippum Melanchthonem.

Oratio Olynthiaca secunda est generis suasorij. Status est, ac propositio principalis, ut Athenienses deseriant Olynthios contra Philippū. Sed quia præcipue obstabat metus, quo minus id facerent: altera propositio adiungitur, Philippū non esse formidandū. Et in huius propositionis tractatione fere tota Oratio consumitur. Confirmatur tribus argumentis. Primum est, quia potentia Philippi fraude parta non sit durabilis. Secundum, a uoluntatibus subditorum sumptū est. Ipsi iam Macedones assiduis bellis exhausti, grauatim uiuant Philippum. Tertium argumentū, sumptum est a moribus: Mores alienant ab eo uoluntates præstantium uirorū. Et quanquam hæc odia prosperi successus tegunt, tamen erumpent, si quid inciderit periculi. Deinde sequitur confutatio de fortuna, item uituperatio ignauiæ ciuium. Hæc est summa orationis. in qua non solum sermonis proprietates & uenustas consideranda est: sed illud etiam admiratione dignū est, quod in oratione populari, quæ ad uulgus habebatur, non tantum plebeijs argumentis uitur, sed mirifica diligentia conquirat uelut ex media Philosophia, grauisimas & ueras causas. Nā in primo argumento egregius locus est, quòd imperia fraude parta non sint durabilia, deinde subtilius est, quod in tertio argumento coniecturam facit ex moribus Philippi, potentiam eius non fore diuturnam. Ac sapientissimè significat mores principum magnam uim habere ad conciliandas & retinendas uoluntates multitudinis. præterea fortunam sæpe respondere moribus. Postremo, prudentissima cogitatio est de fortuna. nam multi putant, in rebus gerendis consilium & uires sufficere. Hic Demosthenes sapienter uidet, fortunā esse donum Dei, sine quo consilia quamuis præclare cogitata, tamen sunt infelicia. Quare non satis est uiribus & consilio ualere: sed sciendum est, præter hæc etiam fortuna opus esse: hoc est, deo gubernante. Et tamen fortuna consilio adiuuanda est. Tales extant multæ sapientū sententiæ. apud Herodotū ait Xerxes, ἀλλὰ θεὸς τε δῶκεν ἄγε, καὶ ὡ τοῖσι μὲν πολλὰ ἐπέπρασεν, συμφίεταυ ἰδίη δ' ἄμεινον. Hæc eò recensui, ut adolescentes uideant, eloquentiā Demosthenis non esse inanē garrulicatem, sed adiunctā esse mirificam diligentiam res graues conquirendi. Deinde hæc proprijsimè explicantur. Hæc exempla in nobis quoq; diligentiam acuant, & rerum conquirendarum, & formandæ orationis.

C V M



Exordium ab occasione.

a Applicatio.

Brgo caute ne uos ipsi occasio-

ni uisite desitis.

b Obiurgatiōcu

la arguta et ob-

liqua, per collas-

tionem: Non est

tanti momenti,

amittere uerbes

et regiones, quā-

ti est, amittere

occasionem rei be-

ne gerendā.

c Figurata reie-

ctio, quod nō ue-

lit extenuare ui-

res Philippi: Et

uitur hac, quod

comodior deins

de sit occasio re-

prehendendi A-

theniensis.

d Obiurgatio.

e Propositio, Phi-

lippus nō est me-

tuendus.

f Duplex causa,

quare proficit ista

dici.

g Ratio propo-

sitionis: quia om-

nia ista artificia

consumpsit, quia

bus creuit.

h Confirmatio à

minori. Est: ar-

gumentum sum-

ptū ex causa effi-

ciente.

i Minoris ex po-

sitio.

Minor: cōsum-

ptae sunt omnes

occasiones, om-

nia artificia qui-

bus Philippus

creuit.

a Minoris quasi

conclusio: Phi-

lippus multos de-

cepit, sociosq;

fraude coniun-

xit, igitur eum

quoq; ab eis dese-

ri necesse est:

Quia res fraude

partae nō sunt du-

rabiles. b Res Philippi in illud discrimen uenerunt, in quo necesse est eum ruere, si modò nos quicquam egerimus. c MAIOR. Non rectè u-

dicant, qui imperia u-

fraude parta dicunt esse diuturna. d Expolitio. e Errata et offensiones alienant animos, praesertim imbecillium. Isti enim nati occasionem, facillimè deficiunt. f Principalia uerba maioris haec sunt. Prior enim expolitio, explicatio tantum maioris fuit. g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.



V M in alijs multis rebus perspici potest, singularem esse deorum beneuolentiam erga hanc urbem, tum uerò in hoc negotio maximè. Haec enim prorsus Dei beneficio accidisse apparet, ut Philippo bellum uicini inferant, quiq; uires non contemnendas habent. Deniq; quod praecipuum est, ut magno consensu pacis conditiones primùm infidas, deinde exitiales

patriæ, si reciperentur, fore statuunt. <sup>a</sup> Iam igitur nobis prouidendum erit, ne nostrae utilitatis rationem minus habere uideamur, quàm fortuna, quæ nos suo beneficio prouocat. <sup>b</sup> Turpissimum enim est, non solum oppida & loca, quæ tenuimus, proicere, sed etiam auxilia atq; occasiones à fortuna oblatas. Neq; uerò prodesse mihi uideretur, ad uos exhortandos atq; incitandos, commemoratio illa, quàm sint exiguae Philippi uires. <sup>c</sup> Nam tota illa oratio isti gloriosa est, nobis dedecori. Quo enim ille maiora gessit quàm pro uiribus, eo existimandus est formidabilior. uobis autem turpe est, cum & potentia praestaretis, & occasio esset bene gerendæ rei, neq; intentos neq; pares illi fuisse. Haec igitur omittā, ne uos obiurgare uidear. <sup>d</sup> Nam si quis uerè rem aestimabit, comperiet Philippum nostra ignauia creuisse, non suis uiribus: ac debere gratiam eius rei proditoribus, qui hic in publicis consilijs utilitati Philippi seruerunt: de quibus uos supplicium sumere oportuit. Sed nunc non est locus de his dicendi. <sup>e</sup> Ceterum praeter hæc, illa dicenda esse duxi, quæ uobis utilissimum est audire, & quæ continent maxima istius probra. Si quis autem eum perfidum & periurum uocet, sine commemoratione rerum gestarum ipsius, uidebitur tantum inania conuicia in eum dicere. Verum si quis omnes eius res gestas recensebit, ibi deprehendet & comperiet, quibus artificijs singula adeptus sit, & quàm sint eius res infirmæ. <sup>f</sup> Itaq; propter duas causas hanc commemorationem prodesse iudicò, & ut conspici possit eum improbum ac perfidum esse: & ut illi qui metuunt eum tanquam inuictum, & uideant eum omnia illa artificia consumpsisse, quibus initio decepit alios, & potentiam auxit, & ad metam ac finem iam peruenisse. <sup>g</sup> Ego quoq; Ciues, ualde formidandum esse Philippum censerem, si uiderem eum uirtute & iustitia tantam potentiam consecutum esse. <sup>h</sup> Sed cum has res considero, animaduerto eum initio egregiè nobis imposuisse, nihil prospicientibus. nosq; in suam societatem traxisse, cum Olynthios nollemus audire: eo quòd ille pollicebatur, se nobis Amphipolim traditurum esse, & arcanum illud quod ferebatur de Potidæa restituenda perfecturum esse. Deinde Olynthios auersos à nostra societate sibi adiunxit hoc beneficio, quòd Potidæam nobis ereptam tradidit eis: nec ueritus est nos, cum eius socij essemus, iniuria afficere. Thessalos autem sibi conciliauit, pollicitus se Magnesium eis traditurum esse, & ipsorum causa moturum bellum aduersus Phocenses. Ita omnes quibus aliquid cum eo negocij fuit, arte fefellit. Et hoc modo auxit potentiam, dum errore in fraudem inductos alios in suas partes trahit. <sup>i</sup> Ut igitur horum societate creuit, cum singuli aliquod ipsius beneficium expectarent: ita iudè euertent eum, postquam uiderint se ab eo delusos esse. <sup>j</sup> In hoc articulo sunt iam res Philippi. Aut prodeat aliquis, & mihi, seu uobis potius, ostendat, falsa esse hæc quæ commemoro: aut illos qui ab eo decepti sunt, in posterum ei fidem habere: aut Thessalos redactos in seruitutem, non expetere rursus libertatem. <sup>k</sup> Ac si quis hæc ita se habere intelligit, uerum existimat, Philippum iam uel imperium suum retinere posse, quia oppida & portus occupatos praesidijs habet, non rectè iudicat. <sup>l</sup> Tunc enim manere socij in fide, & unà labores & pericula adire solent, cum mutua eos beneuolentia coniungit, & pariter expedit omnibus commune periculum depellere. <sup>m</sup> Cum autem unus aliquis fraude & scelere potentiam consecutus est, prima occasio, & leue erratum omnia retro agit, ac dissoluit. <sup>n</sup> Nam potentia iniurijs, perfidia & mendacijs parta, non potest esse diuturna: sed durat aliquantisper, ac fieri potest, ut ualde etiam floreat: propterea quia multi spe inuitantur, sed paulo post deprehensa perfidia sua sponte dilabitur. <sup>o</sup> Ut enim ædium, aut nauigij, aut alterius ædificij fundamēta firmissima esse oportet,

oportet, b Res Philippi in illud discrimen uenerunt, in quo necesse est eum ruere, si modò nos quicquam egerimus. c MAIOR. Non rectè u-

dicant, qui imperia u-

fraude parta dicunt esse diuturna. d Expolitio. e Errata et offensiones alienant animos, praesertim imbecillium. Isti enim nati occasionem, facillimè deficiunt. f Principalia uerba maioris haec sunt. Prior enim expolitio, explicatio tantum maioris fuit. g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.

g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.

g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.

g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.

g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.

g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.

g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.

g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.

g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.

g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.

g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.

g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.

g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.

g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.

g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.

g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.

g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.

g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.

g Amplificatio, uel similitudo, ornamentum maioris.



oportet, ita negociorum causæ debent esse iustæ & ueræ. <sup>a</sup> At Philippi res longè aliter se habent. <sup>b</sup> Quare censeo, Olynthijs auxilia mittenda esse: ac sententiam probaturus sum, quisquis dicet quomodo & optimè instructa, & quàm primùm mitti possint. Censeo & ad Thessalos mittendam esse legationē, quæ eos & de apparatu nostro certiores reddat, & ad belli societatem hortetur. Deceuerunt enim Pagafas repetere, & de Magnesia cum Philippo expostulare. Sed uidete, ne tantum uerba legati uestri perferant, sed ut possint etiam res ostendere, quod iam eduxeritis exercitus, quod bellum moueritis, quemadmodū repub. uestra dignum est. Nam oratio sine factis est inanis, præsertim de nostra ciuitate. Quo enim paratiores erimus, & citius bellum inferemus, eo facilius impellemus alios ut ab eo deficient. Nam si quem uobis adiungere uultis, necesse est ut magnam mutationē apud uos cōspiciat, ac uideat uos cupide cōferre tributa, educere copias, deniq; omnia promptè obire. <sup>c</sup> Hæc si perficietis, quemadmodū conuenit, non solum sociorū uoluntates erga Philippū labascent, sed etiā domesticas uires intelligetis languidiore & infidas esse. Nam Macedonici exercitus tantū ualent appēdicis uicē, sicut olim Timotheo ducē nobiscū aduersus Olynthios ualuerūt. <sup>d</sup> Deinde Olynthijs cōiuncti, aduersus Potidæā rem bene gesserūt: quodq; nunc Thessalos subegerūt, ita accidit, quia ipsi inter se dissentientes Thessali, adiuuerunt eos cōtra Tyrannos. Semper autem quālibet parua accessio, multū adfert momenti. Ipsa uero Macedonia res per sese infirmæ sunt, & plenæ difficultatum: quas auxit etiam Philippus his ipsis bellis & expeditionibus, quibus potentior factus uidetur. Non enim eadem res iuuant Philippum, & subditos. Nam ipse gloriam concupiscit, & hanc assequi summa contentione animi conatur. ideo nullos labores, nullum periculū detrectat, ut maiores suos magnitudine rerum gestarum superet. Hanc gloriam magis expetit, quàm ut securè uiuat. Sed populus non uenit in societatem huius gloriæ, at interim uexati assidua militiā, dolore afficiuntur, & perpetuas ærumnas sustinent, cum non concedatur eis spaciū res suas curandī, aut fruendī suo. nec ea quæ lucrantur, quoquo modo bene collocare possunt: quia emporia propter bellum clausa sunt. Inde facile æstimari potest, quomodo populus in Macedonia erga Philippum affectus sit. Sed milites & pedites quos habet, existimantur egregia uirtute præditi, & exercitati in re militari. uerū ego ex quodam graui uiro, cui regio illa nota est, audiui, milites illos non esse præstantiores cæteris. Nam si qui excellunt uirtute ac scientiā rei militaris, hos per ambitionem à se remouet Philippus, dum uult uideri omnia suo consiliō & sua uirtute gerere. <sup>a</sup> Nam præter cætera uitia, dicitur intolerabili superbia atq; arrogantiā præditus esse. Si quis autem modestus est, aut alioqui probus, cui displicent quotidianæ eius helluationes, ebrietates, & salutationes: hunc dicebat negligi, & in nulla gratia apud eum esse: sed familiares ei esse <sup>b</sup> latrones & assentatores, & tales qui solent ebrii saltare, & talia facere quæ nominari non possunt. Hæc uera esse constat. <sup>c</sup> Nequissimi enim homines, quos hinc expulistis, ut Calliam seruum publicum, & similes alios mimos & scriptores obscenorum carminum amat, & in familiaritatē admittit. Etsi autē hæc uidentur leuia & exigua, tamen prudentibus grauissima signa sunt perditæ mentis, & impendentis exitij. Hactenus prosperi successus hæc uitia texerunt. Nam secūdetalia dedecora obscurant: sed si quid ei aduersi acciderit, tunc deprehensa plurimū ei nocebunt. Erumpent autem breui, <sup>d</sup> si dii uolent, & uos non cessabit. <sup>e</sup> Ut enim in corporibus, si quod membrum male affectum est, non adfert dolorem, si alioqui rectè ualemus: sed ubi morbus aliquis accessit, cientur etiam illæ ægræ partes, uidelicet fracta aut luxata membra. Ita donec tyranni aut ciuitates foris rem foeliciter gerunt, domestica uitia latent: sed cum in suis regionibus bellum gerendum est, interiora mala omnia se proferunt. <sup>f</sup> Si quis autem foelicitatem Philippi considerans, propter hanc formidabilem esse iudicat, prudēter cogitat. Nam fortuna multum ad fert momenti in omnibus, imò in eius potestate sunt omnia. Hoc quanquam ita se habet, tamen si mihi sit alterutra fortuna optanda, non dubitem præferre nostræ urbis fortunam, modò nos

<sup>a</sup> Repetitio minoris.  
<sup>b</sup> Principalis conclusio, uel sententia, quæ censet, & quid agendū sit indicat.  
<sup>c</sup> Transitio, uel quasi parafraseos ad sequens argumentū, quod etiā subditi Philippi non sint mansuri in fide.  
<sup>d</sup> Secundū argumentum: Subditi sunt iniqui Philippo, Ergo non potest durabilis esse eius fortuna.  
<sup>e</sup> Philippus mauult periclitari, & consequi hanc gloriā, quod maiores suos superauerit, quàm secūre uiuere.  
<sup>f</sup> Tertium argumentū de moribus Philippi. Mores, inquit, eius sunt intolerabiles, ergo fortuna quoq; intolerabilis erit. Consequentia ualeat, quia deus omnes immoderatas libidines punit: et propter Nemeasin miserales habent exitus.  
<sup>b</sup> Latrones confirmant audaciā, assentatores alit & confirmant stultitiā.  
<sup>c</sup> Talis est quifortuna, qualium delectatur consuetudine.  
<sup>d</sup> Cōiungit hæc duo: fortunā scilicet, id est deorū auxilia, & diligentiā hominū. uulgò enim dicitur, Di facientes adiuuant.  
<sup>e</sup> Egregia similitudo, quomodo

CC

mala domestica erumpant. <sup>f</sup> Confutatio de fortuna, qua opponit fortunam reipublicæ Atheniensis, fortunæ Philippi. Nostra respublica est etiam illustis, & multo maiores res gessit quàm ille.



Conferri Philip-  
pum cum Athe-  
nensibus. Alle, ins-  
quit, non fortu-  
na, sed tantū di-  
ligentia ualeat uos  
autem excellitis  
fortuna. igitur  
addite diligen-  
tiam, et inuate  
fortunam, tunc  
eritis multo su-  
periores.

Philippus nullā  
negligit occasio-  
nem rei bene ge-  
rende.

\* Amplificatio,  
quæ est genera-  
lis adhortatio,  
sumpta ab exem-  
plis domesticis et  
rebus Atheniensium:  
Olim, in-  
quit, uos sumpti-  
stis bellū, defen-  
dēt alios causas  
sed iam ita dege-  
nerastis ab anti-  
qua illa uirtute,  
ut ne pro defen-  
sione quidem ue-  
strorum ciuium  
bellum suscipere  
audeatis.

a Anthesis: Tē-  
pus præterit no-  
bis, nihil insigne  
gerentibus.

b A difficultate:  
Facilius esset,  
cum adhuc sumus  
integri, retinere  
et defendere par-  
ta, quam his a-  
missis ea recupe-  
rari. nam nō mi-  
nor est uirtus,  
quā querere,  
parta ueri.

c Addit postre-  
mō suam senten-  
tiam.

d id est, nisi nos  
primi prouoce-  
mus alios recte  
faciendo. Argu-  
mentum à signo.  
e Duces habebāt  
iustam excusa-

tionem. nam ciuitas non mittebat eis stipendia. f Atheniensium ciuitas diuisa erat in classes, et in una qualibet classe erant locupletes, et pars tenuiorum. iam igitur, quando incidebant calamitates, locupletes statim conferre pecunias cogebantur, quam deinde pro proportione à tenuioribus recipiebant. Idque fiebat eo consilio, ut Reip. in casu necessitatis consuleretur, et ciues egeni non grauarentur conferendis tributis. Ita enim locupletiores non onerabantur: et consulabatur quoque tenuioribus, cum tempus et spatium remunerandi eis pecuniam concederetur.

ei non deesse uelimus, sed paulum modò anniti, & facere ea quæ cōuenit. Plures enim occasiones rei bene gerendæ nobis se offerunt, quàm Philippo: quæ sunt significatio- nes beneuolentiæ Deorum erga nos. Sed ut uideo, sedemus ociosi, nihil conamur. Ri- diculum autem fuerit, si quis ipse nihil agat, amicis imperare ut probè obeant ea quæ sibi facienda erant: tantum abest, ut dijs multa mandare possimus, si ipsi non connita- mur. Nihil igitur mirum est, Philippum uincere, qui est assiduò in armis, & militiæ la- borem perfert, & adest ipse omnibus rebus gerendis, & in omnes occasiones intentus est: uobis interim cunctantibus, & decreta facientibus, & rogantibus sententias. Qua- re nihil miror, Philippum superiorem esse: imò contrarium mirarer, si nos in tanta igna- uia superiores essemus illo, qui summa industria & acerrima contentione animi facit omnia, quæ in bello requiruntur. \* Deinde hoc miror, adeò uos dissimiles esse maiorum uestrorum, qui pro libertate Græcorum Lacedæmonijs bellum intulerunt: & quum multæ essent occasiones augendæ potentiæ huius urbis per fraudem, tamen id facere noluerunt: sed alienæ libertatis causa suo sumptu bella gesserunt, & primi pericula adi- erunt. Nunc autem, cum uestræ res in discrimine sunt, militare & conferre stipendium cessatis. Cumque alios interdum uniuersos, interdum singulos seruaueritis, amissis ue- stris rebus sedetis ociosi. Insuper & hoc miror, uos nō expendere, cum longo iam tem- pore cum Philippo bellum gesserimus, uniuersum illud tempus ita abijisse, ut à nobis nihil memoratū dignum actum sit. Dum enim cunctamur, & speramus alios nostra causa bellum moturos esse, & mutuò nos in iudicia uocamus, deinde rursus speramus: postremò dum propemodū facimus talia qualia nūc fiunt, tempus omne exactum est. <sup>a</sup> Postea adeò stulti estis, ut quibus modis respub. ex meliore statu in deteriore lap- sa est, his ipsi modis ex his calamitatibus in meliorem conditionem restitui posse spere- tis. Sed neque consentaneum est, neque natura hoc patitur. <sup>b</sup> Facilius enim est retinere par- ta bona, quàm de nouo omnia parare. Iam uerò bellū nihil reliqui fecit, quod retinea- mus: magno labore omnia de nouo paranda sunt. <sup>c</sup> Censeo igitur, uos debere stipen- dium conferre, non grauatim ipsos militare, neminem accusare priusquàm debellatum sit. deinde ex rebus ipsis iudicium faciendum erit, benemeritis reddenda gratia, perfidi puniendi. In præsentia uerò auferte excusationes uestras, in quibus singuli culpam in aliorum errata conferunt. Non enim acerbè aliorum errata reprehendenda sunt: <sup>d</sup> nisi ipsi prius nostrum officium faciamus. <sup>e</sup> Quam enim ob causam existimatis duces no- stros omisso hoc bello, potius captare occasiones commorandi in alijs locis: siquidem pro ducibus ingenuè dicendum est, id quod res est. Nam in bello Macedonico præmia sunt uestra, capta Amphipoli: uos frui mini redditibus, pericula uerò sunt ducum pro- pria, & stipendia parce mittitis. Sed in alijs bellis periculi minus est, & præda est du- cum & militum, direptis oppidis, aut spoliatis nauibus. Singuli autem malunt sua uti- litati consulere. Sed uos in his publicis malis tantum accusatis duces: quando autem in iudicijs facta dicendi potestate auditis, quibus impediti fuerint difficultatibus, has non emendatis, sed inter uos rixamini, & alius alias causas commemorat publicorum malorum: cum interea omnes fateantur, grauius afflictam remp. <sup>f</sup> Olim tributa conse- rebatis iuxta collegiorū descriptionem, nunc litigatis iuxta has classes: & habet queli- bet pars suum ducem, uidelicet Oratorem, & huic adiunctum Imperatorem, & trecen- tos sui collegij astipulatores. Accedunt deinde studia ciuium, partim huic, partim illi factioni fauentium. At ommissis factionibus & studijs partium, oportebat unumquēque liberum esse, ut liberè possit reipublicæ consulere: & oportebat omnes pariter dicere sententias, & obire munera. Sin autem distracta ciuitate in uarias partes concedetis a- liquibus, ut uelut Tyranni soli regnent in reipublica: deinde alios cogetis instruere na- ues, conferre, militare: postea alijs permittetis, ut contra illos decreta faciant, ne confe- rant pecuniam aut operam, nihil unquam ritè fiet. Nam illa pars quæ accepit iniuriam,

non



non potest perpetuo tantos sumptus tolerare: deinde uos, ciues bene meritos male p[re]c[is]is pro hostibus. Censeo igitur in summa, omnes debere conferre pro modo facultatum, militare omnes per uices, omnes dicere sententias, ut optima eligatur: non quomodo hic aut ille dixit. Hæc si feceritis, non solum in presentia laudabitis oratorem, sed etiam uobis ipsis gratulabimini postea, republ. restituta in meliorem statum.

Conclusio

EADEM, CHRISTOPHORO

Hegendorphino interprete.



**M** in alijs multis rebus perspici potest, singularem esse Deorum beneuolentiam erga hanc urbem, tum uero in hoc negotio maxime. Hæc enim omnino Dei beneficio accidisse apparet, ut Philippo bellum uicini inferant, quiq[ue] uires non contemnendas habent: deniq[ue] quod præcipuum est, ut magno consensu pacis conditiones primùm infidas esse: deinde tales, quæ receptæ, exitium Reipubl. suæ allaturæ essent, statuunt. Iam igitur nobis prouidentium erit, ne occasione desimus, ne uel peius de nobis ipsi mereamur, quam fortuna meretur. Turpissimùm enim est, non solum oppida atq[ue] loca, quæ tenuimus, proijcere, sed etiam auxilia atq[ue] occasiones à fortuna oblatas. Neque uero prodesse mihi uidetur illa cõmemoratio, quàm sint exiguæ Philippi uires, ad uos excitandos & adhortandos. Nam tota illa oratio isti gloriosa est, uobis dedecori. Quo enim maiora gessit quam pro suis uiribus, eo formidabilior existimabitur. Vobis autem ignominiosum est, nihil gessisse dignum ista uestra potentia. Quare hæc omittam. Quanquam si quis totum negocium rectè considerabit, uestra ignauia deprehendet creuisse Philippum, non suis uiribus. Non est autem huius loci dicere, quibus proditoribus gratiam debeat, qui ex illius utilitate omnia in Republica nostra gesserunt, de quibus uos supplicium sumere conueniebat. Illa uero dicenda esse duxi, quæ præter cætera audire uobis utilissimum est: etsi quis rectè æstimet, continent maxima istius probra: si quis uocet eum perfidum ac periurum, sine commemoratione rerum ipsius gestarum, iure uideri possit inania in eum conuicia dicere. Verùm, si quis omnes ipsius res gestas recensent, ibi deprehendi poterit, & facile ostēdi, qualis sit. Ac duplici de causa recensendas esse statuo. Primùm, ut palàm fiat id quod res est, improbum ac perfidum eum esse. Deinde, ut hi qui Philippum metuunt uelut inuictum, intelligant nihil ei restare earum rerum, per quas antea deceptis hominibus potentiam suam auxit, sed res eius ad metam ac finem uenisse.

Exordium est adhortatio sumpta ab occasione, ut cum Deus præbeat occasionem rei bene gerendæ, uiderint ne sibi ipsi desint.

Ego quoq[ue], ciues, ipse ualde arbitrarer eum formidandum esse, si uiderem eum bonis artibus & iusta agentem creuisse. Cum autem hæc negocia propius considero, inuenio eum egregie imposuisse nobis, nihil prospicientibus, tunc cum nonnulli dissuaderent Olynthiorum societatem, propterea, quia Philippus polliceret se nobis Amphipoliam redditurum esse: & arcanum illud, quod ferebat, de Potidæa restituenda perfecturum, si non defenderemus Olynthios. Deinde Olynthios sibi adiunxit à societate nostra auersos, cum Potidæam nobis ereptam, illis dedit: nec ueritus est nos, cum ipsius socij essemus, iniuria afficere. Thessalos autem nunc postremo fefellit, cum pollicitus est, se eis Magnesium traditurum esse, & ipsorum causa Phocense bellum moturum. Deniq[ue] nemo est omnium, quibus cum ei negocium fuit, qui non sit ab eo deceptus. Ita creuit per aliorum incuriam, atque oscitantiam, cum non nossent eum. Sicut igitur hæc uia peperit potentiam, cum singuli beneficium aliquod eius expectarent: ita rursus euerterit eum illi ipsi, postquam animaduernerint se ab eo delusos esse. Id tempus nunc instat: aut prodeat aliquis, & mihi, imò uobis ostendat, hæc quæ dixi, falsa esse: aut quòd initio decepti, postea ei fidem habeant: aut quòd Thessali indignissima seruitute oppressi, non cupiant se rursus in libertatem uindicare.

Propositio: Non est metuendus Macedo, quia res eius non sunt durabiles.

Confirmatio ex causis. Imperia iniuste parata non sunt durabilia: Macedonis imperium non est iure partum, igitur non est durabile.

Ac si quis hæc ita se habere intelligit, uerum arbitratur eum uel posse principatum retinere, quòd præsidia ac portus occupatos teneat, non rectè iudicat. Tunc enim socij manere in fide, pariter adire discrimen, & perferre difficultates solent, cum mutua



eos beneuolentia coniungit, & pariter expetit omnibus commune periculum depellere. Sed cum aliquis potentiam fraude ac scelere consecutus est, sicut iste, prima occasio, ac leue erratum omnia retrò agit atq; evertit. Nam potentia iniurijs, perfidia, scelere parata, non potest esse diuturna, sed aliquantisper durat. ac fieri potest, ut ualde etiam floreat, propter spes eorum, qui se ad eum adiungunt. Deinde uerò deprehensa perfidia, sua sponte dilabitur. Sicut enim ædificij ac nauigij fundamēta firmissima esse oportet, ita negotiorum inītia & causæ ueræ ac iustæ esse debent. At Philippī res longè aliter se habent. Quare censeo Olynthijs auxilia mittenda esse: ac sententiam probaturus sum, quisquis dicet, quomodo & optimè instructa, & quā primū mitti possint. Censeo & ad Thessalos mittendam esse legationem, quæ eos & de nostro apparatu certiores reddat, & ad belli societatem hortetur. Decreuerunt enim Pagasas repetere, & de Magnesia cum Philippo expostulare. Ac uidete, ne tantū uerba legati uestri perferant, sed ut possint etiam res ostendere, quòd iam eduxeritis exercitus, quæ admodum urbe uestra dignum est, quòd bellum moueritis. Nam oratio sine factis inanis est, præfertim de nostra ciuitate. Quo enim maiore animo hostem inuademus, eo magis diffident ei omnes. Si quem enim uobis adiūgere uultis, magnam mutationem apud uos conspiciat oportet in conferendo, in expeditionibus, deniq; in omnibus rebus promptè obeundis. Hæc si perficietis, quemadmodum conuenit, non solum sociorum uoluntates erga Philippum labascent, sed etiam domesticas uires sentietis languidas atq; infidas esse. Nam Macedonici exercitus tantū ualent appendicis uice, sicut Timotheo duce, nobiscum aduersus Olynthios ualuerunt. Deinde aduersus Potidæam coniuncti exercitus nostri & Macedonū simul inuicti fuerunt. Quodq; nunc Thessalos subegerunt, ita accidit, quia ipsi inter se Thessali dissidentes, adiuuerunt eos aduersus tyrannos. Semper autem quamlibet parua accessio plurimum affert momenti.

Secundum argumentum, à uoluntatibus subditorum Macedoniarum.

Ipsæ uerò Macedonum res per sese infirmæ sunt, & multis difficultatibus laborant. Philippus enim non leuibis damnis Macedoniam affecit, illis ipsis modis, quibus uidetur factus potentior, uidelicet bellis atq; expeditionibus. Neq; enim putate Philippum & populares iisdem rebus gaudere. Ille enim gloriam cōcupiscit, & in hoc incumbit magno animi motu, nec recusat ullum periculum, si quid patiendum erit, ut ea perficiat, quæ nemo ante se Macedoniae rex perficere potuit. Hanc gloriam magis expetit, quam ut securè uiuat. Ad ciues autem gloriæ huius societas nihil pertinet, & interim assidua militiā multa eis damna, labores, miseriasq; sine fine parit, nec conceditur eis spaciū ad sua negocia administranda, aut res suas curādas, aut ad collocādas atq; distrahēdas res bello quæsitas, cū propter bellū emporia in Macedonia clausa sint. Hinc facile est existimare, quomodo populus in Macedonia erga Philippum affectus sit.

Tertium argumentum, à Philippī moribus, et priuata uita.

Deinde peditum præcipui, etsi prædicantur fortissimi, & in re militari ualde exercitati esse, tamen ut ego audiui ex quodam Macedone, uiro graui, qui non solet mentiri, milites illi nihilo meliores alijs sunt. Si qui enim inter eos uirtute, & rei militaris scientia excellunt, hos, ut ille dicebat, Philippus per ambitionē exauctoratos dimittit, dum ea quæ gerit, omnia uideri uult suo consilio suaq; uirtute gerere. Et præter cætera uitia, intolerabilis est eius ambitio ac superbia. Si quis autem in ijs est paulo modestior, cui non libet quotidie unā helluari, nec delectatur temulentia & saltationibus, hunc sperni, & in nullo loco apud eum esse ferunt: sed familiares ei sunt latrones, assentatores, & homines impuri, qui ebrij saltare, & cætera facere consueuerunt, quæ nominare pudet. Atq; hæc uera esse planè cōstat. Complectitur enim nequissimos homines, quos hinc expulimus, ut Calliam seruum publicū, & similes præstigiatores ac mimos, & obscenorum carminum scriptores, quæ in familiares componunt, ut rideantur. Quanquam autem hæc aliquis leuia esse existimet, tamen prudentibus grauisima signa sunt perditæ mentis, & impendentis exitij. Sed tegunt hæc aliquantisper præsentibus successibus: nam huiusmodi domestica uitia foris res secundæ obscurant. At si quando ei aliquid aduersi accidet, tum uerò ista deprehensa plurimum ei nocebunt: ac si dii uolent, & uos, spero futurum, ut breui se proferant. Sicut enim in corporibus nostris, etiā si quod est membrum malè affectum, tamē dolorem non affert, donec alioqui rectè ualeamus: sed ubi morbus aliquis accessit, cientur etiam illæ agræ partes, uidelicet fracta aut iuxta

Egregia similitudo, quomodo mala domestica erumpant.

xata

Sic se etiam  
conspiciuntur  
occupant ac produ  
nam Philippo  
cogitat,  
negocijs m  
ita  
nostr  
conuenit  
Philippo, quæ  
oculos  
agat: tan  
la  
ocasionem  
rogantibus  
nos in  
rem  
qui pro re  
augenda pote  
peric  
peric  
& confer  
nunc uerò cel  
Deinde  
bellum  
lit. Ete  
dum nos mutu  
dum ea ferè fa  
ut quibus m  
modis sper  
est, ne  
de nouo parare.  
sum  
milit  
negocio iudi  
aufert  
Non enim  
facere  
fugientes, al  
quod huc, u  
occupatis. Ipsi enim  
unde facilius alu  
Sed uos in his  
potestatem,  
calam  
male se habere.  
uos confen  
Oratore  
multitud  
sua quisqu  
pari  
nonnullis, u  
instruere clas  
neque tamen aut



xata membra. Sic se etiam habent res ciuitatum ac Tyrannorum: donec foris bella gerunt, non conspiciuntur domestica incommoda: sed cum domi bellum gerendum est, ibi erumpunt ac produnt se mala domestica.

Si quis autem Philippi felicitatem formidandā esse putat, quo minus ei bellū inferamus, prudenter id cogitat, quod hominem cordatū meritō mouere debet. Nam in omnibus humanis negocijs multō affert momenti fortuna, imō in eius potestate sunt omnia. Hoc quanquam ita se habet, tamen si mihi alterutra fortuna sit optanda, non dubitem præferre urbis nostræ fortunam, modō ne ipsi deesse ei uelimus, sed paulum modō facere ea quæ conuenit. Plures enim occasiones rei bene gerendæ se nobis offerunt, quàm Philippo, quæ sunt significationes beneuolentiæ Deorum erga nos. Sed ut uideo, cessamus ociosi. Porro ne amici quidem iuuant quenquam, si quid eis mandet, cum ipse nihil agat: tantum abest, ut dii iuuent ociosos. Itaque non est mirum, Philippum uincere, qui militiæ laborem non detrectat, & ubique accurrit, neque ullam oportunitatem aut occasionem rei bene gerendæ amittit: uobis interim contantibus, & decernentibus, & rogantibus sententias. Nihil igitur miror, Philippum uincere: imō contrarium mirarer, si nos in ista ignauia superiores essemus eo, qui summa industria atque acerrimo studio rem gerit. Deinde hoc miror, adeo uos dissimiles esse maiorum uestrorum, qui pro reliquis Græcis bellum intulerunt Lacedæmonijs: & cum esset occasio augendæ potentiæ huius urbis per fraudem, tamen id facere noluerunt, sed suo sumptu atque periculo bellum gesserunt, ne alij iniuste opprimerentur, contulerunt pecunias, primi periculum adierunt. Nunc autem uos in periculo uestrarum fortunarum militare, & conferre pecuniam recusatis. Alios sæpe seruastis tum uniuersos, tum singulos, nunc uerō cessatis uestris rebus amissis. Hanc ego dissimilitudinem uehementer admiror. Deinde id quoque, quod nemo uestrum supputat, quàm longo tempore cum Philippo bellum gesserimus: quod ita abiit, ut interim nihil à nobis memoratu dignum actum sit. Etenim dum speramus contantibus nobis, alios rem nostram acturos esse, dum nos mutuò accusamus, & in iudicia uocamus: deinde iterum speramus: denique dum ea ferè facimus quæ nunc fiunt, tempus omne præterijt. Postea adeo stulti estis, ut quibus modis Respublica ex magnis opibus in deteriore statum lapsa est, iisdem modis speretis ex deteriore conditione in meliorem restitui posse. Sed neque consentaneum est, neque natura patitur, hoc facilius enim est retinere parta bona, quàm de nouo parare. Nunc autem bellum nihil reliquit nobis foris, quod seruemus, sed paranda rursus sunt omnia de integro. Censeo igitur uos debere pecunias conferre, non grauatim militare: neminem accusare, priusquam debellatum sit: ac tum demum ex toto negotio iudicare, & bene meritos honore afficere, malè meritos poena. In præsentia uerō auferte excusationes illas, in quibus singuli culpam in aliorum errata conferunt. Non enim decet nos acerbè in aliorum errata inquirere, si ipsi cessemus officium nostrum facere. Quam enim putatis esse causam, cur omnes nostri duces hoc bellum fugientes, alijs locis malint bellum gerere, siquidem dicendum est quod res est, nisi quod huc, ubi plus est periculi, parcius stipendia mittitis, & belli præmia uos occupatis. Ipsi enim frui uultis captis urbibus: alibi minus est periculi, & præda amplior, unde facilius aluntur exercitus, quare sui utilitati duces potius consulere coguntur. Sed uos in his publicis malis tantum accusatis duces: deinde cum facitis eis dicendi potestatem, omissa Reipublicæ cura, inter uos rixamini, & alij alias causas esse publicarum calamitatum contenditis: cum interim fateamini omnes, Rempublicam malè se habere. Primum igitur hoc faciendum erat: Collegia descripta sunt, hoc ordine uos conferre oportuit. Nunc uos tantum hoc ordine rixamini, & habet alterutra pars Oratorem, & Ducem oratori obnoxium, & huic trecenti eius collegij adsunt: reliqua multitudo partim his, partim aduersarijs fauet. Quin his omissis, efficitis, ut in sua quisque potestate sit, ac liberè de Republica iudicare possit: & ut communi consilio pariter & dicant sententias, & munera obeant. Sin autem concedetis nonnullis, ut uelut tyrannide opprimant Rempublicam: deinde ut alij cogantur instruere classes, conferre, militare, alij uerò ut aduersus hos decreta faciant, neque tamen aut pecuniam aut operam ad Rempublicam conferant,

CC 3 nihil

Confutat obiectionem de fortuna: opponit autem uobis felicitatem Philippi fortuna.



nihil unquam in tempore fiet, aut ritè geri poterit. Nam ea pars quæ iniuria afficitur, nō potest perpetuò sumptus tolerare: deinde uos constituetis pœnas in iniuria affectos, uelut in hostes. Proinde in summa sic censeo, cōferre omnes oportere, quemq̃ pro suis facultatibus, militare omnes ordine, omnibus etiã hic dicendī potestatem faciendam esse, & eligendas sententias optimas, non quod hic aut ille dicit. Hęc si feceritis, non solum in præsentiã Oratorē laudabitis, sed uobis ipsis etiã postea gratulabimini, Rempubicam in meliorem statum restitutam esse.

## DEMOSTHENIS OLYNTHIACA

TERTIA, PHILIPPO ME-

lanchthone interprete.

ARGUMENTVM.

**M**iserant Olynthijs auxilia Athenienses, quibus aliqua ex parte repressus est Philippus. Quod nunciū cum Athenas allatum esset, immoderate ferens multitudo res secundas, nō parum remisit de cura studioq̃ perficiendi belli. Olyntho satis consultum putabant, pecunia parcius conferebatur non stipendium, non supplementum copijs mittebatur, perinde ac planè debellatum esset. Et rhetores quidam consulebant reuocandum ac retrahendum esse ab Olyntho exercitum, ut in Macedoniam transportaretur, ubi uexaretur Philippus. Demosibenes cum uideret, quantum restaret periculi, sentiretq̃ futurum, ut si retraheretur exercitus, de Olyntho actum esset: rursus accendit curam et acuit, hortaturq̃, ut pertexerēt telam quam cepissent: Olynthios quem idmodum polliciti erant, defenderent: pecuniam liberalius conferrent: abrogata tandem lege de theatriali pecunia.

Est itaque Oratio generis Suasorij. Nam hortatur, ut inceptum perficiant est que: hic uniuersæ orationis status. In confirmatione causatur primū necessitatem, quod nisi pergant opprimere Philippum, postea uix tolerabilem fore. Deinde de Theatriali pecunia dicit. Postremò maiorum exempla proponit, & in alijs duobus locis aspergit trā. Taxatur enim uulgi leuitas, quod ubi semel arrisit fortuna, iam peractam esse fabulam putet. Carpit etiã improbos rhetores, qui popularibus rogationibus Rempubicam euertebant. Sed tertius locus splendidissimus est. Depingitur enim totius Reipublicæ status, penè ad eum modum, quo Salustius in principio Coniurationis Catilinariæ statum Romanæ Reipublicæ ueterē cum sui seculi moribus confert. Et sicut superior Oratio Tyranni simulacrum continet, ita hæc benè constitutæ ciuitatis formam quandam oculis subiicit, quales foris, quales domi, quales priuatim ciues esse deceat, quàm pestilentes sint in Republica improbi rhetores, quàm perniciofa sit uulgi licentia, & hoc genus alia. Vides hic, quomodo locis communibus augetur & illustretur oratio.

Exordium. perstringit rhetores qui uolebant ab Olyntho abauci copias.



**N**on uidentur mihi inter se conciones nostræ, Ciues, & facta conuenire. Intelligo enim uerba fieri ferociter de mulctando Philippo. at rem ipsam eò uadere uideo, ut prospiciendum ducam, ne quid antè nobis aduersi accidat. Proinde oratores nostri falli uidentur, cum alienum argumentum proponunt. Ego uerò non ignoro fuisse olim occasionem, cum citra periculum nostrum animaduertere in Philippū licuit. Ea q̃ fuit non ita multo antè, ex quo in Rep. uersor. Nam cum Amphipolin oppugnaret Philippus, simul nostra salua erant futura. et ille opprimi poterat. Nunc ita statuo, nihil prius aut antiquus habendum esse, quàm ut socios defendamus. Quod si successerit, de Philippo opprimendo postea consultabimus. At priusquam initium rectè constitueris, stultum est de exitu consilium capere.

Porrò si quando unquam, hoc tempore in primis magna cura consilio que opus habemus. Non deest autem consilium mihi in hac causa. Verùm hoc angor, quomodo apud uos orationem instituam. Censeo enim, plerunque non inscitia à uobis peccari, sed quod non libeat officium facere. Quæso autem ut libertatem meam, si qua uidebitur, boni consulatis, & ueritatem orationis spectetis, si quod fortasse remedium



ditum ostendero in his malis. uideatis enim non aliam esse tot calamitatū causam, quā quod ad gratiam rhetores concionantur. Non uidetur alienum altius rem repetere, & admonere uos eorum quę antea acciderunt. meministis enim, renūciatum huc esse tertio aut quarto abhinc anno, Heræum murum oppugnari in Thracia à Philippo. mensis erat opinor septembris. Et cum uariè tumultuatum hic esset, diuq; consultatio tenuisset, decretum est, ut quadraginta triremes instruerentur, militarentq; ciues omnes, quibus est militaris ætas, conferrenturq; sexaginta talenta. Postea exacto eo anno agitur Iunius, agitur Iulius, agitur Augustus. eo demum mense uix post ferias missus est Charidemus cum classe decem nauium, sed quę uacuar̄ erant ciuibus, & collata sunt argenti quinq; talenta. Nam ut nunciatum est, Philippum aduersa uoletudine uti, dein de esse mortuū (nam utrunq; allatū est) nullam esse causam arbitrabamini mittendi in Thraciam exercitus, & classē reliquistis. Atqui tum in primis occasio erat opprimendi Philippi. si enim tum auxilia misissemus, quemadmodum decretum erat in tempore, nihil negocij nobis modò Philippus faceret. Verum præterita reprehendi possunt, corrigi non possunt. Sed cum nouum bellū suscipiamus, commonēdos uos duxi, quāti constiterit antea uobis contemptus hostis, ne rursus desimus ipsi nobis. Quomodo igitur foro utendum est: Nisi summis uiribus opem tuleritis, uidebitis ex cōmodo Philippi bellum susceptum esse. Nam mediocres erant Olynthiorum uires, eratq; eò loci res, ut nec Philippus hos inuaderet, nec hi Philippum. Facta est deinde et nostrarum uirium accessio. ea res scrupulum iniecit Philippo, cum uideret alieno tempore potentem urbem nobiscum cōiunctam, bellum sibi inferre. Sentiebamus itaq; omnibus modis Olynthios debere bellū suscipere: & quod uulgo optabatis uniuersi, id ferè accidit. Proinde quid reliquum sit, nisi summa ope & properè opitulari, nō uideo. Nam præterquam quod turpissimū est, relinquere fabulā quam ceperis imperfectā, uideo etiā quid mali impendeat, cum sic affecti sint erga uos Thebani, & Phocensium res accisæ sint: neque obstare Philippo quisquam præterea possit, ubi Thracia potitus fuerit. est enim periculum, ne ad illum inclinent res. Atqui si quis tali rerum statu contatur officium facere, is hostem mauult domū accersere, quā foris audire, et socios suę calamitatis causa querere, cum alijs opem ferre foris possit. Nam quod eò spectet res, si in præsentia cessatum fuerit, nemini obscurū est. At plerisq; fortasse probatur consiliū de iuuandis Olynthijs, est enim decretum ea de re factum. Verum requirent à me: quomodo id existimē fieri debere? Aequo animo accipite, Ciues, si quid dixerò durius. Legumlatores create, non nouæ legis alicuius ferendæ gratia, satis enim legum habet ciuitas: sed ut abrogetis eas, quę in præsentia officiant Reip. nempe eas, quę de theatrale pecunia conditæ sunt, & de delectu militū. Nam altera lex ex stipēdiaria pecunia theatralem fecit, altera impunitatem donat ijs, qui delectu habito militiam detrectant, & ciuibus obsequentioribus formidinem incutiunt. has leges ubi abrogaueritis, & uiam bene consulentibus munieritis, tum demum querendus est, qui nouam rogationem de pecunia ferat, quę sit e Rep. Interea dum integra est harū legum autoritas, & dum minantur pœnā diuersum consulenti, non est expectandū fore quenquā qui liberius dicat sententiā, seq; in certum exitū præcipitet, maximè cum suo malo nihil promoueat tamen: imò in posterū etiam deterreat sua pœna alios, ne quis liberius cōsulat uobis. Porrò eosdem abrogare legē oportebat, qui antea tulere. neq; enim æquum est, cum gratiā lucrifecerint antea legū autores publico malo, nunc alios publico bono infortunū ferre. Priusquam uerò leges illę abrogentur, nemo est qui impunè laturus sit, si in leges commiserit: neque rursus quisquam tam amens fuerit, ut in certū se discrimen conijciat. Iam hoc etiam expendere debetis, decreta nihil ponderis habere, nisi rei manum admoueritis. Nam si decreta uel cogerēt uos ad faciendum officium uestrum, uel per sese efficerent, plurimū certè effecissetis hæcenus tot decretis factis, nec tam diu insultaret uobis Philippus: iam olim enim obrutus esset decretis. Verum longè aliter res se habet. quamquam enim consultare ac decernere primas habeant, si quis ordinem cōsiderat, tamen longè plus momenti est in agendo. id uerò desideratur: reliqua adsunt abundè. Sunt enim apud uos qui consulere rectissimè queant, neq; deest uobis in delectu acrimonia & iudicium, iam etiā oblata est bene gerendæ rei occasio, nisi ipsi uobis defueritis.

Quod

*Narratio, ex qua colligit, & antea obfuisse reipub. opinionē de represso Philippo: contēpsisse hostem nunc quam nō obfuit.*

*Propositio, ne deserantur Olynthij.*

*Confirmatio à turpi, & incommodis.*

*Quomodo sint iuuandi, unde pecunia petenda.*

*Epilogus ab absurdis.*



*Ab occasione.**Exaggerat col-  
lectis omnibus ar-  
gumentis.**Castigatio.**Collatio ueteris  
reip. cum recent-  
iore.**Quales foris.**Quales domi.*

Quod cedo tempus, quam occasionem meliorem requiritis? aut quando spes est rite a-  
liquid facturos? Si modò cessatum fuerit, nonne oppida præsidiaq; uestra intercept  
omnia Philippus? Quod si expectamus, dum in Atticâ perrexerit, extrema patiēda e-  
runt. Nonne fidem dedimus Olynthijs, si bellum inferrent, nos auxilio futuros esse: at  
his bellum iam illatum est. Nonne hostis est Philippus, nōne uestra armis capta tenet?  
Nonne si quid hostilius aut tristius dici potest, meretur? Sed cū hæc nihil adficient uos  
modò, & tantum non colludatis cum eo, posthac in aliōs culpam malè gestę rei confer-  
tis. Nemo sibi succenset, id quod satis scio. nam ut in acie cum fuga fit, nemo eorum qui  
terga uertunt non ignoscit sibi: duces, proximi, postremò quicumq; alij potius accusan-  
tur: cum pro se quisq; in culpa sit, cur in fugam uertantur. oportebat enim eos in acie,  
dum uacare culpa uolunt, perdurare. Quod si fecissent singuli, foelicius successisset. Ita  
si quis modò non optima suaserit, alij non accusent hunc, sed dicant sententiam & ipsi.  
Quod si meliora suaserit, ea maturate facere, Dijs aspirantibus. Verùm hæc peracer-  
ba sunt quæ suadeo, id non fit rhetoris uitio: nisi in hoc peccat rhetor, quòd non uotis  
etiam ex sententia uobis omnia conficit. facile profectò est optare summam bonorū  
omnium cumulum. deligere uerò in consultatione, quid maximè conducatur, id non per-  
inde facile factu est. Porrò utilia iucundis præferenda sunt, cum obtineri utrumq; non  
potest. Quod si præter theatralem pecuniam aliunde stipendium conflare posse docue-  
rit aliquis, eius nimirum sententiæ subscribetis. assentiar & ipse, si modò suppetet aliun-  
de pecunia. Miror autem quæ fieri possit, si paratam pecuniam in usus non necessarios  
effuderitis, ut suppetet in usus necessarios incerta pecunia. Verùm multum refert, quo-  
modo affecti sitis in tali causa iudicanda: sæpe que fit, ut ipsi nos fallamus, cum ita ferē  
quisq; iudicet, ut adfectus est, tamen si haud rarò longissimè res discrepet. Proinde ita  
de præsentī negotio, ut res fert, statuite, ut & in militiam proficisci possitis, & mercedē  
accipiatis. neq; enim sanorum hominum, neq; generosorum est, priuati commodi cau-  
sa bellum cum dedecore omittere. Iam & turpe est, cum raptis armis in Corinthios aut  
Megarenses impetum feceritis, dissimulare iniuriam à Philippo factam, qui græcas ur-  
bes in miseram seruitutem redigit, dum uos copijs uestris stipendium piget mittere. Ne-  
que uerò hæc temerè uisum est commemorare in hoc tantum, ut inuidia me onerē. non  
usq; adeò uel amens, uel infœlix sum, ut si prodesse nequeam, in inuidia esse iuuet. Ve-  
rùm probi ciuis officium esse iudico, post publicam salutem, priuatam gratiam habere.

Accipio enim, nec uobis res obscura est, maiores uestros, cum dicerent, simili uos es-  
se libertate, Niciam, Demosthenem, Periclem. Quos utinam imitentur hi qui hic fe-  
rē eos prædicant. Sed posteaquam hoc genus rhetorum ortum est, qui interrogant,  
quid uultis? quam rogationem feram? qua re gratificabor? Respublica prodita est, dum  
presens uoluptas et gratia captatur, & talia accidunt. Quare illis temporibus florentissi-  
ma erat Respublica, uestris uerò pessum it. Considerate quæso summam, ut conuen-  
niat hic status ciuitatis cum ueteri. Dicam autem & paucis, & peruulgata. Nam ciuita-  
tem optimè instituire poteritis, non ex peregrinis, sed ex maiorum uestrorū exemplis.  
Atq; illi, cum non gratificarentur eis rhetores, cumq; non palparent eos ad eum modū  
quemadmodum uos soletis, quinq; & quadraginta annis imperium tenuerunt, nec pa-  
rebant Græci inuiti, in arcem plus quàm decem milia talentorum redegerunt, uectiga-  
lem fuisse constat et regem Macedonicum (quemadmodum decuit barbarum Græcis)  
hostes sæpe & pedestribus copijs & classe fuderunt. Militabāt ipsi per sese, inuidiā glo-  
ria uicerunt. & foris quidem tales erant. Domi uerò, uidete quales fuerint priuatim ac  
publicè. Publicè templa ac donaria tam splendida reliquerūt, ut à posteris uinci neque-  
ant. Priuatim modesti erant, & morum urbis tenaces. Itaq; si quis nouit ædes Aristidæ,  
Miltiadæ, aut similiū, uiderit nihilo esse splendidiore ædibus uicini eius. Neq; enim  
ita Remp. gerebant, ut priuatas opes, sed ut publicas auerent. Porrò quia foris in-  
gerenda Rep. magna cum fide uersabantur, domi religiose tractabant sacra, & e qualitate  
inter se utebantur, magnam foelicitatem consecuti sunt. & tum quidem status rerum ta-  
lis fuit, cum tam moderatis uterētur magistratibus. Cedo contra, quæ ciuitatis fortuna  
est hoc tempore, cum tam benigni oratores præfunt? dissimillima profectò pristini sta-  
tus. Nam, ut multa prætermittam, uidetis in tanta solitudine quæ occasio recuperandi  
imperij



imperij oblata sit. Nam Lacedæmoniorum vires fractæ sunt, Thebani occupati, nemo præterea reliquus est, qui certare de Principatu uobiscum possit. Ibi cum citra periculum nostrum imperio potiri possemus, ne nostra quidē interea tutati sumus. ditionis enim partem amisimus, effudimus frustra plus quam mille & quingenta talenta: socij, quos belli tempore nobis adiunxeramus in pace, oratorum culpa nos deseruere, hostem aduersum nos ualentis. instruximus. neq; enim quisquam Philippo præter nos tantū uirium adtulit. Sed urbanæ res, inquit, splendidiore sunt. Dij boni, quid attinet recensere propugnacula calce illita, uias cōstratas, fontes factos, & huiusmodi nugæ? Quin spectatis tantarum rerum autores, quorum alij cum mendicarent antea, nunc locupletis. sunt: alij quondam obscuri, nunc amplis. honores gerunt: quorundam ædes magnificentia publica ædificia uincunt. Porro hoc deterius habet Resp. quo magis florentes istorum.

Et tantorū quidē malorum hæc est caussa, quod cum militaret pro sese populus, imperabat ijs etiam qui Remp gerebant, & in potestate sua habebant præmia omnia uirtutis. & mos erat, a populo petere honores, magistratus, beneficiaq; alia: nunc contra, penes oratores omnia commoda urbis sunt, & per hos omnia geruntur. uos enervati & mutilati, amisissis auxilijs & pecunia, rhetorum mācipia estis. nec penes uos imperium est, sed illi uobis uelut appendice utuntur. Estq; abunde satis uobis, quod theatralem pecuniam largiuntur, & nonnunquam huc ad sacra prædam mittunt. pro quo beneficio gratiam etiam uos eis debere iudicatis, quod est turpissimū, cum de uestro sint liberales. uos uerò domi concludunt, callidè subducunt, libiq; cicurare & mansuefacere solent. non potest autem animi alacritas conseruari in ocio. Nam ferè ita gerimus animū, ut uitæ consuetudo & negocia assuefecerint. Neq; uerò mirum fuerit, per Cererem, si grauiorem in me pœnam propter libertatem huius orationis statueritis, quam in illos, qui hæc uitia ferūt in ciuitate. nō enim semper apud uos libertati locus est. Et diuinā admiror patientiam uestrā, quod modò tantā mihi libertatē conceditis. Proinde si adhuc à uobis impetrari potest, ut hæc uitia corrigatis, militetis ipsi, faciatq; cætera pro dignitate uestra, ea pecunia, quā propter necessitatē intercipitis, utamini ad rem gerendā: magnum commodū, quantum conijcere queo, lucrifeceritis. Et huiusmodi quidē lucellum negligere suadeo, quod mihi persimile uidetur demēso quod aegroto à medicis datur. Nam ut id nec uires reficit, nec morbum uitamq; finire finit: ita theatralis pecunia qua fruimini, nec tanta est, ut magnopere conducat ad rem familiarem priuatim locupletandam: & cum desperaueritis multo ampliora quomodo quæ foris uirtute & militando petenda erant, hanc interea stipem aufertis, nec publice usui esse possit, sed alit tantū in singulis inertiam atq; ignauiam. Num igitur uis, inquiet aliquis, ut mercede militemus? Ego uerò patior, ut theatralem pecuniam retineatis: & tamen ita uolo constitui ciuitatem, ut cum pecuniam publicè accipiat, uicissim Reip. detis operam, quacumq; in re opus fuerit. Num etiam ocium nemini permittis? Non inuideo, quin fruaris ocio, modò à turpitudine desistas, quam ocium & inopia parit. Quod si bellum inciderit, par est ut cum utamini patriæ pecunia, uicissim militetis. Quod si cui nō fuerit atas militaris, tū modò gratis utatur liberalitate Reip. deinceps ita accipiat, ut domi uicissim Remp. curet & administret.

In summa, pristinam confusionem ciuitatis emendo, pauca tum eripiens uobis, tum condonās, ut ritè accipiat, militetis, exerceatis iudicio, faciatq; que pro atate cuiq; cōueniunt. Nolim publicam pecuniam dilapidari, & cum debeatur ijs qui nauant operam urbi, gratis effundi: nec uelim quemq; simul ociosum esse, & egere. Si quid acerbius dixi, faciunt Philippi hospites, ut talia de uobis ferantur. uidetis enim quid ferè accidat. Verum non accuso quenquam eorum qui suum officium faciūt. Iam uos etiam uelim uestrum officium facere, eaq; ipsos suscipere propter quæ alios honore afficitis, nec acie deserere, ac locū quem maiores uestri summis honestissimisq; periculis partum uobis reliquerunt. Obiter dixi, que conducere ciuitati duco. Dij

faxint, ut id quod est maxime è Repub. & omnium uestrū, eligatis,

DD BADEM







Philippo. Habebant uim quandam & Olynthij, & sic res eis erant cōpositæ, neq; Philippus eos cōtemnebat, neq; Philippū ipsi. Fecimus nos, & illi nobiscū, pacem: erat hoc uelut obstaculum quoddā Philippo, ac molestū, urbem magnā cōcedere ad nos, suis temporib. ab ipso alienatam: infensos reddere illos oportere Philippo, putauimus omnib. modis: & quod omnes iactabant hactenus, id ipsum actū iam est quomodo cū que. Quid igitur sit reliquū, uiri Athenienses, nisi ut auxiliemur fortiter & prōptē, ego certē non uideo. Præter enim ignominiā, quæ circumstaret nos, si harum rerū quicquā neglexerimus, neq; metū (uiri Athenienses) paruū uideo, qui incūbit post hæc nobis: dum ita erga nos sunt affecti Thebanī, ut sunt: dumq; opibus desperant Phocenses, ne que quicquam præterea Philippo est obstaculo, præsentem rerum statum perturbaturo. eō inquam res inclinare uideo. Verūm enim uero si quis uestrū in hoc, quæ opus est factō reijcit, is uidere periculum propē cupit, quod accidisse procul audire possit: et auxilia sibi quærere uult, cū ipse nūc possit auxiliari alijs. Quod enim eō recident res, si præsentia negligamus, nimirū scimus fermē omnes. Sed quod certē auxiliū ferre oporteat (dixerit aliquis) omnes nouimus, & auxiliabimur sanē: uerūm quī id debeat fieri, istuc uerō dicit. Ne igit uiri Athenienses miremini, si quid dixerō inopinatum plerisque. Legislatores cōstituite, in hos uerō ne legē ponatis ullā. sunt enim uobis multæ. Verūm eas quæ in præsens uobis nocēt, soluite. Dico autē manifestē sic, eas quæ sunt de Theoricis, & de militātib. quasdā, quarū aliæ stipendia quidem conferunt ijs qui domi desident, & theorica administrant: aliæ uerō, homines dissolutos & absque ullo ordine in Republica uersantes, constituunt immunes: demum & eos, qui quod est rectū facere cupiunt, abiectiones reddunt. Hæc ubi solueritis, & uiam optimē uobis consulendi feceritis tutam, tum quærite eum qui roget, quæ nostis omnes conferre Republicæ. Antea uerō quā hæc faciatis, non est cur quenquam expectetis, qui pro uobis optima consulens, perire a uobis uelit. non enim inuenietis: præsertim cum & hoc solum reliquum futurum sit, ut is qui roget & ferat super eo quod iniuste patiat, quod malum, nihil rebus ut commodet: sed & in posterum magis, quā nunc, rectissime consulere Republicæ reddat formidabilius, minusque liberum. Et sanē leges istas ut soluant, uiri Athenienses, rogare oportet illos ipsos, qui posuerunt. Non enim est æquum, illis quidem qui tum leges posuerunt, esse gratiam, quæ omnem læsit Republicam: odium autē & offensam, quibus rectius in Republica uersaremur omnes, fieri multatam & pœnam ei, qui rectissime consulat. Sed priusquam hæc constituatis, nullo pacto (uiri Athenienses) quenquam inter uos tantum esse existimate, ut si transgrediatur leges has, non det pœnam: nec quenquam tam amentem, qui in præsens incommodum sese coniiciat. Quāquam neque illud ignorare uos oportet, uiri Athenienses, quod nullum decretum alicuius est precij, nisi accedat, & efficere uos uelle quæ decreta sint. Siquidem enim per sese decreta sufficiant, & cogere uos possent quæ æquum est facere, aut quibus de rebus statuunt conficere, nunquam fecissetis uos (qui tam multa decernitis) tam pauca, imò uerò nihil horum: neque insultasset Philippus tanto iam tempore. dudum enim dedisset pœnam ille, uel propter ista tot decreta uestra. Verūm haud ita habent istæc. Nam facere, ipso dicere & suffragari posterius cum sit ordine temporis, potestate quidem & uī prius est atq; præstantius. \* Hoc igitur adesse oportet, cætera uerò existere. Etenim dicere quæ decent, apud uos sunt (uiri Athenienses) qui præclare possunt: & discernere, quæ in concionibus dicta sunt, omnium uos estis acutissimi: sed & efficere poteritis nunc, si quidem recte feceritis. <sup>a</sup> Quod enim tempus, aut quam occasionem, uiri Athenienses, quæritis præsentē hac meliorem: aut quando unquam quæ oportet facietis, nisi nunc: an non omnes uestras regiones occupauit iam ille? Quod si & huius dominus regionis fiet, omnium turpissima feremus. Non ne quos promissimns tueri alacriter, si bellum ille inferret, ijdē illi nunc bello premuntur: non est ille hostis: non uestra ille habet: non Barbarus: an non quicquid tandem uocare aliquis possit: <sup>b</sup> Atqui per deos, hæc omnia negligentes, & tantum nō copias illi nostras iungentes, rerum tam malē gestarū qui nam autores sint quæremus? Neq; enim unquā nosmetipsos accusabimus, uelut malorum autores. satis istuc equidem noui. Neq; enim eorum quisquam, qui in belli discriminibus fugiunt, seipsum ac

Eleganter membris et incisus re facit atrociorē, magisq; conspiciuam.

Hactenus epiti mesis sequitur altera pars, quo pacto possit. Exordium nouū de abroganda lege, & pecunijs ad militiæ usum conferendis.

καθημερον, quā paulo ante excusauit.

Legum urgente necessitate solū darum formula.

\* Populum alloquitur.

<sup>a</sup> Crebra interrogatione, uelut aculeo urget ac pungit populū. <sup>b</sup> Digressio ad theoretica. monet autem, sinendas tandem contentiones istas, quibus alter alterū subinde accusabāt ac ipsi potius reū incumbendū, cauendūq; eos quē ad gratiam dicunt omnia.

DD 2 cusat:



ὁ γὰρ τὸ πρῶτον

Obiectiones di-  
bit.

Ab exemplo ma-  
iorū imitari.

Elegans anti-  
thesis.  
Deprecatiuncu-  
la παρρησιας ple-  
nit.

Exordio uelut  
nouo attentos ac  
beneuolos red-  
dit: quia do-  
mesticis exēplis  
uittur, excusat.

Plutarchum in Pe-  
ricle.

Altera digressio  
nis, siue compa-  
rationis pars.

Amplificatio.


cusat: sed accusat etiā ducē, & proximū, adeoq; omnes potius q̄ sese. Succubuerunt ta-  
mē omniū fortasse culpa, qui fugerūt. manere enim licuisset ei, qui accusat alios. hoc ue-  
rò si quisq; fecisset, uicissent utiq;. Et nūc, si quis dicit nō optima, surgēs alius dicat ipse,  
neq; accuset illū. dicit alius quispiā meliora: facite isthac, bona fortuna. Atqui nō sunt  
hec suauia. Hoc qui dicit, certē dicit nō malē, fateor: sed hoc omittit, nū id sit uoto precā-  
dum ciuibus. Equidē precari, uiri Atheniēses, facile in unū quecūq; quis uelit colligen-  
tem, momento licet: capere autē & potiri, quādo de rebus consultandum sit, non perin-  
de promptum ac facile est: sed oportet optima pro suauibus, si non liceat utraq;, accipe-  
re. Si quis uerò uobis possit Theorica libera permittere, & militares sumptus ostende-  
re alios, nō ne ille (posset aliquis obijcere) melior sit consultor? Fateor sanē ego quoq;, si-  
quidem est aliquis modò, uiri Atheniēses. Sed miror, an cuiunquā hominū aut licuit,  
aut licebit, si quā nūc habet cōsumpserit ad quā nō oportet, rectē quò oportet ijs quā  
non habet uti. Verūm, arbitror, istorum rationibus magnum momentum accedit, sin-  
gulorum uoluntas. quapropter facillimū est omnium, decipere sese. Quod enim quisq;  
uult, id ipsum etiā faciendum esse censet: atqui res ipsæ habent saepe aliter. Conside-  
rate igitur (uiri Athenienses) hęc ita, quemadmodum res ipsę ferunt: & tum exire po-  
teritis, et prēmium inde percipietis. Equidem nō prudentū, neq; generosorū est homi-  
num, quicquam prętermittentes quod ad bellū attineat, propter opum penuriam, faci-  
le ferretales contumelias: neq; contra Corinthios quidē & Megarenseſ correptis ar-  
mis proficisci, Philippū autem sinere Græciæ urbes mācipare, propter defectum sum-  
ptuum militātibus. Et hęc uolui dicere obiter, non qui sim infensus uobis. Neq; enim  
adeò sum imprudens, aut infelix, ut cupiam esse inuisus, cū nihil inde emolumēti uide-  
am. Sed boni ciuis esse iudico, salutem reip. pro gratia, quam aucupantur quidam di-  
cendo, sequi. Etenim eos qui iam olim patrū uestrorum tempore in cōcionibus senten-  
tiam dicebant, audio, quemadmodū fortasse & uos ipsi (quod qui nunc uiuunt, laudāt  
omnes, imitantur autem non admodum) his morib. & hac concionandi, & in repub.  
uerſandi consuetudine uſos esse: Aristidam inquam, Niciam, cognominem mihi De-  
mosthenem, Periclem. Ex quo tempore autē prodierunt, qui interrogant uos, Rhetor-  
es quid uultis? quid ferāt? quā in re gratum uobis faciāt: absorptæ sunt res urbis uestræ  
protinus: propter istā, quā continuo frui uultis, uoluptatē & gratiam. Et talia certē ac-  
ciderunt. atq; illorum interim res omnes commodē habent, uestræ uerò turpiter. Equi-  
dem expendite, uiri Athenienses, quæ quis capita commemorare possit, rerum à uest-  
ris maioribus gestarum, & earum quę gestæ sunt à uobis. Erit autem breuis, & nota  
uobis narratio. neq; enim peregrinis uobis utentibus exemplis, uiri Athenienses, ue-  
rum domesticis, esse felicibus licet. Illi igitur, quibus non ita adulabantur oratores, ne-  
que ita palpabāt, quemadmodū nunc illi uos, quinq; & quadraginta annis Græcis im-  
perarunt uolentibus: plura autem quā decem milia talenta in arcem accumularunt.  
subditus autem erat ipsis etiam, qui hęc tum regionem habebat, rex: quemadmodum  
par est, barbarum Græcis. multa autem constituerunt & præclara trophæa, terra pari-  
ter & mari, cum militarent ipsi. soli uerò hominum, maiorem inuidiā post se rerum ge-  
starum gloriam reliquerunt. In rebus igitur Græcorum erant tales. Cæterum in Reip.  
negotijs, uidete quales & publicē se gesserint, & priuatim. Nam publicē certē edificia,  
& talem quandam elegantiam ac tantam pararunt urbi, templorum uidelicet, & in iſſ-  
dem monumentorum, ut nulli posterorum excellendū sit relictus locus. At priuatim i-  
ta modesti erant, tantaq; diligentia in Reip. forma & proprietate conseruanda perma-  
nentes, ut Aristidis, Miltiadis, & aliorum qui tum excelebant in Rep. domum, si quis  
modò nouit uestrū quæ nam quondam fuerit, uideat uicini domo nihilo esse magni-  
ficentiorē. non enim quo facultates sibi quærerent, in Repub. uerſabantur: sed Rep.  
curare se unusquisq; debere putabat. Ex eo autem quòd cōmunes Græcorum res fide-  
liter, diuinas autem piē, priuatas uerò æqualiter administrabant, magnam non imme-  
ritò consecuti sunt felicitatem. Equidem tunc eo sese pacto res habebant, cum talibus  
uterentur, qualibus dixi, summæ rerum præfectis. Nunc autem quo pacto uobis, à bo-  
nis istis uiris qui nunc sunt, res habent: num similiter, aut non multo aliter? Et alia qui-  
dem tacebo, cum multa dicere possem. Verum quanta sitis capti rerum desolatione,  
uide-



videtis omnes: cum nulli iam sint Spartani, qui de principatu uobiscum contendant: Thebani uerò non quiescant: aliorum autem nullus existat, qui se dignè de principatu uobis opponat. cum liceret autem nobis & nostra possidere tutò, & iustitiam administrare cæteris, destituti sumus regione nostra: plura autem quàm mille & quingenta talenta insumpsimus, absq; omni fructu & commodo. quos autem habebamus in bello socios, dum adhuc pax esset, amisimus: hostem uerò parauimus, aduersum nos ipsos tantum. Aut procedens dicat mihi aliquis, unde nam aliunde potens factus est, quàm à nobis ipsis Philippus? Sed heus tu, si hæc malè habent: quæ in ipsa sunt urbe, nunc habent melius. Et quid obsecro, dicat mihi aliquis: num pinnas propugnaculorum, quas dealbauimus? & uias, quas de integro strauimus? & fontes & aquæductus? Respicite sanè in eos, quibus id solum in urbe studij est: quorum alij quidem ex mendicis facti sunt diuites, alij ex obscuris in immo iam loco constituti: nonnulli suas ædes publicis ædificijs magis augustas magnificas que pararunt: quanto uerò publicæ urbis res minores sunt factæ, tanto illorum res creuerunt. At quæ nam horum omnium est causa? Et quæ adeò tandem iam olim omnia ita habebant rectè, nunc uerò non item? Quia primum quidem, cum adhuc obire militiam auderet populus ipse, eorum qui in republica uersabantur potens erat, & dominus ipse bonorum omnium: bonique consulebatur, à plebe cæteros accipere & honorem & imperium, & quocumque tandem bono potiri. Nunc autem fit contrarium: domini enim bonorum sunt magistratus ipsi, & per hos fiunt omnia. Vos autem populus ocio & desidia eneruati, & destituti opibus sociorum, seruitij loco, & subditi facti estis: contenti, si communicent, unde liceat spectare uobis, aut bucculas mittant illi: & quod omnium est absurdissimum, pro uestris ipsorum bonis gratiam ipsis habetis. illi uerò in ipsa uos includentes urbe, cogunt ad omnia, & lactant, dum uos sibi tractabiles reddant. Nunquam autem arbitror licet, magnum tandem & excelsum animum induere, parua & turpia facientes. Nam qualiacunque sunt hominum studia, talem necesse est etiam habere animum. Hæc cum dico ego, nihil miror, per Cererem, si infligatur à uobis damnum maius, quàm his qui fecerunt, ut hæc ita fierent. Neque enim liberè de omnibus apud uos semper dicitur. Verùm ego sanè, id quod etiam nunc factum est, miror. Si igitur etiamnum, misis ignauis istis moribus, & militare uolueritis, & quæ uos ipsos decent facere, & facultatibus istis, quas habetis domi positas, uelut occasione usi fueritis ad ea quæ foris sunt occupanda: forsitan forsitan, uiri Athenienses, perfecto aliquo bono potiri & magno licebit: & ad id genus muneribus publicis liberabimini, quæ uictui, qui à medicis præbentur languentibus, simillima sunt. etenim neque robur conferunt, nec sinunt aliquem mori. Et ea quæ inter uos iam distribuitis, neque tanta sunt, ut usum habeant aliquem sufficientem: neque cum desperetis, facere aliud quippiam sinunt: sed sunt ea, quæ cuiusque uestrum alunt augent que socordiam. Igitur tu stipendium ais? dicat aliquis. Et protinus quidem aio, eandem omnium conditionem, uel munerum distributionem, uiri Athenienses, nempe ut quicumque Reipublicæ partem aliquam accipit, si quæ urbs indigeat, in ea pròptè usui se Reipublicæ expositum præbeat. Atqui licet mihi quietem agere? Domi manens melior es, quia liber, faciendi scilicet turpe aliquid necessariò propter inopiam. Accidit autem aliquid tale, quale nunc? melior nempe es, si ipse milites, pro iisdem illis muneribus, quemadmodum est equum pro patria. Est uerò uestrum aliquis extra etatem illam militiæ apta: quicumque is extra ordinem nunc accipit, non comodam reip. ea ita accipiat, ut equè omnia reip. onera sustineat cum cæteris. Urbem igitur iam redegi in ordinem, sublata illa conditione ac statu confusione, inspectisq; omnib. ac dispositis quæ fieri oportet: prorsus autem nihil auferens, neq; apponens, præter pauca: eundem ordinem constituens, & accipiendi, & militandi, & iudicandi & faciendi id quod pro sua quisq; ætate & conditione potest, & cuius sese offert occasio. Nec est cur ego dixisse alicui uidear, quod oporteat distribueri ijs qui nihil agunt ea que agentibus distribuenda sunt: neq; ipsos ociari, & uacare, ac hesitare. Quod uerò nescio qui peregrini milites uicerint, ea auditis. hæc enim fiunt nunc: neque ego reprehendo, quicumque pro uobis aliquid fecerit, quod oporteat. sed hortor eadem facere uos pro uobis ipsis, propter quæ alios honorandos uobis esse ducitis:

Huc facit Spartani dicunt in Atheniens. patriæ muros ostentantem: Si mulieribus, inquit, istos comparastis, reatè sanè: si uiris, turpiter. Valer. lib. 3. cap. 7.

Obiectio. Ad id in reip. rãsi deinceps hortatur.





neq; discedere ab ea institutione uirtutis, uiri Athenienses, quam uobis maiores multis & praeclaris periculis partam reliquerunt. Dixi ferè quæ conductura arbitror, Vos uerò deligite, quodcunque & urbi & uobis omnibus profuturum sit.

**EAEDEM OLYNTHIACAE TRES,**  
quodam crudito interprete.

ARGUMENTVM PRIMAE OLYNTHIACAE, ex Libanio.

**O**lynthus Thraciæ fuit urbs, cuius incolæ Græci fuerunt, Chalcide Euboica urbe oriundi, Atheniensium colonia. Gessit autem Olynthus multa & insignia bella, tum cum Atheniensibus olim Græciæ imperium obtinentibus, tum cum Lacedæmonijs. Tandem eò potentia processit, ut inter cognatas urbes prima haberetur. Confederant enim permulti Chalcidici generis in Thracia. Denique, inita cum rege Macedonum Philippo societate, Olynthij initio cum eo Atheniensibus bellum intulerunt, id quæ partim ob acceptam à Macedone Antemontem urbem, qua de inter Macedones & Olynthios controuersia erat: partim ob Potidæam, quam Philippus ui expugnatam, et Atheniensibus ademptam, Olynthijs tradiderat. Suspectum tandem regem habere cœperunt, cum uiderent magnos & celeres eius esse successus, animum autem infidum. Captato igitur eius absentia tempore, missisq; ad Athenienses legatis, pacem cum eis facere contra fœdus cum Philippo iectum. Nam ita conuenerat, ut & simul oppugnarent Athenienses: & si aliud usum esset, communi consilio pacem facerent. Philippus autem iam dudum occasionem inuadendi Olynthios aucupatus, tum hanc, quod pactis haud stetissent, cum quæ hostibus fœdus percussissent, arripens, bellum eis intulit. Quamobrem Olynthij legatos Athenas miserè, opem imploratuos, quibus patrocinatus Demosthenes, auxilia decerni iubet, quod illorum incolumitas munimento esset Atheniensibus, nec Olyntho incolumi, unquam uenturum in Atticam Philippum: Athenienses autem facultatem habituros nauigandi in Macedoniam, atque ibi gerendi belli. Sin ea urbe Philippus potiretur, patefactum iam esse iter aduersus Athenienses Regi. Ut autem animum addat Atheniensibus, non eum esse Philippum (quod uulgus existimet) affirmat, qui superari nequeat. Disputat & de publica pecunia, suadetq; ut quæ antè spectaculis impendi fuisset solita, iam in stipendia militum conuertatur. Quia uerò mos, quo usi fuerunt Athenienses, plerosq; latet, is quoque est explicandus. Cum olim Athenis non esset lapideum theatrum, sed ligneis duntaxat tabulis coassatum, & quisq; locum ad spectandum occupare festinaret, haud rarò accidit, ut ad manus ueniretur, atq; cruenta etiam pugna orirentur. Quod ut prohiberent Atheniensium magistratus, uenalia loca effecere: ut singulos oporteret dare binos obolos, nec ulli nisi numerata pecunia ad spectandum admitteretur. Ne uerò in pauperum fraudem id esse institutum uideretur, ex aerario illos duos obolos accipiendos esse, constitutum fuit. Hinc igitur illa consuetudo orta eò usq; progressa est, donec non in hunc tantum usum pecuniam acceperunt, sed omnem publicam pecuniam distribuerunt: unde etiam ad expeditiones segnes facti sunt. Nam cum olim ob militiam stipendia ex aerario accipere consueuissent, tum in spectaculis & ferijs domi manentes, illa pecunia fruebantur. Itaq; nolabant iam militare & periclitari. Quin & capite sanxerant, ne quis decerneret ut ea pecunia in ueterem ordinem referretur. Ea q; de causa Demosthenes caute attingit hanc consilij partem, & subinterrogas seipsum, Tu ne autor es, ut hæc pecunia ad belli usum trāsferatur? Ego uerò minimè, respondet. Atq; hæc de theatri pecunia. Disputat orator & de urbanis copijs, ac censet ipsis ciuibus in aciem exeundum: non conductitium militum, ut consueuerant, auxilio mittendum: quod ea causa sit, cur tantum detrimenti re publica capiat.



Quidem existimo, Athenienses, nec dubito, quin præ magnis opib. electuri sitis, si perspicuum fiat, id quod reipub. utile futurum sit, de qua re nunc consultatis. Cum igitur hoc sese sic habeat, conueniet uobis studiose audire eos, qui uobis id quod uobis & reipub. uidetur utilissimum esse, consule re uolunt. Neq; enim solum, si quis paratus ac meditatus ad dicendum aliquid utile ueniat, id auribus accepturi sitis: uerum etiam hoc uestre fortunæ esse puto, ut quibusdam de multis ijs quæ fieri à uobis conueniat, aut utilia sunt, in mentem ueniant, ut ex omnibus hisce facile possitis eligere id quod omnium utilissimum erit. Ac presens quidem tempus, ô Athenienses, propemodum loquitur uoce missa, has res uobis suscipiendas esse, si modò eorum salus uobis curæ est: nos autem quo nã modo uideamur affecti esse erga has res, haud scio. Hæc autem sunt quæ mihi hoc tempore facièda esse uidentur, primùm ut decernatis auxiliũ, & copias colligatis quàm citissimè, quo hinc laborantibus & periclitantibus Olynthijs opem atq; auxiliũ feratis: ne uobis idẽ accidat, quod antehac euenit: deinde ut legatos mittatis qui hæc nuncient, & rebus gerendis adsint.

Quo-



Quoniam hoc maximè timendum est, ne cum Philippus uersutus sit, et homo talis qui occasiones rerum gerendarum captare probè sciat, partim concedendo de suo iure, si res ita postulabit, partim etiam criminando nos & nostram absentiam de summo rerum statu aliquid detrahat. Veruntamen, Athenienses, quæ res Philippi inuictissima est, hæc plurimum uobis conducere uidetur. Nam quòd ille omnium rerum potitur, tum fandarum tum nefandarum, & simul dux est, regit ac dispensat pro suo arbitratu: denique quòd ubique exercitui adsit: adhæc quidem magnum momentum habent, ut ea quæ ad bellum gerendum pertinent, celeriter & tempestiuè perficiantur. Ac contra se habet ad reconciliationem, quam ipse libenter faceret cum Olynthijs. etenim intelligunt Olynthij, se bellum gerere in hoc tempore non de existimatione, neque de parte alicuius regionis, sed ne euertatur & in seruitutem redigatur patria: ac norunt, quòd nam pacto se gesserit erga Amphipolitas, qui urbem ei tradiderunt: & quo modo erga Pydnaeos, qui eum in suam ciuitatem receperunt. Denique omnino tyrannis infida est politicis rebus, præsertim si habent finitimam regionem. Cum igitur hæc sciatis, Athenienses, reliquaquæ quæ conueniunt cogitetis, existimo uos oportere cupere, & ad bellum gerendum incitari, si unquam, etiam nunc: contribuere libenter pecuniam, & uos ipsos etiam in militiam egredi, denique nulla in re deesse. Etenim neque quod dicatis, neque quod prætendatis, amplius reliquum est uobis, quo minus ea quæ conuenit facere uelitis. nam quod passim omnes dicebatis, quòd oporteret Olynthios à Philippo alienare animos, id nunc ultro euenit: id quæ ea ratione, quemadmodum uobis plurimum conducatur. Nam si à uobis persuasi, bellum susciperent contra Philippum, fortasse parum firmi focij essent, & aliquò usque duntaxat hæc sentirent: nunc autem quoniam odio prosequuntur Philippum, propter ea de quibus ipsos accusat, uerisimile est, eos habituros esse firmas & constitutas inimicitias, propter ea quæ pertimescunt, & ab eo perpessi sunt. Non conuenit igitur, ô Athenienses, talem occasionem uobis oblatam prætermittere: neque idem perpeti, quod iam antea sæpe perpessi estis. nam si nos idem studium, eandemque curam adhibuissemus de nobis ipsis, quam de salute Euboensium (adhibuimus enim, & cum auxilio uenimus Euboensibus) cumque Hierax & Stratocles, Amphipolitarum legati adessent, uosque iuberent in hoc ipso loco, & nauibus exire, & occupare ciuitatem, tunc eo tempore habuissetis Amphipolim, & liberati fuissetis omnibus illis quæ postea euenerunt. At rursus quo tempore Pydna, Potidæa, Methone, Pagasæ, itemque aliæ ciuitates, ne longior uidear singulis enumerandis, nunciabantur obsideri: si tum, inquam, nos promptis & libentibus animis opem tulissemus, ut conueniebat, unum ex his principum, nunc longè faciliore & magis submisso uteremur Philippo. Nunc autem cum semper prætermittamus & negligamus quod præsens & in manibus est, & putemus futura ultro per se & sua sponte rectè sese habitura, & auximus, Athenienses, Philippum: & tam potentem effecimus, quantus nullus fuit Macedoniae rex. At nunc hæc occasio ultro accidit: reipublice Olynthiorum, quæ nulli ex superioribus est inferior. At mihi quidem uidetur, Athenienses, si quis est qui iuste consideret ac perpendat ea beneficia, quæ alij in nos contulerunt, etiam si multa non sint talia, qualia ea esse conueniebat, nihilominus tamen iurè ac meritò magnas eis gratias habituros esse. nam quod multa belligerando amisimus, id nostræ incuriæ iurè aliquis adscribat. Sed quod hoc non iam olim nobis accidit, quod que auxilia nobis nunc quidem ostendantur, quibus illa compensamus, hæc illorum beneficia. Verum simile hoc mihi esse uidetur, quod etiam in comparandis pecunijs & facultatibus euenire solet. Nam si quis ea quæ consequutus fuerit, etiam seruauerit, magnam is fortunæ gratiam habet: si autem per imprudentiam amiserit, aut consumpserit, simul etiam obliuiscitur gratiam habere fortunæ. Consimili itaque ratione in tractandis rebus, qui occasionibus rectè non utuntur, neque recordantur, etiam si quid boni cuiusmodi beneficij à dijs contigerit: nam unaquaque res plurimum æstimatur euentu. Quare, ô Athenienses, oportet uos magnam curam suscipere rerum futurarum, ut his probè gestis eluamus etiam infamiam, quæ ex rebus gestis hæcenus iniusta est.

Sin



Sin autem Athenienses prodiderimus hos homines, nempe Olynthios, ac deinde ille in suam potestatem redegerit Olynthum: dicat mihi aliquis, quis nam prohibere & impedire ipsum queat, quo minus proficiscatur quocumque uelit: an non uestrum aliquis, Athenienses, perpendit & cernit rationem, qua Philippus cum in principio infirmus esset, ualidus & magnus factus sit? Primò capta Amphipoli Pydnam, iterum Potideam, inde Methonem, exinde Thessalias inuasit. Posthac Pheras, Pagafas, Magnesium. & cum omnia confecisset ex animi sententia, profectus est in Thraciam. ibi partim eiecit regibus, partim constitutis alijs regibus, in morbum incidit. Cum uerò iterum ex morbo conualuisset, non ocio aut ignauia se dedit, sed continuo bello aggressus est Olynthios. Expeditiones autem contra Illyricos & Pæonenses, & quoscumque aliquis dicere queat, prætermitto. Cur igitur, dicat aliquis, hæc nobis nunc dicis? Nimirum ut intelligatis, Athenienses, & cognoscatis utrumque, & quam inutile sit nobis semper unam quamque rem per iniuriam & negligentiam amittere, & sedulitatem & diligentiam in rebus gerendis qua Philippus aduersus omnes utitur, & quam longo iam tempore uitæ suæ exercuit, propter quam non quiescet, contentus rebus gestis. Quod si ille in ea sententia esset, quod semper oporteat aliquid maius quam præsentia sint agere: uos autem, quod nulla res fortiter suscipienda sit: uidete quem hæc spes exitum habitura expectandum sit. Per deos immortales, quis uestrum adeo stolidus est, qui ignoret bellum inde huc peruenturum, si negligentes fuerimus: ueruntamen Athenienses, uereor ne si hoc euenerit, quemadmodum hi qui pecunias sumunt mutuas, cum exiguo tempore abundauerint, deinceps tamen facile propter magnas usuras, etiam sortem amittunt: eodem modo etiam nos, cum uideamur ociosi fuisse longo iam tempore, omniaque uoluptate ponderemus, ne deinceps cogamur multa & grauiâ quæ nolimus facere, & ne periclitemur de rebus atque fortunis regionis nostræ. Atqui fortè dixerit aliquis, facile & cuiusuis esse, reprehendere: sententiam autem pronunciare, quid nam faciendum sit de rebus præsentibus, id esse consultoris. Atque ego quidem haud ignoro, Athenienses, hoc quod uos sapenumero succensetis non ijs qui authores fuerint, sed qui postremi de rebus uerba fecerint, si quid præter opinionem acciderit. Veruntamen non existimo dignum, oportere me, perpendentem meam ipsius securitatem, de ijs quæ conducere uobis arbitror, dicere. Igitur censeo duplici uia & ratione succurrendum esse uestris rebus, quæ in eum locum adductæ sunt: primum, ut ciuitates Olynthiorum conseruemus, & emittamus milites qui hoc faciant. Deinde, ut uastemus & populemur illius regionem cum triremibus, tum alijs militibus. Sin autem alterutram ex his duabus rationibus neglexeritis, uereor ne militia inutilis nobis futura sit. Nam siue uos uastetis illius regionem, isque hoc ferat, & Olynthum in suam potestatem redigat, facile profectus in regionem suam, tuebitur eam. Siue autem auxilia tantum miseritis in ciuitatem Olynthiorum, isque uideat res domesticas in tuto esse, obsidionem persequatur, & in res gerendas omni studio incubat, temporis diuturnitate superior ijs erit qui obsidentur. Oportet igitur copiosa auxilia, eaque duplicia esse. Atque hæc quidem de auxilio existimo. Cæterum de comparandis pecunijs, est uobis, Athenienses, est inquam tanta pecunia militaris, quanta nulli ex alijs hominibus. Hanc autem non sumitis uestro arbitratu. Quod si igitur hanc dederitis militantibus, nulla uobis opus est pecuniæ comparatione: sin minus, opus erit, atque etiam omnium maximè opus erit exactio. Quid igitur, dicat aliquis, tu ne statuis ut hæc pecunia sit militaris? minimè equidem. Existimo enim milites esse comparandos, aut conscribendos, utque ea pecunia in rem militarem impendatur, & ut unus idemque ordo sit tum sumendi pecuniam, tum faciendi ea quæ conueniat. Vos autem sumitis & confertis pecuniam ad spectacula sine rebus. Reliquum igitur est, ut arbitror, ut nos omnes pecuniam contribuamus: magnam, si magna opus sit: si parua, exiguam. Opus enim est pecunia omnino, & absque hac nihil eorum quæ fieri oportet, effici potest. Cæterum alij quoque alias quædam comparandæ rationes pecuniæ referunt. Ex quibus deligite, quæcumque uobis uisa fuerint conducere. Et dum occasio datur, curam suscipite rerum, eisque succurrite laborantibus. Par est autem agitare & considerare eas ipsas, nempe quo statu nunc sint res Philippi. Neque enim decenter, ut apparet, & aliquis qui non diligenter consideret, dicere

oportet, neque quod  
hoc bellum, si e  
reuerentem, se tur  
Hoc igitur p  
nam trinitiam ar  
nam natura quide  
modum hac  
repetere al  
ex quibusdam  
Rempub  
fuerit. Quod  
angustias:  
omnino  
cum confue  
superbus et  
preter dig  
Quæ propter  
igitur Ai  
nostram  
quod oport  
occasionem P  
prompte existit  
audetis dat  
illud uos lateat  
illud apud ni  
illius region  
illos, quis cum  
tunc uero ne  
regionem nost  
auxilium ferat  
Res mehercule n  
stemens non dub  
gere, ne uerbis  
tantum di  
eas sumere c  
esset, existimo u  
tenuis ad uniu  
tam detrimen  
inimè infamia sus  
igitur hæc omnia  
Ac diuites q  
repetere tenent, ut  
sunt idonei, ut co  
uites sint suæ i  
rationem redde  
cum statum uobis  
quam felicissime

S E C V

immo res receperunt  
Iam uero egredi in mi  
reuerentem accedat, & e  
ne sum. Dicit enim



dicere queat, neq; quòd optimus præfens eius rerum sit status: neq; is unquam suscepisset hoc bellum, si existimasset se oportere bellū gerere diutius: sed sperauit, cum aggrederetur rem, se tum in potestatem redacturum esse res omnes. deinde opinione falsus est. Hoc igitur primū cum præter animi sententiam acciderit, deturbat eum, & magnam tristitiam animiq; deiectionem ei adfert. Deinde Thessali perturbant eum: hi enim natura quidem & semper infidi fuerunt omnibus hominibus: omnino autem quemadmodum hæcenus fuerunt, & nunc sunt huic Philippo. Etenim decreto facto statuerunt repetere ab eo Pagafas, & prohibuerunt munire Magnesium. Quinetiam audiui ex quibusdam, quòd non amplius concessuri sint ei, ut fruatur portibus & foris mercatibus. Rempub. enim Thessalorum oportere administrari ab his, neque Philippum sumere. Quòd si hac pecunia spoliatus fuerit comitatus, exercitus conductitij ipsius in angustias adducentur magnas. Iam uerò & existimandum est, Pæonas & Illyrios, & omnino hos omnes malle liberos esse, & suis legibus uiuere, quàm seruire. neq; enim consueuerunt obtemperare, aut parere alicui. Et homo iste, ut ferunt, improbus & superbus est, ac fortasse consentaneum est. Etenim fortuna prospera uti immeritò, uel præter dignitatē, occasionem dat stultis hominibus, efferendi sese, et superbiendi. Quapropter sæpenumero uidetur difficilius esse seruire bona, quàm comparare. Conuenit igitur Athenienses, uos illius incommoditates, & quod occasio ipsi defuit, existimare nostram occasionem, & prompto animo suscipere res gerendas, & legatos mittere quòd oporteat, atq; ipsos militare, & reliquos omnes incitare: atq; cogitare, si talem occasionem Philippus contra nos nactus esset, & bellum fieret ad regionem, quàm promptè existimetis ipsum uenturum esse contra uos. Deinde an non erubescitis, si non audeatis data occasione ea facere, quæ uobis euenirent, si posset ille? Præterea nec illud uos lateat, nunc optionem uobis dari, utrum oporteat uos bellum gerere isthic, an illum apud nos? Nam si Olynthij sustinuerunt sese, uos bellum ibi geretis, & uexabitis illius regionem, & liberè fruemini hac uestra regione. Sin autem Philippus ceperit illos, quis eum posthac impediet, atque obstabit quo minus huc proficiscatur? Thebani? imò uerò ne sit nimis durum dicere, etiam prompto animo simul cum eo inuadent regionem nostram. Num igitur Phocenses? qui suam non possunt defendere, nisi uos auxilium feratis. An aliquis alius? Atqui bone uir, non uolet contra nos proficisci. Res mehercule maximè esset absurda, si nō facturus esset hæc, data facultate, quæ nunc demens non dubitat apertè dicere. Iam uerò quantum intersit hîc aut isthic bellum gerere, ne uerbis quidem demonstrandum esse existimo. Nam si oporteret uos ipsos triginta tantum diebus extra ciuitatem uersari, & uti omnibus ijs quæ opus sunt exercitui, eaq; sumere de prouentibus regionis nostræ, dico etiam si nullus apud nos hostis esset, existimo uestros colonos plus dāni accepturos esse, quàm omnia ea sunt, quæ hæcenus ad uniuersum bellum insumpta sunt. Sin autem bellum ortum fuerit, quantum detrimenti nos accepturos esse existimandum est? Accedit huc contumelia, itemq; infamia suscepta: quæ quidem prudentibus nullo detrimento minor est. Cum igitur hæc omnia intelligamus, conuenit omnes auxiliū ferre, & propulsare bellum isthic. Ac diuites quidem, & eos qui pecunia abundant, pauca insumere pro multis quæ rectè tenent, ut reliquis liberè & sine metu fruantur: eos autem qui ad rem militarem sint idonei, ut comparata rei militaris experientia in regione Philippi formidabiles custodes sint suæ ipsorum regionis, dum salua & incolumis est: Oratores autem, ut facillè rationem reddere possint eorum quæ in republica gesserint: quoniam quicumque rerum status uobis obtigerit, tales iudices rerum gestarum ipsis eritis. Opto autem, ut quàm felicissimè res omnes uobis eueniant ab omni parte.

SECUNDÆ OLYNTIACÆ ARGUMENTUM, ex Libanio.

**A**thenienses receperant quidem legatos Olynthiorum, & decreuerant opem atq; auxilium eis ferre. Dum uerò egredi in militiam cunctarentur, & metuerent, quasi Philippus non facillè expugnari posset, Demosthenes accedit, & conatur incitare populum: ac docet, quàm res Philippi regis Macedoniae infirma sint. Dicit enim, eum suspectum esse socijs, & suis opibus non potentem: Macedoniae autem per sese esse infirmos.

EE CYM.





**I**n multis in rebus Athenienses mihi uidetur aliquis perspicere posse beneuolentiam deorum in nostram rempublicam declaratam: tum uero maxime in presenti rerum statu. Nam quod extiterunt qui cum Philippo bellum gererent, ipsi finitimi & potentes, & quod omnium est maximum, qui ita de hoc bello sentiunt, ut foedus quod cum illo fecerunt, primum infidum existiment, deinde euerisionem patriae suae, diuinum plane officium esse uidetur. Hoc igitur nunc cauendum est, Athenienses, ne uideamur peius de nobis ipsis mereri, quam sint praesentia: quoniam turpe est, imò turpissimum, non solum ciuitates & loca, quae aliquando tenuimus, uerum etiam socios, & opportunitates quas fortuna nobis comparauit, uideri amittere & negligere. At uires quidem atque potentiam Philippi exponere, & hac oratione uos adhortari ad faciendum officium, non operae precium esse puto. Quid ita? quoniam omnia quae de hisce rebus aliquis dicere possit, uidentur mihi magnifica & honorifica esse Philippo, uobis autem ignominiam & dedecus adferunt rerum male gestarum. Philippus enim quanto maiorem suam potentiam effecit ultra quam par sit, tanto admirabilior apud omnes iudicatur. Vos autem quanto peius quam conueniebat res ipsas gessistis, & rerum gerendarum occasionem neglexistis, tanto maior infamia uobis debetur. Haec igitur praetermittam. Etenim si quis uerè rem consideret, Athenienses, hinc intelliget eum creuisse, non suis uiribus. Ac de illis quidem, quorum gratiam ille debet ipsis, qui pro se res administrauerunt, de quibus uos poenas sumere conuenit, non uideo nunc locum esse dicendi. Quae uero praeter haec sunt, & utilissimum uos omnes audire Athenienses, quaeque magnam ei infamiam inurere uideantur ipsis, qui rectè ea reputare uelint, de his uerba facere conabor. Dicat aliquis, Philippum uocare periurum, & cui fides non sit habenda, nec docere quae nam gesserit, merito esse nudum conuicium. Omnia uero, quae unquam gesserit commemorare, & propter haec omnia reprehendere eum, & breuem orationem requirere uidetur, & duas ob causas utile esse, ut dicatur, existimo: tum quia uerum est, ut is improbus esse uideatur: tum ut ipsi qui uehementer eum pertimescunt, quasi expugnari non possint, intelligant quòd omnes rationes suas consumpsit his, quibus antehac decipiens homines creuit, & ad tantam potentiam peruenit, quòd res eius finem breui sint habiturae. Etenim ego ipse, Athenienses, existimarem Philippum ualde formidabilem esse, si uiderem eum iustis ac ueris actionibus creuisse. Nunc autem cum uideo, & rem considero, primum inuenio nostram stultitiam, cum quidam Olynthios hinc repellerent, cum nobiscum colloqui uellent, eo quòd diceret ille se traditurum nobis Amphipolim, & perfecturum arcanum illud, quòd aliquando iactabatur, & hac re uos sibi conciliaret. Deinde amicitiam Olynthiorum, quòd nobis Potidaeam, quam cum nostra esset, eripuerit, & illis tradiderit: nosque qui antea socii fuissimus, iniuria affecerit. Nunc autem postremo Thessalos, quòd promiserit eis se daturum Magnesium, & pro eis bellum contra Phocenses suscepturum esse. Denique nemo omnium est, eorum qui cum illo contraxerunt, quem ille non deceperit. Etenim semper arripiens dementiam eorum, qui non nouerunt ipsum, eos decepit: atque hac ratione creuit, & ad tantam potentiam peruenit. Quemadmodum igitur his rebus potens factus est, cum singuli existimarent facturum eum aliquid sibi utile, ipsi etiam rationibus, deprimi iterum, & eius potentia imminui debet, quando quidem conuictus est Philippus omnia facere sua causa. In hunc igitur locum, Athenienses, abductae sunt res Philippi: aut accedat aliquis, & mihi, imò uero uobis potius ostendat, aut quòd uera haec non sint quae dico: aut quòd ipsi qui primum decepti sunt, in posterum credant ei: aut quòd Thessali, qui praeter suum meritum, & indignè ab eo in seruitutem reducti sunt, nunc non libenter in libertatem sese uendicarent. Quòd si quis uestrum haec ita esse existimat, eumque ui retenturum res suas arbitratur, propterea quòd oppida & portus, & quae his similia sunt occupauit, is non rectè existimat. Nam cum beneuolentia homines societatem belli gerendi coierint, ac omnibus qui belli sunt participes ea res conducatur, tum & simul laborare & res aduersas perpeti ac manere uolunt homines. Cum uero aliquis, quemadmodum iste, iniuste & improbè, fraude ac dolis potentiam consecutus fuerit, prima quaeque occasio, & exigua offensio omnium rerum successum impedit ac dissoluit. Nullo modo



modo fieri potest, Athenienses, ut iniustus, & perfidus, et fallax, diuturnum imperium teneat. Sed talia primò et exiguo tempore durant, ac ualdè quidè etiam florent, si fortuna ita tulerit, propter spem hominum: tandem uerò deprehenduntur, & ultrò corruunt & concidunt. Nam quemadmodum fundamenta domus, & nauigijs, & aliorum quæ his similia sunt, firmissima esse oportet: sic etiam principia & occasiones atque causas actionum, ueras & iustas esse conuenit. Hoc autem non inest ijs quæ à Philippo gesta sunt. Cæseo igitur oportere nos primùm opem atq; auxiliū ferre Olynthijs, & quocūq; modo aliquis optimè ac citissimè dicat, hic placet mihi: deinde legationē ad Thefalos mittere, quæ partim doceat de his rebus, partim uerò incitet. Nunc enim decreuerunt repetere Pagafas, & de Magnesia cum illo colloqui. Verùm illud uidetur, & uideate Athenienses, ne legati nostri uerba tantum faciant, sed ut possint factum aliquod demonstrare, quòd egressi sitis, quemadmodum nostram remp. decet: & quòd in rebus gerendis iam uersemur. Quoniam cum omnis oratio, si res desint, tum uerò maximè nostræ reipub. inane quiddam, & frustra suscepta esse uidetur. Nam quo plus dicendo uidemur posse, tanto magis omnes fidem ei non habent. Præterea magna declaranda uobis est mutatio, cum tribuendo pecuniā, tū egrediundò, deniq; omnia diligenter & studiose faciendo: siquidem aliquis obtemperare uobis debeat. Quòd si de his uolueritis commonefacere alios, quemadmodum conuenit & oportet, non solum auxilia sociorum Philippo infirma & infida esse uidebuntur, uerumetiam suam ipsius potentiam & imperium infirmum esse deprehendetur. Omnino enim imperium & potentia Macedonum, si quidem coniugatur cum aliorum potentia & copijs, non est exigua. Quemadmodū aliquando uobis extitit duce Timotheo aduersus Olynthios: iterum utrumq; istud apparuit Olynthijs contra Potidæam. Nunc autem opem tulerunt Macedones Theffalis laborantibus & tumultuantibus, & turbatis aduersus genus tyrannicum. Deniq; quantumuis exiguas uires & copias aliquis addat, omnino multū momenti adferent: ipsa uerò per sese infirma est, et multis malis afflicta atq; affecta. Hic enim omnibus hisce bellis & expeditionib. quib. potentem esse eum aliquis existimat, infirmoorem sibi eam reddit, quàm natura sua erat. Nolite enim existimare, Athenienses, Philippum, & eos quibus imperat, iisdem rebus latari: sed hic gloriam cōcupiscit, eamq; tanquam magnum & præclarum aliquid cupidissimè expetit, & decreuit ac cōstituit, si quid accadat in rebus gerendis, & periculis subeūdis, id perpeti, & gloriam rerum gestarum, quas nullus unquam Macedonum rex gessit, uitæ tranquillitati anteposuit. Hi autem qui sunt sub eius potestate, non sunt participes eius laudis & gloriae, quæ his reb. gestis comparatur. Cum autem semper uexentur hisce expeditionibus, passim undiq; molestia afficiuntur, & perpetuò sunt miseri: cum neq; ociū & potestas eis cōcedatur laborandi atq; exercendi, aut curadi res suas priuatas: neq; ea quæ lucrati fuerint, sic collocare, quemadmodū possunt, qui ista habent, propterea quòd emporia quæ sunt in ea, clausa sunt propter bella. Ex his igitur reb. aliquis facile animaduertere queat, quomodo multi Macedones erga Philippū affecti sint. At milites peregrini & pedites qui cum eo sunt, uidentur esse formidabiles, & potētes, & diu multūq; exercitati in rebus bellicis: quemadmodum audiui ex quodam illorum, qui in illa regione fuerunt, uiro mehercle nequaquam mendaci. Nō sunt præstantiores alijs hominib. Nam si quis est inter eos peritus rei militaris & pugnandi, eos, dixit, Philippū repellere nimia quadam honoris & gloriæ cupiditate, cum uelit uideri omnia gerere. Nam præter alia etiā ambitio nem istius uiri incredibilem & intolerabilem esse. Quod si quis temperans, aut iustus, cætera non possit ferre, cotidianam uitæ intemperantiam & ebrietatem, & saltationes turpes, & indecoras, talem contemni, & pro nihilo haberi. Itaq; reliquos esse apud eū latrones & adultores, ac tales homines, qui cum ebrj facti fuerint, saltent, ac talia committant, quæ ego nunc uobis nominare non ausim. Constat autem hæc uera esse: nam quos hinc omnes eiecerunt, qui plerumq; magis petulantes sunt, quàm præstigiatores, ueluti Callias iste minister publicus, ac tales homines qui ridicula suis mimis perscribunt, & obscenas cantilenas, quas in eos, quibus cum uersantur, componunt risus cōcitandi gratia: hos diligit, & secum habet: quæ etiam si leuis aliquis existimet, tamen magna documenta sunt prudentibus sententiæ istius & infortunij. Verùm prospere & feliciter res gerere, hæc nunc tegit: nam res secūda facile possunt occultare, & tanq;







qui autem adiūcti estis, atq; fauetis, alij his, alij illis. Cōuenit igitur his pretermisissis, & uestro etiā nū iure atq; potestate retēta, cōmunicare sermones & cōsilia & actiones. Quod si uerō alijs concedetis, ut uobis tanq; domini imperent: alijs uerō, ut cogantur suis sumptibus triremes comparare, pecuniam cōtribuere, atq; militare: alijs deniq; ut decreta faciant solum aduersus illos, & nulla alia in re adiuuent ceteros: nihil eorum quæ facere conuenit, rectē & in tempore à uobis geretur. Nam ea pars ciuium quæ semper iniuria affecta fuerit, tandem destituetur. Deinde reliquū erit, ut uos puniatis eos loco hostium. Summatim igitur dico, ut omnes cōtribuatis pariter de ijs quæ quis que tenet, ac possidet: et ut omnes egrediamini uicissim, quoad omnes militaueritis: ut omnibus qui ad dicendū ueniūt, potestatem faciatis, ac de ijs quæ audieritis, optima quæq; deligatis, nō quæ ille aut ille dixerit. Quod si hec feceritis, nō solū eū qui dixerit, nunc laudabitis, uerū etiā uos in posterū, si res omnes meliore sint loco atq; cōditione.

TERTIAE OLYNTHIACAE ARGUMENTVM,  
ex Libanio.

**A**thenienses auxilia miserant Olynthijs, ac uidebantur rem prosperè & sceleriter per ea aliquo modo gerere, idq; nūciabatur eis: populus uerò lætitia elatus erat: eumq; oratores adhortabātur, ut pœnas à Philippo posceret, eumq; ulcisceretur. Demosthenes uerò cū timeret, ne si cōfidentes essent nimīū, quasi omnib. deuictis, & tanquā si iustū auxiliū tulissent Olynthijs, ne, in quā, reliqua in posterū negligeret, propterea accessit, & reprehendit superbiam eorum, & animos eorum reuocat ad moderatiorem cautionem atq; diligentiam in rebus gerendis: dicitq; non consultandum nunc ipsis esse, quemadmodum ulcisci Philippum uelint, sed qua ratione socijs opem atq; salutem ferant. Sciebat enim cum Athenienses, tum alios quosdam, curam atq; diligentiam adhibere, ne sua amittant: minus uerò incūbere in illud, ut hostes suos ulciscantur. In hac oratione manifestius attingit consiliū de pecunijs theoreticis: ac leges, quæ multam imponebant ijs, qui consulissent ad rem militarem eas conferendas esse, abrogari cupit. Deniq; omnino adhortatur, ut sese exuscitent, atq; erigant ad æmulationem maiorum suorum, & militent suis ipsorum corporibus: ac grauius populum obiurgat, qui hæcenus fuerit dissolutus ac ignauus: & populi principes, quod non rectē rem publicam administrarent.



**N**on eadē mihi nunc cogitanda in mentem ueniunt, Atheniēses, cum presentem rerum statum intueor, & sermones, quos audio, cōsidero. Etenim de eo uerba fieri, ut Philippū ulciscamur, uideo: res autem ad eum locum adductas esse, ut considerandum atq; cauendum sit, ne nobis aliquid peius accidat. Nihil igitur aliud peccare mihi uidentur qui talia dicūt, quàm quod argumentū uerum, de quo consultitis, nō proponunt. Ego uerò uel optimè scio, licuisse aliquando ciuitati, & sua tutò possidere, & Philippum ulcisci. nostra enim memoria non ita pridem utrumq; istud accidit. At nunc persuasus sum, id fatis esse nobis, ut primo quoq; tempore anteuertamus, ut socios nostros tueamur & conseruemus: nam si istud certò constitutum fuerit, tum licebit etiam consultare de eo, quā nam ratione illum aliquis ulciscatur. Sed priusquam principiū rectē fuerit constitutū, inane esse puto, qualemcunq; orationem habere de exitu huius rei. Ac præsens quidem rerum gerendarum occasio si unq; nunc profectò curam atq; consultationē requirit. Ego uerò haud existimo difficilimum esse, quid nam consulendū nobis sit de præsentis rerum statu: sed illud ignoro, quō nam modo de his apud uos facienda uerba sint. etenim ex ijs quæ me partim audiuisse, partim interfuisse intelligo, id persuasum habeo, plures res uos amisisse propterea, quod quæ conueniebat facere, non uelletis, non quod uos non intelligeretis. Cæterum illud uos rogo atq; obsecro, si liberius dixerō, ut æquo animo me dicentem feratis: atq; illud spectetis, num uera dicam, eamq; ob rem, ut reliqua emendentur. Videtis enim, quemadmodum ex eo quod quidam concionantur ad gratiam, præsens rerum status in summum adductus sit discrimen. Existimo autem necessarium esse, ut primū ea quæ præterierunt, in memoriam reuocem. Meministis Athenienses, cū Philippus tertio aut quarto abhinc anno uobis nūciatus est obsidere oppidum Hereum in Thracia: at tunc quidem mensis erat Septēber. cū aut multa apud uos homines dicerent, uarios rumores spargerent, et magnus tumultus existeret in plebe, decreto factō statuistis quadraginta triremes deducere: & ut ij qui atate ad quadragintaquinq; egressi essent, eas conscenderent, & ut sexaginta talenta contribuerent. Ac deinceps cum hic annus præterisset, Aprilis, Maius, Iunius, eo mense uix tandem



post mysteria ablegastis decem naues uacuas, in quibus erat Charidemus praefectus, argentique talenta quinque. Nam simulatque nunciatum est Philippum aegrotare, & mortuum esse (ambo enim haec allata sunt) cum iam tempus nullum esset amplius, nullaque occasione, opem atque auxilium ferendi existimaretis, dimisistis praefectum classis. At ista erat occasio uera rerum praclare gerendarum. nam si tum auxilia eodem misissemus, quem admodum alacri ac proprio animo cupidum decreueramus, non negocium nobis nunc faceret Philippus, cum seruatus tunc esset incolumis. Verum ea quae tunc gesta sunt, non possunt mutari: nunc uero tempus opportunum & idoneum offertur alterius noui belli gerendi. Quod nam istud? nimirum cuius gratia etiam de his mentionem feci, ne eadem uobis eueniant quae tunc contigerunt. Qua igitur ratione, Athenienses, ea occasione utemur? nam nisi omnibus copiis, omnibusque uiribus, auxilium tuleritis Olynthiis, uidete quomodo nam modo uos totum istud bellum, omniaque gesseritis pro Philippo. Olynthii aliquam potentiam habebant, resque ita se habebant, neque Philippus contemnebat illos, neque hi Philippum: nos fecimus, ac illi nobiscum pacem fecerunt, quod quidem tanquam impedimentum erat Philippo, ac molestum, ciuitatem amplam accedere, pace facta, suis temporibus. Existimabamus eos homines oportere inimicos reddere Philippo omnino. Et quod tunc omnes iactabant, id nunc factum atque perfectum est aliquo modo. Quid igitur reliquum sit Athenienses, quam ut fortiter opem feramus sociis nostris, equidem non intelligo. Nam praeterquam quod in dedecus & infamiam incurremus, si aliquid per ignauiam nostram neglexerimus, & Philippo concederemus, etiam maximopere metuendum esse in posterum intelligo, quum Thebani ita erga nos affecti sint, Phocenses autem pecunia destituantur: denique cum nemo Philippum impediat, quin cum res praesentes in suam potestatem redegerit, in has res gerendas incumbat. Veruntamen si quis uestrum differt ad hoc usque tempus facere ea quae fieri conuenit, cupitis propere uidere pericula, cum possit audire alibi ea esse, & auxilia sibi quaerere, & ipse opem ferre alijs. Etenim propemodum omnes nouimus, res in eum locum adductum iri, si praesentia neglexerimus. At dicat aliquis: Omnes nouimus, ferendam esse opem socijs, & subueniemus eis: quo uero modo id faciendum sit, id exponas. Ne igitur miremini, Athenienses, si quid dixerim quod contra opinionem sit multorum. Constituite leges: inter hos uero leges nullam legem condatis: habetis enim satis multas leges: sed eas quae uobis in hoc tempore nocent, abrogate. Dico autem atque intelligo adeo aperte, quae de pecunia Theorica sunt latae, & nonnullas quae de militibus sunt constitutae, quae partim eam pecuniam, quae in milites esset impendenda, ijs qui domi manent, tribuunt, ut in spectacula eam impendant: partim immunes reddant eos, qui dissolute in republica degunt: deinde timidos faciunt eos, qui student officium suum facere. Cum uero abrogaueritis has leges, & uiam rationemque dicendi ea quae sunt utilissima, muniueritis, tum querite aliquem qui consulat quae omnes conducere reipublicae intelligitis. Priusquam uero haec faciatis, ne consideretis, quis nam uelit cum optima quaeque pro uobis dixerit, a uobis perire: haud enim inuenietis qui hoc uelit suscipere, praesertim cum hoc solum reliquum futurum sit, ut is qui haec dixerit, atque consulerit iniuste aliquod malum perpetiatur, nihilque adiuuenti adferat reipublice: sed ut in posterum multo magis etiam quam nunc formidabile reddat dicere ac suadere, quae sunt utilissima. Atque etiam conuenit de his ipsis petere, ut leges has abroget, qui eas condiderunt. non est enim iustum, ut ijs qui tunc eas condiderunt, gratiam habeant quae uniuersae nocuit ciuitati: & ut ei qui nunc optima dixerit, quo omnes in posterum melius uiuamus, odium atque offensio tanquam poena contingat. Priusquam uero haec comparetis, neminem tantum esse apud uos existimate, qui non poenas det, quum leges has transgressus fuerit: neque ita stultum existimate quemque, ut in manifestum periculum sese coniciat. Quamquam ne illud quidem ignorare uos oportet Athenienses, decretum nihili faciendum esse, nisi etiam accedat illud, ut nos quae decreta fuerint, uelimus propere exequi. nam si decreta possent per se et sua uia, uel cogere uos ut ea quae conuenit faceretis, uel ea de quibus statuerunt efficeretis: neque uos quae multa decernitis, pauca uel potius nihil, eorum quae decernunt, faceretis: neque Philippus tanto temporis spacio uos uexasset. factum enim propter decreta poenas persoluisset. si quidem decreta eam uiam & utilitatem haberent. Verum ista se non hoc modo habent. Etenim facere, quum posterius sit ordine atque suffragijs, tamen antecedit uia atque natura sua, ac praestantius est. hoc igitur



igitur accedat necesse est, reliqua ut sint. Etenim sunt apud uos qui possint dicere, ea que dicenda sunt, cum estis celerrimi ad percipienda ea que dicta fuerint, atque etiam facere ea nunc poteritis, siquidem res recte agatis. Quod enim tempus, aut quam occasionem meliorem ea, que uobis nunc offertur, queritis: aut quando geretis ea, que gerenda sunt, si nunc neglexeritis? An non omnia loca nostra munita homo iste iam ante occupauit? Quod si hac quoque regione potietur, omnia turpissima sustinebimus. An non bello uexantur hi, quos recepimus nos studiosè defensuros esse, si bellum gerant: an non hostis ille: an non nostra oppida tenet: an non barbarus: an non quocumque nomine eum aliquis appellet? Atqui per deos cum hæc omnia prætermiserimus, & propemodum preparauerimus Philippo, nunc quaeremus, qui nam istorum sint authores? Neque enim nos ipsos in culpa esse dicemus, id quod ego probè scio: nam neque in periculis bellorum quisque eorum qui fugiunt, seipsum accusat, sed imperatorem, & qui proxime astriterunt, & omnes potius quam se accusat: quauis nihilominus propter eos omnes, qui fugerunt, uicti sint: manere enim poterat is qui cæteros accusat, quod si istud unum quisque fecisset, uicissent. Quod si quis nunc non dicat ea que utilissima sunt reipublice, surgat alius atque dicat, neque hunc criminetur, si quis autem alius meliora dicat, ea facitote, quod scilicet faustumque sit, idque deus bene uertant. At non iucunda sunt ista hominibus, non qui hoc modo loquitur, malè dicit, ueruntamen prætermittit an uota facienda sint. Nam optare quidem facile est ei, qui in unum locum collegerit quacumque uelit breui tempore: at non perinde facile est delectum habere, si de rebus consultatio proposita fuerit: sed sumenda sunt ea que sunt utilissima, pro hijs que iucunda & grata sunt: siquidem utraq; non licet eligere. At dicat aliquis, si quis possit uobis concedere pecuniam theoreticam, & aliam uiam rationemque comparandæ pecuniæ, quæ in milites impendatur, demonstrare: an non hic melior sit: fateor quidem: siquidem sit talis, Athenienses. Sed miror si cui hominum unquam licuit, aut aliquando licebit, cum præsentia ad ea que non conuenit, consumpserit, & abundare absentibus ad ea que conuenit. Verum uniuscuiusque uoluntas magnum momentum habet in huiusmodi orationibus. Quapropter omnium est facilimum seipsum decipere: quisque enim quod cupit, hoc etiam existimat, at res ipse sæpenumero habent aliter. Considerate igitur uiri Athenienses, hæc ita quemadmodum res ipsæ ferunt: & tum exire poteritis, & præmium inde percipietis. Equidem non prudentum, neque generosorum est hominum, quicquam prætermittentes, quod ad bellum attineat, propter opum penuriam, facile ferre tales contumelias: neque contra Corinthios quidem & Megarenses correptis armis proficisci, Philippum autem sinere Græciæ urbes mancipare, propter defectum sumptuum militantibus. Et hæc uolui dicere obiter, non qui sim infensus uobis. Neque enim adeo sum imprudens, aut infelix, ut cupiam esse inuisus, cum nihil inde emolumenti uideam. Sed boni ciuis esse iudico, salutem reipublice pro gratia, quam aucupantur quidam dicendo, sequi. Etenim eos qui iam olim patrum uestrum tempore in concionibus sententiam dicebant, audio, quemadmodum fortasse & uos ipsi (quod qui nunc uiuunt, laudant omnes, imitantur autem non admodum) his moribus & hac concionandi & in reipublice uersandi consuetudine usos esse: Aristidam inquam, Niciam, cognominem mihi Demosthenem, Periclem. Ex quo tempore autem prodierunt qui interrogant uos Rhetores, quid uultis: quid feram: qua in re gratum uobis faciam: absorptæ sunt res urbis uestræ protinus, propter istam, qua continuo frui uultis, uoluptatem & gratiam. Et talia certe acciderunt, atque illorum interim res omnes commodæ habent, uestræ uerò turpiter. Equidem expendite uiri Athenienses, quæ quis capita commemorare possit, rerum à uestris maioribus gestarum, & earum quæ gestæ sunt à uobis: erit autem breuis & nota uobis narratio. Neque enim peregrinis uobis utentibus exemplis, uiri Athenienses, uerum domesticis, esse scilicet licet. Illi igitur quibus non ita adulabantur oratores, neque ita palpabant, quemadmodum nunc illi uos, quinque & quadraginta annis Græcis imperarunt uolentibus, plura autem quam decem millia talenta in arcem accumularunt. Subditus autem erat ipsis etiam, qui hæc tum regionem habebat, rex: quemadmodum par est, barbarum Græcis, multa autem constituerunt, & præclara trophæa, terra pariter & mari, cum militarent ipsi, soli uerò hominum maiorem inuidia post se rerum gestarum

starum



starum gloriam reliquerunt. In rebus igitur Græcorum erant tales. Cæterum in Reipublice negocijs uidete quales & publice se gesserint, & priuatim. Nã publicè certè ædificia & talè quandã elegantia, ac tantam pararunt urbi, templorum uidelicet, et in iisdem monumetorum, ut nulli posterorũ excellēdi sit relictus locus. At priuatim ita modesti erant, tantaq; diligentia in reipublicæ forma & proprietate conseruanda permanentes, ut Aristidis, Miltiadis, & aliorum qui tum excellebant in Republica, domum, si quis modò nouit uestrũ quæ nam fuerit, uideat uicini domo nihil esse magnificentiore. non enim quo facultates sibi quærent in Republica uersabantur, sed Republicã curare se unusquisq; debere putabat. Ex eo autem quod communes Græcorũ res fideliter, diuinas autem piè, priuatas uerò equaliter administrabant, magnam non immeritò consecuti sunt foelicitatem. Equidem tunc eo sese pacto res habebãt cum talibus uterentur, qualibus dixi, summæ rerum præfectis. Nunc autem quo pacto uobis à bonis istis uiris, qui nunc sunt, res habēt? nũ similiter, aut nõ multo aliter? & alia quidem racebo, cum multa dicere possem. Verũm quanta sitis capti rerũ desolatione, uidetis omnes: cum nulli iam sint Spartani, qui de principatu uobiscũ contendant. Thebani uerò non quiescant: aliorum autem nullus existat, qui se dignè principatu uobis opponat. Cum liceret autem nobis & nostra possidere turò, & iustitiam administrare cæteris, destituti sumus regione nostra: plus autem mille & quingenta talenta insumpsimus absq; omni fructu & commodo. quos autem habebamus in bello socios, dum adhuc pax esset amissimus, hostem uerò parauimus aduersum nos ipsos tantum. Aut procedens dicat mihi aliquis, unde nam aliunde potens factus est, q̃ à nobis ipsis, Philippus? Sed heus tu, si hæc malè habēt: quæ in ipsa sunt urbe, habent melius. Et quid obsecro, dicat mihi aliquis? nũ pinnas propugnaculorũ, quas dealbauimus? & uias, quas de integro strauimus? et fontes, et aquæ ductus? Respicite sanè in eos quib. id solũ in urbe studij est, quorum alij quidem ex mendicis facti sunt diuites, alij ex obscuris summo iam loco constituti, nonnulli suas ædes publicis ædificijs magis augustas magnificentasq; pararunt: quanto uerò publicæ urbis res minores sunt factæ, tanto illorum res creuerunt. At quæ nã horum omnium est causa? & quĩ adeò iam olim omnia ita habebant rectè, nunc uerò non item? Quia primũ quidem cum adhuc obire militiam auderet populus, ipse eorũ qui in Repub. uersabant potēs erat, & dominus ipse honorũ omnium, boniq; cõsulebatur à plebe cæteros accipere & honorè & imperiũ, & quocunque tandem bono potiri. Nunc autem fit cõtrarium: domini enim honorũ sunt magistratus ipsi, & per hos fiunt omnia. Vos autem populus ocio & desidia eneruati & destituti opibus, sociorũ, seruitij loco, & subditi facti estis: cõtenti si cõmunicēt, unde liceat spectare uobis, aut bucculas mittāt illi: & quod omnium est absurdissimũ, pro uestris ipsorum bonis gatiã ipsis habetis. Illi uerò in ipsa uos includentes urbe cogūt ad omnia, & lactant dum uos sibi tractabiles reddant. Nunquam autem arbitror licet, magnum tandem & excelsum animum induere praua et turpia facientes. Nam qualiacunq; sunt hominum studia, talem necesse est etiã habere animum. Hæc cum dico ego, nihil miror, per Cererem, si infligatur à uobis damnum maius, quã his qui fecerunt, ut hæc ita fierent. Neq; enim libere de omnibus apud uos semper dicit. Verũm ego sanè id quod etiam nunc factum est miror. Si igitur etiamnum missis ignauis istis moribus, militare uolueritis, & quæ uos ipsos decēt facere, & facultatib. istis, quas habetis domi positas, uelut occasione usi fueritis ad ea quæ foris sunt occupanda: forsan forsan utiq; Athenienses, perfecto aliq; bono potiri & magno licebit: & ab id genus munerib. publicis liberabimini, quæ uictui, qui à medicis præbetur ipsis languentibus, similia sunt. Etenim neq; robur conferunt, nec sinunt aliquem mori. Et ea quæ inter uos iam distribuistis, neq; tanta sunt, ut usum habeant aliquem sufficientem: neque cum desperetis, facere aliud quippiam permittunt: sed sunt ea, quæ cuiusq; uestrũ alunt atque augent socordiam. Igitur tu stipendium ais? dicat aliquis. Et protinus quidem aio, eandem omnium conditionem, uel munerum distributionem, Athenienses: nempe ut quicumque Reipublicæ partem aliquam accipit, si qua urbs indigeat, in ea promptè usui se Reipublicæ expositum præbeat. Atqui licet mihi quietem agere? Domi manens, meliores, quia liber, faciendi scilicet turpe aliquid necessariò propter inopiam. Accidit autem aliquid tale, quale nunc, melior nempe es, si ipse milites, pro iisdem illis muneribus,

PE  
 apudmodum  
 aptam: q  
 ut a que  
 ordinem, sul  
 quæ  
 eandem ore  
 quod pro fir  
 alicui u  
 fun  
 milites u  
 al  
 pro uobis al  
 qu  
 Ath  
 Dixi fer  
 omibus p  
 DEMOST  
 P I C A  
 Philippi  
 d  
 nec  
 lin  
 nar  
 libe  
 hui  
 ete  
 autem, Cives  
 caranimos. Nam  
 diligenti  
 esse. Quod  
 tum uerò si  
 est, quod u  
 essent Lacedæ  
 quidquam i  
 aduersus  
 uobis formidand  
 uentia uestra  
 à Philippo pote  
 estis: & dum  
 in mensum  
 quæ quod d me  
 Sed idem ho  
 loca, &  
 fuerunt: quæ  
 nobis  
 etiam: ipse



ribus, quemadmodum est æquum pro patria. Est uerò uestrùm aliquis extra ætatem illam militiæ aptam: quæcunq; is extra ordinem nunc accipit, non comodans reipub. ea ita accipiat, ut æque omnia reipub. onera sustineat cum ceteris. Urbem igitur iam redegi in ordinem, sublata illa conditionum ac statuum confusione, inspectisq; omnibus, ac dispositis quæ fieri oportet: prorsus autem nihil auferens, neq; apponens, præter pauca: eundem ordinem constituens & accipiendi, & militandi, & iudicandi, & faciendi id quod pro sua ætate & conditione potest, & cuius sese offert occasio: nec est cur ego dixisse alicui uidear, quòd oporteat distribuere ijs qui nihil agunt, ea quæ agentibus distribuenda sunt, neque ipsos ociari, & uacare, & hæsitare. Quòd uerò nescio qui peregrini milites uicerint, ea auditis. hæc enim fiunt nunc: neque ego reprehendo quicumq; pro uobis aliquid fecerit, quod oporteat: sed hortor eadem facere uos pro uobis ipsis, propter quæ alios honorandos uobis esse ducitis: neq; discedere ab ea institutione uirtutis Athenienses, quæ uobis maiores multis & præclaris periculis partam reliquerunt. Dixi ferè quæ conductura arbitror: uos uerò deligite quodcumq; & urbi, & uobis omnibus profuturum sit.

DEMOSTHENIS ORATIO PHILIPPICA PRIMA, CHRISTOPHORO HEGENDORPHINO interprete.

ARGUMENTVM.

Prima Philippica tota est generis suasorij. Habet autem tres præcipuas partes. Prima confirmat ciues, ne de Repub. desperent: & castigata eorum ignauia, hortatur ut tandem seriò adijciant animù ad defendendam libertatem, & reprimendum Macedonem. Secunda pars continet apparatus, & rationem ac modum bellicum gerendi. In tertia parte rursus instituit tum obiurgationem, tum adhortationem plenam grauitatis, & aliquantulo ornatiorem reliquis partibus. Adhibet enim elegantissimas similitudines, quibus ostendit in rebus gerendis prospiciendas esse occasiones, nec expectandos casus. Stultissimum autem esse, elapsas ac fugientes occasiones persequi.



I de noua aliqua re deliberandum esset, ciues, continerem me donec cæteri maiores natu sententiam dixissent: ac si mihi eorù consilium probaretur, prorsus tacerem: sin autem non probaretur, conarer & ipse meam sententiam dicere. Postquã autem ea res in deliberationem uenit, de qua antea sæpe dixerunt ipsi, spero uos mihi ueniam duros, primo loco nunc dicenti. Nam si ipsi antea rectè consuluissent ciuitati, noua deliberatione iam non opus esset.

Exordiũ ab excusatione impudentia.

Primum autem, Ciues, etsi multis detrimentis affecta est ciuitas, tamen nolo uos despondere animos. Nam præterita incommoda atq; errata, proderunt in posterum ad deliberandum diligentius de rei summa. Intellegitis enim, ciuitatem uobis cessantibus ita afflictam esse. Quòd si autem hæc detrimenta accepisset, uobis fortiter defendentibus reipub. tum uerò spes esset nulla restituendæ ciuitatis in meliorem statum. Deinde cogitandum est, quod uel ab alijs audire, uel ipsi reuocare in memoriam potestis: cum maximæ essent Lacedæmoniorum uires atq; opes, quàm fortiter recuperaueritis libertatem: neq; quidquam indignum urbe uestra feceritis, sed bellum pro patriæ defensione iustissimum aduersus eos toleraueritis. Hæc eò commemoro, ut uideatis neq; quidquam uobis formidandum esse, si diligenter ac strenuè rem geretis, neq; uobis cessantibus ex sententiã uestra omnia processura esse. Et exempla sumere tum à Lacedæmonijs, tum à Philippo potestis. Nam & Lacedæmoniorum opes fregistis, postquam sedulo annexi estis: & dum reprimere Philippum negligimus, superbia ipsius perterre facti, magno in metu sumus. Si quis autem eo existimat difficile cum Philippo bellum fore, propterea quòd magnas nunc uires habet, & nos pleraq; oppida amisimus, rectè iudicat. Sed idem hoc quoq; reputet, nos olim tenuisse Pydnam, Potidæam, Methonen, & uicina loca, & pleraq; gentes, quæ nunc sub ipsius imperium redactæ, antea liberæ fuerunt: quæ mallent nobiscum sentire, quàm cum ipso. Quod si Philippus tunc ita cogitasset, nobiscum quoq; difficile bellum fore, cum huiusmodi propugnaculis muniti essemus: ipse uerò solus esset, nec socios haberet ullos, neq; gessisset ipse

Propositio, qua consolatur et confirmat ciues.

Confirmatio ab exemplo.

Inuersio.

FF quidquam



quidquam, nec tantas vires consecutus esset. Sed ipse rectè iudicat, hæc oppida, belli præmia esse in medio posita. Ac natura fit, ut absentum rebus præsentibus potiantur, & ignavorum ac cessantium opibus hi qui labores & pericula adire non dubitant. Hoc cum uideret Philippus, facile occupauit omnia, alios uero atque armis opprimens, alios officijs ad societatem pertrahens. Omnes enim libenter cum illis se coniungunt, quos uident instructos esse, & socios diligenter tueri. Itaque si uos ciues pari diligentia operam nauare uolueritis, postquam hæcenus cessatum est, et unusquisque pro uirili ea quæ respublica postulat, sine tergiversatione facturus est, conferre pecuniam, militare: denique si pro se quisque suas partes obire, nec ociosus expectare uicinum tanquam uicarium uoluerit, ita & tuto frui uestra ditione poteritis, & recuperare ea quæ per negligentiam amissa sunt, & poenas de Philippo sumere. Neque enim existimare debetis, ei suas opes uelut Deo firmas & immortales esse. Sed oderunt eum multi, multi metuunt atque inuident, qui nunc uidentur ei admodum amici: & quibus periculis ceteri homines obnoxij sunt, ipsi & ipse expositus est. Sed nunc omnes percussi tacent, cum propter uestram ignauiam ipsius iugum excutere non possint. Quare hanc segnitiam abijcere nunc debetis. Videtis enim quò petulantia processerit iste, cum ne quidem relinquat uobis deliberandi facultatem, utrum bellum suscipiendum, an quiescendum sit. Sed minatur, & superbis sermonibus nos prouocat: nec contentus est his quæ antea occupauit, sed pergit nos contantes ac sedentes insuper circumuallare, ac uelut indagine cingere.

*Argumentum à necessario.*

*Amplificat argumentum à necessario.*

Quando igitur incipietis opem ferre reipublicæ? Tum uidelicet, cum acciderit aliquid, cum necesse erit. Quæso autem quid sentitis de præsentis rerum statu? Ego enim ita statuo, homines liberos nulla necessitate magis commoueri debere, quam pudore. Soletis ob ambulantes in foro percontari, ecquid noui? Sed quid nunciari magis nouum potest, quam hominem Macedonem audere Atheniensibus bellum inferre, & in Græcia dominari? Quæritis an mortuus sit Philippus? Non, uerum ægrotat. Quid autem refert? Nam ut maximè hic mortuus esset, statim alius Philippus nascetur, si pergitis adeo negligenter rempublicam defendere. Nam hic magis uestra ignauia, quam suo Marte creuit. Deinde si Philippus moreretur, & fortuna, cui magis curæ est ciuitas nostra, quam nobis ipsis, tantam occasionem rei bene gerendæ offerret, quod ut faciat, opto: sciatis uos ex sententia perfecturos esse omnia, si exercitum in nouo rerum statu, ad hostilem regionem adduxeritis. Verum ut adhuc instructi estis, Amphipolin ne quidem, si offerret occasio, recipere possentis, quòd abhorrent ab hac re tum uoluntates uestræ, tum apparatus. Existimo autem uobis satis persuasum esse, quòd oporteat omnes cupide ac uolentes facere ea quæ Reipublicæ conducunt. quare desino uos longiore oratione adhortari.

*Secunda pars orationis de apparatu.*

Restat ut de apparatu dicamus, & de exercitiis ac stipendio, & quomodo hæc mature parentur quæ necessaria sunt ad liberandam ciuitatem ex presentibus periculis. Precor autem uos, ut iudicium differatis, donec omnia audieritis. Neque uerò putate, me, cum audietis noui apparatus mentionem fieri, moram aliquam afferre publicæ utilitati. Non enim utiliter consulunt, qui tantum festinantia rationem habent. Nam quæ acciderunt, ne potuissimus quidem hoc apparatu prohibere. Magis eorum consilium probo, qui rationem ineunt eiusmodi apparatus, qui durare in posterum possit, donec aut pax cum hoste conuenerit, aut hostis profligatus fuerit. Quòd si hoc modo prospexerimus nobis, non ueniet in posterum in tale discrimen respublica. Iam hæc ita propono, ut alijs quoque faciam potestatem suadendi ciuitati, ea quæ uidebuntur è respublica esse. Magna equidem polliceri uideor, sed è re ipsa poteritis statuere de meo consilio. Vos iudices eritis. Primum itaque quinquaginta triremes at mandæ sunt. Deinde sic oportet nos affectos esse, ut si poposcerit necessitas, nauigare ac militare ipsi non recusemus. Præterea iubeo triemes ac nauigia, quotquot usus requireret, pro equitibus comparare. Et has copias instructas tanquam in statione esse oportet, aduersus illius subitas incursiones, in Pylas, in Cherrhonesum, ad Olynthum, aut quocumque irruptionem fecerit. Nam in hanc opinionem de uobis adducendus est, quòd ex hac, quamuis magna socordia, tamen expurgisci uideamini, & occursum: uelut olim cum in Eubœam, in Aliartum, nuper in Pylas impetum facientem repressistis. Iam ut maximè non fuerit imposita necessitas occurrere Philippo

Philippo



Philippo (tametsi prospiciam, hoc planè necessarium fore) tamen profuerit nos instructos esse. ut aut cum rescierit, metu nostri contineatur, ne bellum moueat (sunt enim, sunt plures quàm satis est, qui illi omnia hinc renunciant) aut si contempserit nostrum apparatus, opprimamus eum imparatum, cum nihil impediatur per opportunitatem, in eius regionem navigare. Hæc itaq; sentio & decerni & comparari debere. Præterea exercitum scribendum esse duco, qui assiduò sit in armis, & populetur Philippi ditio- nem. Nemo mihi conductitios aut classem nominet. Ciues militare debere statuo, eosq; duces sequi, & imperata facere, quemcunq; tandem legeritis. iubeo etiam illis comeatum suppeditari. Dicam autem ordine, & quantas esse copias oporteat, & unde comeatus sit parandus. Primùm de mercenario milite. neque uerò id admittendum, quod sæpe iam plurimum nocuit. In decretis magnos apparatus perscribitis, & nihil satis esse ducitis: postea ne quidem leuia onera reipsa obire uultis. Sed primùm leuiora maturate. Deinde & maiora tum facite, tum suppeditate. Statuo itaque, duo millia debere contrahi. Sed in his ciues sint quingenti, delecti ex ijs quorum est militaris ætas: militent que certum tempus: non quidem longius illud, sed aliquanto breuius, ut uidebitur commodum: succedantq; alijs alijs, reliqui sint conducticij. Addantur his ducenti equites: & in his, ut minimum, quinquaginta ciues militent. & currentur naues equestribus copijs. Habeant & decem trirèmes expeditas. Nam cum Philippus classe instructus sit, nobis etiam expeditis nauibus opus est, ut exercitus tutò navigare possit. Sed unde petendi sint comeatus, ostendam id quoq; postea quàm docuero, cur sufficere has copias iudicem. Porro his copijs ideo cõtentus sum, quia nulla ratio iniri potest conficiendi tanti exercitus, qui dimicare iusta acie cum Philippo possit. bellum gerendum est ita, ut excursionibus prædam ex illius agro agamus. Proinde nec maior exercitus comparandus est, quàm qui alii possit: nec infirmior etiam iusto. Ciues autem unà navigare debere decreui. nam & antea accepi, ciues coniuictos cum cõducticij copijs præclaras res gessisse, & Lacedæmonios uicisse. E contra cum solis conducticij copijs rempub. committimus, illi latrocinum exercent in socios & amicos. Interim propter perfidiam nostri exercitus, hostes habent occasionem rei bene gerendæ. Ipse, animaduerso periculo, quod urbi impendat, ad Artabazum aut aliò se subducit. Dux eos sequitur: nec enim sine stipendio continere eos in officio potest. Proinde consulo, ut liberaliter collato stipendio, obligetis uobis & duces & milites: & addatis ciues, qui uelut arbitri intersint omnibus quæ gerantur. Est enim perquam ridicula nostra ratio gerendæ Reipub. Si quis enim interroget, pax nobis an bellum cum hoste sit? bellum dicetis, opinor. non ne electi sunt duces, magistri equitum? Quid agitant præter unum? Reliqui omnes ostentant se in pompa cum sacerdotibus. planeq; uidemini in hoc duces eligere, ut spectandos se præbeant in pompa: perinde atq; figuli statuas faciunt, quæ ibi circumferantur. Non ne duces ac magistri equitum, ex uobis ideo creantur, ut urbanis copijs præsentent? Quare in Lemnũ navigare oportuit magistrum equitum, & Menelaum ducere exercitum, qui foris rempub. tueretur. Neq; uerò hominis lædendi causa hæc dico: oportebat enim aliquem à nobis, quisquis esset, deligi.

Sed hæc fortasse probabitis. At ostendi uultis, unde conflanda sit stipendiaria pecunia. Hoc etiã exponam. Pecunia pro annona danda est. ad eam rem opus est nonaginta talentis, aut aliquanto maiore. In decem ueloces naues, quadraginta talenta collocanda sunt: uicena in singulas naues minæ, per singulos menses. Item, quadraginta talenta duobus millibus peditum, ut singuli pro annona denas drachmas singulis mensibus accipiant. Ducentis equitibus curanda sunt duodecim talenta, si singulis mensuum stipendium tricena drachmæ constituantur. Si quis uerò arbitratur hanc annonam angustiore esse, quàm postulet necessitas, is ualde fallitur. Nam mihi comper- tum est, si hæc ita constitueritis, futurum, ut cætera exercitus sibi ipse paret, prædando non è socijs aut Græcis. Qua in re si quid uidetur periculi, haud grauatim unà nauigaturus sum, & discrimen, si quod est, subiturus. Vnde igitur cõficienda sit hæc pecunia, postea dicam. Meum est igitur hoc consilium.

In decernendo primùm ita statuite, ne solis decretis & epistolis cum Philippo bel-



lum geramus, sed re ipsa. Sentio autem debere locum aliquem eligi, & certam regionem, ubi tanquam in statione nostrae copiae sint. Nam Philippus per occasionem, cum uenti secundi sunt, ad nos procurrit: & captatis Etesijs, tum ad nos classem adducit, cum nos occurrere uenti non sinunt. Proinde locum aliquem deligite, ne subito contrahendus sit exercitus, & armandus accepto iam damno: sed opus est perpetuo & certo praesidio. Hybernare in Lemno, & alijs eodem in loco insulis, ubi & portus sunt, & frumentum, & caetera suppetunt, quae exercitui necessaria sunt. Anni tempestates, & secundos uentos, & omnia quibus opus erit, prouidebit imperator. Quae autem a nobis praestari oportet, ea sunt quae ante proposui. Si enim pecuniam contuleritis de qua dixi, & caetera comparaueritis, milites, naues, equites: & decretis uestris coegeritis exercitum, ut in bello perdurent omnes, ne dissipentur copiae: si pecuniam uos dispensabitis, rationem exigetis rerum gestarum ab imperatoribus, tandem bellum profugabitur. Accedit hoc etiam comodi, quod intercipientis Philippi pecuniam, qui de nostro sumptus belli sustentat. Praeterea etiam uos domi in tuto eritis, nec licebit in Lemnum incursione facta, ciues inde uestros abducere. Magnam uim pecuniae ad Gerastum exegit, interceptis nauibus: traiecit & in Marathona, & sacra nauem inde auexit: idque ne poteratis quidem prohibere, nec tempester occurrere. Nunquam committimus, ut non suis temporibus quinquennialia & bacchanalia fiant, siue opulentos, siue tenues praefecti ludorum sorte creati fuerint. Et in id effunditis tantam pecuniam, quanta nunquam in classem ullam collocatur. Estque tantus apparatus, quantus uix usquam in ulla ciuitate. At in classe necessaria etiam desiderantur, neque illa in tempore instruitur. Qui sit hoc quia ratio faciendorum ludorum diligentissime descripta est legibus, belli gerendae rationem nullam prorsus certam habemus. Non ante deligitur praefectus instruendae classis, quam aliquid hostile nunciatum est. Praefecto constituto, si est tenuior, quaeritur uicarius. Tunc primum etiam de collatione pecuniae deliberatur, delectus habentur aduenarum & peregrinorum: & pro delectis alij supponuntur. Ita nobis cotantibus, occasio rei gerendae amissa est. Nam belli gerendae tempus consumitur in ipso apparatu. Non enim expectat occasio nostram tarditatem. Interim & illa ipsa praesidia quae foris sunt in armis, quia sunt infirmiora, quam ut reprimere hostium copias possint, per occasionem opprimuntur. Iste autem eodem superbiae processit, ut in Euboeam literas his uerbis miserit. **EPISTOLA.** Ac pleraque in his literis uere scripsit: quod utinam secus esset: qua de re si dicam, fortassis iniucunda erit oratio.

*Tertia pars orationis, continens adhortationem et obiurgationem.*

*Elegantissima similitudines.*

*Barbari pugiles.*

Ego uero ita sentio: Tunc ad gratiam concionanti ignoscendum esse, cum res ipsa omitti aliquid sinit, quod aures offendit. Sed si assentatio non conueniens negocijs, detrimentum affert: turpe est, fallere nos ipsos, & molesta omnia refugientes, circumueniri atque opprimi. Deinde ne hoc quidem audire uelle, quod bellum gerentes oportet, non sequi elapsas occasiones, sed anteuertere, & oblatas occasionibus uti. Et sicut ducem exercitus prospicere ac prauidere omnia oportet: ita eos qui negocia gubernant, efficere conuenit, ut ea gerantur, quae ipsis uidentur, non expectare casum. Cum autem maximos exercitus conficere possimus, cum habeamus triremes, pedites, equites, tributa, nunquam hactenus in tempore his usi sumus. Nec uero iam ista nos deficiunt. Sed bellum gerimus non aliter atque barbari pugiles decertant, qui semper ibi manum admouent, ubi icti sunt: & si quis in alia parte inflixerit ictum, rursus eodem manum transferunt: cauere autem, et ante ictum obijcere manum, neque possunt, neque norunt. Ita uos, cum salua est Philippum in Chersoneso esse, decreta facitis, ut eodem sequatur eum exercitus. Si in Pylis, eodem tenditis: si alibi, unam sursum ac deorsum cursitatis. Ita ille uos ueluti dux gubernat, uos ipsi uobis prorsus nihil consulitis. Antea fortassis uobis haec uicia condonari poterant: nunc in summum discrimen, & ipsam aciem res adducta est, ubi ignosci peccato non potest. Ego Deum aliquem pudore urbis existimo Philippum adeo extimulare. Nam si contentus ijs quae occupauit, reciperet se in otium, nec pergeret nos bello uexare, plerique uestrum hactenus cum repub. bene actum dicerent, cum tamen summo dedecore affecta sit. At cum subinde maiora Philippus molitur, tandem excitabit uos, nisi plane spem omnem de rep. abieceritis. Non expeditis initio gestum esse bellum, ut de Philippo poenam sumeremus: nunc eodem redit res, ut aegre salutem nostram defendamus.

Neque



Nec uerò ille desistet, nisi ui reprimatur. Interea magnificè uobis pollicemini de re-  
pub. misis aliquot uacuis nauibus, & spe quadam ostensa à duce. Quin ipsi milita-  
mus? & partem ciuiliū copiarum mittimus uel tandem? Quin in illius regionem  
classē mittimus? Dicit aliquis, At quis nobis portus ibi patet? Bellum ostendet pa-  
rum fidos Macedoni, res modò conemur aliquid. Dum domi sedemus, & conuicia-  
mur inter nos, nihil poterit confici. At ubi classis fuerit, ibi deorum beneuolentia &  
fortuna conatus nostros prouehet. Ducem cum uacuis nauibus & decreto & inanes  
pollicitationes de suggesto mittere, nihil prodest. Huiusmodi classes deridentur ab  
hoste, & socij interim metu pereunt. Nam res tantas unus homo conficere non po-  
test. Polliceri, dicere, accusare alios potest. At hæc euerterunt rempub. Postquā enim  
imperator uester acie uictus est, qui nihil secū ducebat, præter miseros conducticios,  
eosq; mercede fraudatos, & prodeunt hic calumniatores, multa aduersus ducē men-  
tientes, & uos de ducis capite ex fama iudicatis: quæ tandem salutis spes est? Sed his  
malis quomodo medebimur? Ita demum, si delectus ciuium habeatur, qui & ipsi mi-  
litent, & testes & spectatores omnium sint, quæ gerunt duces, & domi postea de re-  
bus gestis iudicent. Nam res uestras oportuit uos non ex fama cognoscere, sed præ-  
sentes spectare. Iam uerò cum singuli duces, toties hic de capite in iudicio pericliten-  
tur, nullus eorum uel semel periclitari ausus est in acie, sed malunt tanquam plagiarij  
ac fures mori, q̄ honestè in acie cadere. Facinorosis per iudicium uita eripitur, impe-  
ratorum est fortiter dimicantes in acie occumbere. Nos deinde circumeuntes, spargi-  
mus fabulas, Philippum ope Lacedæmoniorum Thebis excidium minari, & Græ-  
cas ciuitates dissociare. Alij ferunt legatos missos esse à Philippo ad Persas: alij mu-  
niri urbes in Illyrico, alij alia nugantur. Ego uerò iudico Philippum ebrum magnitudi-  
ne rerum gestarum, res multo maiores somnare, ac sibi polliceri, cum uidet nemi-  
nem obsistere, & successu fit ferocior. Nec puto eum cōsilia talia capere, quæ resciscāt  
homines apud nos stultissimi. Nihil enim stultius est illis rumorū autoribus. Quin  
illud consideramus, quòd hostis est, quòd nostra nobis eripit, quòd assiduis iniurijs  
nos uexauit: quod ubiq; cum simulabat se nostrum negociū agere, nos deceptit. Et  
nisi bellum illic inferimus, demum cogemur fortasse hic sustinere eum in Attica nos  
obsidentē. Hæc considerantes, rectè statuemus de repub. nec ipsi nobis blandiemur  
stultis concionibus. Nec opus est disputare quid futurum sit. Sed hoc unum statuen-  
dum est, exitium impendere nobis, si non aduigilabimus, & reipub. opem feremus.  
Ego nec aliàs ad gratiā cōcionari solitus sum, si quid uidebat nō futurū ē repub. Qua-  
re et modò liberrimè, ac simpliciter dixi, quæ sentio, nihil dissimulās. Sicut autē scio uo-  
bis utilissimum esse, audire optima, ita optarim & mihi ex hac mea libertate nihil esse  
periculi. Ita enim tranquilliore animo dixissem. Nunc uereor, ne impetum in me fa-  
ciant nonnulli, qui se à me lædi putant. Tamē hæc dixi, quia uobis profutura arbitra-  
bar. Opto autem, ut ea uincant atq; decernantur, quæ reipub. maximè conducunt.

## DEMOSTHENIS PHILIPPICA

secunda, eodem interprete.

## ARGUMENTVM.

Secunda Philippica nondum aperte hortatur ad bellum, sed accusat Philippum, & signa colligit quæ osten-  
dunt eum aduersus Athenienses hostili animo esse. Porro mirabili prudentia conquirat signa ab utriusque  
partis uoluntatibus, moribus, ac rebus gestis, eaq; diligenter confert, ut uerisimile faciat, Athenienses Philip-  
po in maximo odio esse. Monet etiam ne quidem simulatis officijs Philippi, aut promissis, quæ Aeschines & a-  
lij proditores afferebant, fidem habendā esse, quia antea crudelissimè afflixerit ciuitates plerasq; simili arte cir-  
cumuentas. Et addit præceptum utile ad omnem uitam, PROPUGNACVLVM FIRMIS-  
SIMUM ESSE DIFFIDENTIAM. eamq; sententiā luculèter amplificat. In fine præfatur se di-  
cturum esse sententiā, quid in præsentia Philippi legatis respondendum sit. Verum id omittit, ac incipit inse-  
ctari proditores, quod eorum promissa non consentiant cum præsentibus Philippi actionibus. Significat igitur  
quid uelit, nempe ut existiment Philippum hostem esse, & arma aduersus eum capiendā esse.

FF 3 Equidem



*Exordium ab ob-  
iurgatione ductum,  
in qua ignauiam  
cuium, ut solet,  
acriter castigat*



Quidem cum de iniurijs, quibus nos Philippus contra foedus afficit, concionamur, dici uideo sententias iustas, & plenas æquitatis: eosque qui Philippum accusant, magna cum approbatione audiri. nihil autem suscipi ac fieri uideo, quod res postulat, & propter quod ad deliberandum conuenimus. Sed eò res adducta est, ut quo clarius ostendimus, infidam esse cum

Philippo societatem, eumque Græcis insidiari omnibus, eo periculosius sit uobis consilium dare. in causa est, quod non uerbis, sed factis arceri iniurias oportet. ac primum nos qui huc ascendimus, quia gratiam apud uos retinere cupimus, non audeamus liberè decernere atque consulere: tantum commemoramus, quantis iniurijs nos afficiat Philippus. Deinde uos sedentes ad conciones quidē habendas melius parati estis, quam Philippus: sed ad reprimēdos conatus eius, planè estis negligētes. Itaque ut consentaneū est, in quo se quisque exercet, in eo plus ualeat: ille agēdo, uos dicēdo. Si igitur nunc quoque satis est dicere iustiora, facilis res est: sin autem deliberandum est, quomodo Respub. in meliorem statum restituitur, & ne nobis dissimulantibus Philippus ulterius procedat, ne ue ita crescat, ut reprimi postea non queat: alio modo conciones habendæ erunt, quam antea: & tum nos oratores, tum uos auditores, utilia potius, & quæ ad seruandam ciuitatem conducunt, eligere oportebit, quam facilia & suauia.

*Propositio: Phi-  
lippus hostili a-  
nimo est aduer-  
sus Athenienses.*

*Confirmatio, in  
qua signa, que  
ostendunt Philip-  
pium hostili ani-  
mo esse aduer-  
sus Athenienses,  
colligit, & à  
Philippi cupidi-  
tate, & ab Athe-  
niensium uirtu-  
te.*

*Amplificatio  
uirtutis Atheni-  
sum, sumpta à  
maiorum exem-  
plis. Extant au-  
tem hæc historie  
apud Herodotum.*

*Bello Persico  
Argiui quiene-  
runt, Thebani ue-  
rò se cum Persis  
coniunxerunt.*

Primum igitur, si quis securo animo est, uidens quanta iam Philippi potentia sit, ac sibi bene promittit, ciuitati nostræ nihil inde periculi fore, neque parari has uires aduersus nos, uehementer miror: uosque omnes pariter rogatos uolo, ut meam opinionem paulisper audiat: quare ego longè aliter sentiam, & Philippum inimicum nobis esse existimem, ut si quid rectius prospicio quam cæteri, mihi potius obtemperetis: sin autem melius consulunt alij, qui ei fidem habent, non ueto, quo minus illorum consilia sequamini.

Ego mecum reputo, quibus reb. post pacem nobiscum factam potitus sit: occupauit Pylas: uicit Phocenses, & uictoriam in eos exercuit crudeliter: cepit agere ea quæ Thebanis conducunt, non nobis. Hæc non ne significant animum non pacis, tranquillitatis, ac iustitiae studiosum, sed iniustum, & imperij cupiditate incensum: ac rectè iudicat, se non posse ciuitatem nostram, aut nos, sicut hactenus uiximus, ullo beneficio flectere, ut nostræ utilitatis causa ullos Græciæ populos ei prodamus: sed potius, quia rationem habemus iusti & æqui, ac ignominiam fugimus, & omnia diligenter præuidemus, magno consensu eius consilijs aduersaturos esse, si quid moliat, non aliter quam si palam nobis cum eo bellum esset. Sed Thebanos sciebat deuinctos beneficio permissuros eum suo arbitrio agere quæ uellet: id quod accidit: ac non solum conatus suos non impedituros esse, sed si iuberet, etiam unam militaturos esse. Nunc eadem spectans, conciliat sibi Messenios & Argiuos. Ea res maximam uobis laudem parit. Nam in his negocijs perspiciuntur ac prædicantur, uos solos nulla mercede adduci posse, ad libertatem Græciæ prodendam: nec fidem uestram & beneuolentiam erga Græcos ullius gratia, aut utilitatis opinione, labefactari posse.

Ac rectè Philippus aliter de uobis, aliter de cæteris iudicat, non solum presentem urbium statum considerans, sed etiam res gestas maiorum. Scit enim & audit maiores nostros, cum imperium Græciæ consequi possent, si se Persis dedere uoluissent, non solum non tulisse hoc suadentem Alexandrum regem Macedonum, qui eius rei causa legatus huc uenit, sed maluisse urbem deserere, & extrema pati: ac postea res maximas gessisse, quas summa cum uoluptate omnes quidem prædicant, sed pro dignitate nemo exponere potest. Quare & ego iurè omittam. Maiores enim sunt illæ res egregie gestæ, quam ut eam magnitudinem quisquam dicendo assequi possit. E contra scit Argiuorum & Thebanorum maiores, partim se cum Barbaro coniunxisse, atque unam militasse, partim non tulisse arma aduersus eos. Nunc igitur utrosque sic affectos esse, ut priuatam utilitatem communi libertati totius Græciæ anteferant. Quare intelligebat, etiam si uestram amicitiam expeteret, uos tamē ipsi non futuros amicos, si quid iniusti moliretur: sin autem illos sibi adiungeret, habiturum se auditores suæ iniustitiæ, ideo & antea & nunc illorum amicitiam uestræ præfert. Non enim ambit eos propterea, quod uires habeant maiores. neque enim uidet eos habere classem instructiorem. Nec maritimi imperij spiritum abiicit, contentus mediterraneo. nec oblitus est conditiones, quibus pacem fecimus.

Verum



Verum dixerit aliquis, eum Thebanorum societatem expetere, non ut ego infimo prauo consilio, sed quia ducat eos iustiores esse nobis. At hac una excusatione nunc omnium minime uti potest. Quomodo enim causetur se propter iustitiam Orchomenum & Coroneam Thebanis tradidisse, cum eodem tempore Lacedaemonios iuberet Messenam relinquere? Neque enim id fecit ut coactus, nec concessit eis ista oppida, quia illinc equitatus Thesalicus, hinc pedestris exercitus Thebanorum interclusum perterrefecerit, ut quidam fingunt, & narrant Thebanos ideo ipsi suspectos esse, & fabulam spargunt, Elateam muniturum esse. Id meo iudicio facere contabitur. Sed nunc properat Lacedaemonijs bellum inferre, & iuuat Messenios & Argiuos. Misit enim iam his auxilia & pecunias, & breui aduenturus est ipse, ita hostes Thebanorum Lacedaemonios perdere conatur: & quos perdidit antea Phocenses, seruare studet. Haec quis credat? Nam ut ego quidem ratiocinor, Philippus non perpetuo esset hostis inimicis Thebanorum, si aut coactus, ac nolens antea eis quaedam cecidisset, aut nunc desperaret de eorum erga se beneuolentia. Sed apparet eum consulto illorum gratiam aucupatum esse, si quis consideret omnia, quae & fecit antea, & agit in presentia.

Omnia uero eius acta huc spectant, ut se aduersus nos comparet, idque nunc prope modum necessario facit. Cogitate enim, regnare cupit: nec quenquam sibi obsistere existimat, nisi uos, quos longo iam tempore iniurijs afficit: quemadmodum sibi ipse conscius est, & suum regnum ita tenet pacatum, quia nostris oppidis fruitur. Si enim Potidaeam & Amphipolim amitteret, ne domi quidem securus esse posset. Scit igitur utrumque, & se uobis insidiari, & uos id intelligere: cum que existimet uos sapere, scit se uobis in odio esse: & incitatus properat, timens ne aliquid mali patiatur, si uos occasionem nacti eritis ipsius opprimendi: ideo uigilat, ut uos anteuertat: infestus est nostrae ciuitati, conciliat sibi Thebanos, & quosdam in Peloponneso, qui erga nos non secus affecti sunt, quam ipse: hos existimat propter priuatas utilitates boni consulere ea quae nunc geruntur, & propter foecordiam futura non prospicere. Sed prudentes habent euidentia signa uoluntatis ipsius, quae & Messenij & Argiuis dixi. Forsatis proderit & uobis commemorare.

Quam grauius putatis laturos fuisse Olynthios, Messenij, si quis illo tempore Philippum uituperasset, cum Anthemuntem ipsis cederet, quam urbem antea omnes Macedoniae reges ad se trahere conati sunt: cum item Potidaeam daret, eiecisset Atheniensium colonis, & inimicitiam aduersus uos pro ipsis susciperet, & regionem ipsis fruendam concederet? An putatis Olynthios tunc expectasse se haec passuros esse, aut credere potuisse praedicenti? Nequaquam. Et tamen ita accidit, cum exiguo tempore alienos agros tenuissent, postea turpiter amiserunt suos in longum, non solum uicti, sed etiam proditi ac uenditi a suis. Non enim est tuta ciuitatibus magna cum eis tyrannorum familiaritas. Quid Thesalij? cum eieceret tyrannos, & redderet eis Niceam & Magnesium, num existimatis eos expectasse, ut in seruitutem redigerentur? aut cum redderet eis Pylas, erepturum fuisse reditus ipsorum proprios? Nemo uero id suspicatus est, quod tamen postea, ut sciunt omnes, accidit. Vos uero, inquam, Messenij, obseruate Philippum, donis & pollicitis uos tentantem: sin autem sapitis, execramini eum, cum toties iam deceperit & fefellerit omnes. Varia, inquam, munita urbium excogitata sunt: ut ualli, muri, fossae, & huius generis alia: atque haec omnia manu facta sunt, & magno constant. Sed natura commune propugnaculum indidit omnibus prudentibus. Quod cum omnibus hominibus utile & salutare est, tum uero praecipue ciuitatibus aduersus tyrannos. Quod est igitur hoc propugnaculum? **DIFFIDERE.** Id si retinebitis ac seruabitis, incolumes eritis. Vos inquam libertatem expetitis. Atqui uidetis Philippum habere appellationes maxime contrarias libertati. Omnis enim rex & tyrannus inimicus est libertati, & legum hostis. An non cauebitis, ne dominum uobis imponatis, dum bello defungi cupitis? Haec et si Messenij audierunt tumultuantes, ac rursus non solum me presente, sed etiam postea accersentes in consilium et alios legatos, nihilo tamen magis a Philippi amicitia abducti sunt. Nec uero id alienum est, Messenios ac Peloponnesios perperam decernere, sed uobis id turpe fuerit, qui et ipsi intelligitis, et monitores auditis, quod Philippus uobis insidias struat,

quod

Diluit proditorum obiediones, qui fingebant Philippum in Graeciam uenire aduersus Thebanos, non aduersus Athenienses.

Recitat partem orationis habitae ad Messenios, quibus arguuntur eos a societate Philippi dehortatus sit. Ideoque uidetis compellari Messenios, etsi nunc concionatur Atheniensibus. Epiphonemata egregiam sententiam addens superioribus. exemplis, de cauendis ambiguis amicis, ac praecipue tyrannis. Estque magnificentum praeconium in anagias, quam Cicero uos atque artus sapientiae uocat. Tyranni descriptio. Finis orationis ad Messenios habitae.



quòd uos praesidijs suis circumdatos obsidere conetur, quòd cessantes inopinatò oppressurus sit. Adeò praesens ocium ac uoluptates quotidianas pluris facitis, quàm ulla futura còmoda. Porro quid uobis faciendũ sit, si sapitis, postea inter uos deliberabitis.

Nunc autem dicam quid in praesentia rectè respondendum ac decernendum sit. Oportuit autem & illos huc uocare, quorum ingentibus adducti promissis, pacem fecistis. Ego enim legationem hanc obire noluissem: nec uos abiecissetis arma, si existimassetis Philippum in pace talia facturum esse. Sed tunc longè alia pollicebantur isti. Praeterea & alij huc uocandi erant, quos ego rediens ex posteriore legatione missus ad iusiurandum recipiendum, facta pace, sentiens urbem deceptam esse, publicè increpabam: nec sinebam, quantum in me erat, Pylas intercipi, & prodi Phocenses: adeò ego scilicet, qui aqua bibo, homo sum difficilis ac morosus. Econtrà, illi benignè promittebant: Philippus rediens, ea quae maximè optatis, faciet. Thespias & Plateas muniet, Thebanos compescet, ut desinant tandem alios iniurijs afficere, Cherronesum suis uectigalibus perfodiet, Eubœam & Oropũ pro Amphipoli uobis reddet. Hæc meministis tunc pro concione dici omnia, tametsi facile obliuiscimini aliorum aduersus uos peccata. Et quod turpissimum est, cum hæc spes ingentes uobis proponerentur, non solum ipsi pacem fecistis, sed etiam posteros hac pace teneri decreuistis: adeò profus deceperant uos isti. Cur autem hæc iam commemoro: cur uocari istos uolo: Dicam apertè, & sine dolo, neque quicquam occultabo. Non ut his cõuicijs uos aduersus me irriterem, & inimicis meis apud Philippum nouam accipiendæ pecuniæ occasionem præbeam: neque studio quodam frustra nugandi hæc dico: sed eò dico, quòd futurum arbitror, ut non ita multo post Philippi actiones maiorem uobis dolorem afferant, quàm modò. Video enim negocij processus, atque incrementa. Ac uelim sanè me non rectè conijcere: sed tamen metuo, ne propior iam sit exitus ipsius consiliorum. Postquam igitur non amplius uobis negligere licebit ea quae Philippus molitur, neque me, neque quenquam alium audietis monentem, quòd uobis insidiæ parentur, sed oculis uidebitis ipsi. Vehementer irascemini, ut existimo, uerum timeo, ne, legatis tacetibus, propterea quòd corruptelarum conscij sunt, impetum faciatis in aliquem eorum qui reip. opem ferre, & aliorum errata emendare student. Video enim plerisque non in illos qui iure culpandi sunt sequi, sed in eos qui ad manum sunt, donec autem adhuc contatur, & res integra est, & nos hic mutuò exaudimus, non desinam uos quanquam sciētes monere. Quis persuasit prodere Phocenses ac Pylas? Quibus ille occupatis, uiam sibi fecit in Atticam et Peloponnesum: ac perfecit, ut non de socijs ac foris bellum uobis gerendum sit, sed pro patria, & ipsa Attica: quod singulis, si quādo euenerit, maximum dolorem afferet. At hæc res illo die iam perfecta est. Nisi enim tunc decepti essetis, ciuitati modò nihil esset periculi. Non enim poterat classe Atticam accedere, nec terra superare Pylas, sed aut æquo iure pacem seruare, aut statim tantundem habere periculi, quantum habuit antea, cum pacem expeteret. Hæc ad uos admonendos dicere uolui: ut autem inquirantur acerbius, dijs prohibeant. Neminem enim cum omnium periculo, uel si exitio dignus est, pœnas dare uelim.

Legati uestri à Philippo rediunt, qui benignè uobis promiserunt, plebentia erant. At uos plerumque scitis in bene merentes, & utilia suadentes. Intellege igitur hic legatos Athenienses, proditores uidelicet quibus seruit.

## DEMOSTHENIS PHILIPPICA

tertia, eodem interprete.

ARGUMENTVM.

**T**ertia Philippica, meo iudicio & planior est ceteris, & uberior, ac splendidior. Nam magna ex parte consumitur in locis communibus. Est autem generis suasorij. Hortatur enim ut Philippum grassantem, ac bellum inferentem uniuersæ Græciæ, reprimant. Et argumentum addit à necessario. Deinde locos communes attexit, uidelicet exempla maiorum, quòd Græci ciuitates superbe imperantes, amiserint principatum. Quia Græci hæctenus nunquam ullius iniustam dominationem ferre potuerint. Alter locus continet inscriptionem proditorum, & ostendit olim atrocissimas pœnas in proditores constitutas esse. quo in loco egregium exemplum est proscripti proditoris, in quo cernitur similitudo proscriptionis, quæ adhuc in usu est. In fine commemorat exempla, quomodo Philippus opera proditorum oppresserit reliquas ciuitates. Ideoq; monet, ne si dem habeant his, qui in concionibus Philippo patrocinari solebant. In exordio grauisima extat sententia, de causa publicorum malorum, fontem esse uidelicet calamitatum omnium in ciuitatibus eos qui in concionibus

& con



et consilij gratiam aucupentur, ut sibi regnum, opes, ac tyrannidas parent. Huius rei nimis quam multa exempla uidit hæc ætas, qua homines ambitiosi ac tyrannidis cupidi in concionibus assentantur, aut uulgo, aut potentibus. Ea res quantum Ecclesijs et ciuitatibus attulerit mali, non est obscurum. Idq; nunc eò tantum commemo, ut uideamus Demosthenem non suo tantum seculo, sed omnibus ætatibus concionari, et uitia ciuitatum pingere, quæ omnibus temporibus existere solent.



**D**E iniurijs Philippi, quibus postquam pacem fecit, non nos solum Athenienses, sed alios quoq; Græcos premit, multi sermones in omnibus prope concionibus fiunt, & publica querela est. Et cum qui manū rei admo- uere, uelint perpauci sint: omnes tamē strenuē uociferantur, reprimi illū & compesci oportere. Verū si quis propius consideret, eò rem processisse uideat, ut contumeliose fortasse, sed uerē tamen hoc dici possit, si omnes oratores uestri hoc unū suaderēt uobis, ut rempub. pessimē gereretis, & omnia euerfa esse uelle- tis, uosq; eorum consilia adprobantes, idem illud totis uirib. contenderetis: nō tamen posse peiore loco rem esse, quam in quo nunc sita est. Cumq; multæ sint fortasse causæ cur res nostræ adeò laborare cœperūt, tum uerò hanc ego uel præcipuam esse existimo, quòd multi hoc tempore in concionibus magis hoc studio habent, ut assentando gra- tiam à uobis ineant, quam ut quæ uera & Reipub. salutaria sunt, dicant: quorū pleriq; hoc unum agunt, ut ipsi magni fiant, ac potentes in ciuitate sint, nec de futuris interim quidquam cogitant, proinde nec uos cogitare putant. Alij uerò tantum in eos intenti sunt, qui officia publica administrāt, ut si quid ab illis geritur, ipsi habeant quod crimin- entur & accusent: nec quidquam aliud moliuntur, quam ut ciuitas ipsa in suos ciues seuiat, & ea una re sit occupata. Hostis autem noster Philippus interim & dicit & facit quidquid ei libet. Vobis isto quidem modo Rempub. gerere consuetum est. Sed hanc tamen nobis horum tumultuum & damnorū publicorum uel præcipuam causam esse & originem uidemus. Precor autem uos, Ciues, si quæ uera sunt liberè dixerò, ne mihi eam ob rem succenseatis. Videte enim, cum libertatē alijs in rebus adeò communem esse uolueritis, ut etiam peregrinis eam & seruis concesseritis, & apud uos serui maiore cum libertate quod sentiunt ausint dicere, quam in plerisq; ciuitatibus ipsi ciues, ne tur- pe uobis sit, quòd ex consilijs publicis ita penitus libertatem omnem expulistis. Nam inde hoc uobis accidit, ut ipsi quidem demulceamini, cum nihil nisi assentationes au- diatis: uestra autem Respub. interim ita geratur, ut prope iam de focus & aris dimicare cogamini. Quod si igitur nunc quoq; ita estis affecti, nihil habeo quod dicam: sin au- tem me, dum ea quæ e Republica sunt, liberè & citra assentationē profero, audire uul- tis, dicam etiam nunc quod sentio. Tametsi enim res nostræ uehementer afflictæ sunt, & nostra negligentia multa amissimus: tamen si adhuc quod factò opus est, facere uo- lueritis, spes mihi est, omnia præterita mala & dāna pulchre sarciri & corrigi posse. Et addam hoc, quòd incredibile fortasse uidebitur, sed uerum tamen est, quòd grauissi- mum & difficillimū ex præteritis fuit, id nobis ad res futuras cum primis utile & salu- tare esse futurum. Quid igitur illud est? ego dicam uobis. Res nostræ inde malè habe- re cœperunt, quòd prorsus nihil eorum quæ nos facere decebat, à nobis est factum. Nam si nos gnauiter rem gessissemus, & tamē adeò afflictæ esset Respublica, tum uerò spes nulla esset, restitui eam in meliorē statū posse. Verū ignauiam uestram uicit Phi- lippus: cæterum neque urbem, neq; uos uicit, neq; loco mouit. Quando igitur perspi- cum est, Philippum nobis bellum inferre, & pacem factam uiolare: quid iam aliud in deliberationem uenire, aut quid consulere aliud possunt, qui in hunc locum de Repu- blica dicturi prodeūt, nisi ut quam fieri potest facilima ratione, & cum minimo nostro periculo hosti resistamus? Quia uerò tāta est amentia quorundam, ut cum ille nostras urbes occupet ac teneat, & omnes homines iniurijs afficiat, tamen istos audire sustine- ant, qui nos in concionibus criminantur, quòd semina belli & causas seramus: ideo mi- hi premonēdi estis, ut hanc de uobis opinionem penitus exuatis. Periculum enim est, si quis posthac unquam consulat uobis, ut uos ac uestras res saluas esse uelit, atq; ad- uersus uim hostilem tueamini, ne ille deinde audire cogatur, quòd bellū ipse mouerit. Primum igitur omnium, ut hinc incipiam, in quo uertitur tota hæc deliberatio, statuen- dum est

Exordij, in quo et oratores accu- sat, ad gratiam concionantes: et populum obiur- gat, qui talibus oratoribus assen- titur.

Propositio, quod necesse sit illatū bellū depellere.

GG dum est



*Cōfirmatio, qua  
ostendit quanta  
sit necessitas.*

*Signa ab exem-  
plis, sicut antea  
dissimulauit se  
hostem esse alijs  
ciuitatib. ita nūc  
dissimulabit se  
hostem esse no-  
bis, donec per oc-  
casione nos op-  
primere poterit.*

dum est nobis, utrum nostra in manu sit eligere, pacem ne an bellum malimus. nam si nobis integrum est pacē seruare, & in nostra potestate est utrumq; pacem ipse quoq; bello antefendam censeo: & qui idem suadent, eos ego ut consilium suum urgeant, in eoq; persistāt, modò ne fraude agant, adhortor. Sin autem alius quidē armis & exercitu rem gerit, & nomen pacis prētens, re ipsa infestissimo bello grassatur, quid reliquum est nobis aliud, quā ut uī aduersus uīm nos defendamus? Nec magni hoc referre arbitror, modò illum reprimamus, bellum interim hoc an pacem, sicut ipse facit, uocemus. Porro si quis hanc pacem satis firmam existimat, quam dum hostis simulat, interim omnibus nostris præsidijs nos exuit, ut postremò recta uia aduersus nos quoque pergat, is primū quidem insanire mihi uidetur: deinde Philippo hoc permittit, ut pacem, quoad ipse uelit, seruet: nobis uerò idem ius in eum eripit. Et id quidem est, quod tanta pecunia, quam in hoc unum expendere solet, emere & efficere Philippus conatur, nempe ut sibi aduersus nos non repugnantes bellum gerere liceat. Nam si expectamus, donec ipse bellum se nobis inferre fateatur, tum uerò omnium hominum qui uiuunt sumus stultissimi. neq; enim, si etiam in Atticam ipsam cum exercitu penetraverit, & ad Piræum accesserit, hoc unquam dicet, si modò ex prioribus eius factis coniecturam capere licet. Quid enim in Olynthios fecit? quibus tum primū cum uix millia passuum quinque ab urbe eorum abesset, nunciauit, aut ipsos in Olyntho non mansuros, aut se in Macedonia. Antea uerò si quis eum insimulabat, stomachari, & legatos mittere, qui se excusarent, solebat. Porro Phocenses oppressit, cum tanquam amicus & socius ad eos nihil tale metuentes accessisset, & legati eorum etiam tum eum sequerentur. Et multi tum erāt hic, qui magna cōtentione asseuerabant, eam expeditionem Philippi Thebanis exitio fore. Ad eundem modum antè & Pheras occupauit, cum Thessaliam ut amicus & socius cum exercitu esset ingressus. Et nuper miseris Oritas hac quoque techna decepit, cum diceret se beneuolentiæ causa milites ad eos misisse, qui ipsorum res inspicerēt. audisse enim se, quod intestinis motibus & seditionibus laborarent: proinde ueri ac constantis amici officium duxisse, ut tali tempore succurreret. Cum igitur Philippus illos, à quibus nihil ei periculi erat, etsi cauere, nequam ab eo iniuriam acciperent, fortasse potuissent, maluerit ex insidijs potius & dolo quā aperta uī adoriri, nos adhuc illum nobis apertè bellum facturum putamus: præsertim cum iam toties decepti ab eo ac frustrati simus? Errant qui hoc credunt. Cum enim uos multis modis iniuria affecerit, & tamen nihil se à uobis accusari uideat, sed inter uos ipsos dissidere, admodum demens esset Philippus, si hostem apertè se profitens, significaret se hæc odia contentiones que quæ inter uos sunt, in se auertere uelle: & eorum quos sibi adiunxit pecunia corruptos, technas impediret, qui uobis persuadent, istum nequaquam bellum aduersus uos moliri. Ac per Deum immortalem, quis est tandem qui non ex rebus potius quā uerbis pacem bellum ue putet æstimari debere? nemo certè. Philippus enim statim post pacem factam, antequam nobis dux esset Diopithes, & antequā præsidium in Cherrhonesum à nobis missum, cum Serrium & Doriscū nobis eriperet, & præsidia à nostris ducibus imposita, ex Serrio & Sacro monte eijceret, num pacem nobis & fœdera seruare, an bellum mouere uidebatur? Nec est quod dicat aliquis, parua hæc esse, nec tanti momenti, ut propter ea urbs nostra commoueri debeat. utrum enim ita parua & nobis negligenda hæc fuerint, non est huius loci disputare: idem uerò scelus est, in re parua & magna fidem fallere. Verum cum Philippus copias in Cherrhonesum mittit, quam & rex Persarū & Greci omnes nobis assignarunt, nostram que esse confitentur, & cum auxilia illis aduersus nos pollicetur ac mittit, quid eum, pacem ne seruare, quod ipse uult, an quod uerius est, bellum nobis inferre putemus? Ego quidem nunquam adducar, ut pacem eum seruare dicam, quem uideam Megarense bello adortum esse, & in Eubœa tyrannidem constituentem, & cum exercitu in Thraciam profectum, & in Peloponneso multa contra nos molientem, & omnia armis atque exercitu gerentem. Si hæc non sunt soluere fidem, & pacem uiolare, bellumq; mouere, non uideo quid amplius expectandum sit: nisi eos etiam qui machinas & arietes muris parant admouere, non prius dicemus bellum parare, quā ubi iam subruere & quaterere muros cœperint. Non uos ita iudicare existimo.



existimo. Nam si quis ea machinatur & struit, per quæ ego capiar, is mihi certè hostis est: tamen si nondum me feriat, necdum sagittas in me emittat. Expendite quæso, quæ pericula nobis ipsis impendeant, nisi prouidebimus. Postquam Hellespontum à nobis alienauerit, & Megaris & Eubœa potitus fuerit, & populos Peloponnesi in suas partes pertraxerit, quid reliqui erit, quàm ut nobis quoque deinde dominetur? Talia igitur molientem eum, & tales machinas contra hanc urbem parantem cum uideo, quiduis potius quàm pacem nobis ab eo expectandam iudico. Nam quo die ille primùm Phocenses oppressit, eodem die bellum nobis intulit. Quapropter si hoc unum nunc egeritis, ut quoquo modo eum reprimatis, prudenter facietis: sin autem differetis, uidete ne ubi uos deinde cupiatis, non possitis amplius resistere. Atque adeò ego aliorum consilia non adprobo, ut prorsus ne deliberandum quidem amplius censeam de Cherroneso & Byzantinis: sed præsentis auxilio eos esse quamprimùm subleuandos: & prohibendum, ne quid detrimenti capiant, ducibus uerò nostris, quos illis præsidio misimus, stipendium & annonam, & si qua alia re opus habebunt, mittere debemus.

Deinde nunc maximè tempus esse iudico, ut de totiùs Græciæ libertate ac salute consideremus, quæ mihi certè summo in periculo uersari uideatur. Rationes uerò huius consilij, & cur ego tantopere nostris rebus metuam, uobis exponam. ubi si rectè ratiocinari, atque id quod res est dicere uidebor, auscultate mihi: & si rebus aliorum non uultis, saltem uestris consulite: sin autem desipere me intelligetis, permittam uobis ut neque nunc, nec posthac unquam meum sermonem ut hominis sani attendatis.

Neque uerò in præsentia dicam, à quàm exiguis initio rebus in quantum breui tempore creuerit Philippus, neque ut Græci intestinis motibus & factionibus inter se ipsos dissideant. Neque porrò nunc disputabo, quàm multo magis incredibile & præter spem illud nobis acciderit, quòd ex tam humili & tenui, adeò magnus & potens euasit Philippus: quàm ut nunc, postquam tantam potentiam est consecutus, reliqua etiam quæ adhuc restant, suæ potestatis faciat. Hæc inquam, & multa præterea, quæ hic commemorare possem, omnia prætermittam. Verùm unum est quod me mouet, quòd uideo omnes homines à uobis incipientes, & exemplum à uobis capientes, hoc uultò Philippo concedere, de quo temporibus retroactis semper omnia certamina & bella fuerunt. Quid igitur illud est? quòd pro libidine sua ille facit, quicquid lubet: singulos populos paulatim carpit, & spoliât, & subinde alios in seruitutem redigit. Atqui tenuistis uos imperium Græciæ annis septuaginta tribus, tenuerunt Lacedæmonij annis undetriginta, ad extremum & Thebani post uictoriam Leuctricam: sed nemini tamen uestrùm hoc unquam à Græcis concessum est, ut pro uestra libidine quicquid liberet in imperio faceretis. Verùm tam maioribus uestris, quàm uobis ipsis, si quando parum modestè imperio uti uidebamini, statim magno omnes consensu restiterunt, non illi solum qui aliqua iniuria læsi uidebantur, sed alij quoque illis opem ferentes. Ad eundem modum & Lacedæmonij, qui uobis in imperio successerunt, postquam ad cupiditatem sua potestate abuti, & eum qui tum erat Græciæ statum labefacere & perturbare cœperunt, non eorum tantum quos ipsi aliqua affecerant iniuria, uerùm totiùs Græciæ in se arma concitarunt.

Quid enim attinet procul exempla petere? Nonne nos ipsi & Lacedæmonij, cum nulla in initio offensa inter nos intercessisset, cur bellum susciperemus: tamen quia alios iniurijs premi uidebamus, illorum causa armis decertandum duximus? Verùm quicquid à Lacedæmonijs illis triginta annis, quibus imperarunt, uel à nostris maioribus in septuaginta annis peccatum est, id multo leuissimum: imò uerò uix minima portio uidebitur, si ad iniurias illas conferas, quibus Philippus hisce non totis tredecim annis, in quibus attollere se & ita florere cœpit, uniuersam Græciam uexauit: id quod breui oratione ostendere possum. Nam ut omittam iam dicere de Olyntho, de Methona, de duobus & xxx oppidis in Thracia, quæ ille omnia ita crudeliter diruit & euertit, ut uix iam aliquod uestigium eorum, si quis adeat, inuenire possit. De Phocensibus porrò tam miserè deletis, ut prorsus iam taceam: saltem Thessaliæ statum

GG 2 contem

*Translatio ad  
communè Græ-  
ciæ libertatem  
Non solū Athe-  
nienses, sed om-  
nes Græcos co-  
natur in seruitu-  
tem redigere.*

*Magnificæ ag-  
geratio iniuria-  
rum Philippi, et  
rationum, quare  
resisti ei debeat,  
ex collatione.*



contemplamini, non ne ibi omnem pristinam formam Reipublicæ, omnem que libertatem subuertit? non ne Tetrarchas suos imposuit, ut omnes urbes, & populi seruitute oppressi sint? Eubœæ uerò urbibus non ne tyranni ab eo impositi dominantur? & hoc fit in insula ad eò uicina Atheniensium urbi, & Thebanorum. Denique non ne in suis epistolis hæc uerba disertè ponit: Pax mihi, inquit, est cum illis qui imperata facere uolunt. Neque hoc tantum scribit, sed re ipsa quoque & factis declarat. Fertur in Hellespontum profectus esse: sed prius ad Ambraciam duxit exercitum. Elidem tenet, urbem tam opulentam & magnam in Peloponneso. nuper & Megarensibus struxit insidias. Neque Græcia tota, nec Barbarorum terra cupiditatem hominis explere potest. Nos uerò Græci cum hæc & uideamus uniuersi, & audiamus, neque legatos inter nos hisce de rebus ullos mittimus, nec dolore tam iusto commouemur: quin ita mutuis inter nosmet ipsos odijs per singulas urbes flagramus. Itaque pecunia plerique & largitionibus corrupti confossi que sumus, ut in hodiernum diem neque decernere, nec gerere quicquam salutare, neque conuenire & conferre uires ad ipsum repellendum, nec concordiam ullam aut societatem inter nos ipsos coire potuerimus: uerum hominem in dies crescentem negligimus. & hoc se quisque tempus lucrifacere autumat, quo alium perire & eueri uidet. neque quisquam est, qui, ut res communis Græciæ saluæ sint, considerandum aut enitendum putet. Videamus ergo ne nobis accidat quod ægrotantibus, quibus periodus & mutua successio paroxysmi febrilis aut alterius cuiuspiam mali, cum longè adhuc abesse uideatur, & cum minime expectatur, statim accedit. Nam quicquid iniuriarum uel à Lacedæmonijs ortum est, uel à maioribus nostris: id qualecunque tandem fuerit, tolerari tamen facilius multo potuit. Nos enim germani Græciæ populi eramus, qui peccabamus. Et quemadmodum aliquis in ampla familia natus filius, si quid delinquit, dignus ille quidem est qui obiurgetur & accusetur: neque tamen ob eam rem statim pro alieno, & non hærede habendus erit. uerum si seruus, aut supposititijs, ea quæ non deceant faciat, atque aliquid designet, Deum immortalem, quanto grauius, & maiori ira dignum id peccatum uidebitur? Ad eundem modum & de Philippo iudicare possumus: qui, cum non modò non sit Græcus, neque ex ullo tali loco natus, cum quo aliquid Græciæ commune est, uerum ne quidem ex aliquo Barbarorum loco, quem honestè nominare possis, sed scelestus Macedo hinc, unde maiores nostri nullum mancipium frugi aut industrium mercari solebant, is nullum genus extremæ in nos contumeliæ prætermittit. Neque enim contentus est, quòd urbes occupat & euertit: sed iam etiam Pythijs præest, & ludos communis Græciæ administrat: cum que ipse non potest adesse, tum seruos suos qui præsent, & certamina constituant, mittit. Insuper & Pylas tenet, atque hunc in Græciam transitum præsidio & mercenario milite infedit. Delphos autè, locum communis oraculi, ita tenet, ut non nos solum, sed Thessalos quoque, Dorienses, aliosque Amphictryonas omnes inde eiecerit, neque iam uniuersæ Græciæ ullam eius partem reliquerit. Nunc Thessalis leges & formam Reipublicæ gerendæ præscribit: nunc mercenarios milites mittit, qui situm in Eubœa occupent, omnem que inde populum Eretrienstem expellant: nunc alios mittit, qui Oreo Philistiden tyrannum imponant. Atque hæc omnia Græci uniuersi & uident, & patiuntur: mihi que perinde quidem uidentur facere, ut qui grandinem expectant. tunc enim pro se quisque sedulo uota faciunt, ut sui agri salui sint, prohibere uerò nemo conatur. Ex nobis uerò non solum nemo est, qui communia Græciæ damna & contumelias ulcisci aut prohibere uelit, sed ne priuatas quidem iniurias singuli propulsamus: hoc enim extremum est. Non ne ille Corinthiorum urbes, Ambraciam & Leucada occupauit? Non ne cum eripuisset Achæis Naupactum, iurauit se Aetolis eam traditurum esse? Non ne Thebanis eripuit Echinum? Iam uerò etiam aduersus Byzantios, socios nostros, castra mouet. Atque ut alia iam missa faciam, non ne in Cherrhoneso urbem ille iam maximam, Cardiam tenet? Et has tam manifestas magnas que iniurias ac contumelias, nos cunctabundi & torpentes adhuc in nos accipimus, ac patimur: alijs que a los circumspicimus



cumspicimus, ac nobis mutuò diffidimus? Verùm cum, quæ eius crudelitas & insignis insolentia sit, ex rebus eius quas nunc gerit, uideamus, quid de nobis arbitramur futurum, ubi ex ordine omnium fuerit potitus?

Sed quid tandem causæ est, cur nunc ita affecti simus? neque enim absque magna grauique causa uel maiores nostri tanta alacritate & promptitudine libertatem defenderunt, uel nos nunc seruitutis iugum recipimus. Hæc, inquam, causa est, quòd illo tempore in multorum hominum animis hoc fixum erat, quod nunc non est, quo illi Persarum opes deuicerunt, quo libertatem Græciæ retinuerunt, quo omnibus denique pugnis tam in mari quàm terra uictores extiterunt. quod ubi periit, omnium rerum ruinam traxit, omnes totius Græciæ res grauius afflixit. Quid igitur illud tandem est? non quidem callidum quicquam, aut ueteratorum: uerùm hoc, quòd ita affecti erant omnes, ut acerrimo odio prosequerentur, nec ferre possent quenquam proditorem, qui corruptus pecuniâ cum illis, qui regno Græciæ imminerent, & libertati insidiarentur, colluderet. Neque ullum facinus apud eos magis ignominiosum, magis que capitale erat, quàm si quis conuinceretur, quòd largitionibus se passus fuisset corrumpi. Acerrimis igitur supplicijs hoc crimen uindicandum censuerunt, neque hic ullus deprecationi aut ueniæ locus relinquebatur. Proinde apud illos opportunitates & occasiones rerum gerendarum (quas nonnunquam fortuna etiam cessantibus obijcit aduersus uigilantes, & ignauis aduersus admodum sedulos & intentos) non ad hunc modum ab oratoribus & ducibus eorum uendi solebant, neque publica concordia, neque erga Barbaros ac tyrannos diffidentia, quæ hoc tempore omnia tanquam in foro exponi & uenalia esse uidemus. Sunt que alia multa iam usu recepta, quæ exitium afferunt communibus Græciæ rebus. Nam si quis pecuniâ accepit, alij inuident, idem inhiant: si confitetur, sequitur risus: si conuincitur, ueniâ conceditur: si quis serio increpat, & fideliter consultum cupit, is nihil aliud quàm odium meretur, & fiunt interim alia quæ largitiones istas, & prodiones consequi solent. Id que eo indignius est, quòd nos tam ab apparatu nauali, quàm à uiris, pecuniâ que, omnium que adeò rerum copia, à quibus urbium potentia æstimari solet, hoc tempore longè instructiores sumus, quàm maiores nostri fuerunt: tamen omnia hæc largitionibus & proditionibus corrupta, diuendita, inutilia, uana & irrita iacent, nec quicquam pro dignitate geritur. nam quòd hæc nunc ita se habeant, me etiam non dicente uidetis, opinor. Quòd autem superiori ætate omnia longè aliter administrata sint à maioribus, id indicabo. Nec hic postulo, ut sermonibus meis fidem habeatis: sed maiorum nostrorum publicis monumentis ac literis, quas illi in arce columnæ æneæ inscriptas reposuerunt: non ea quidem gratia, ut sibi usui essent (nam illi etiam sine talibus scriptis & intelligebant quid conueniret, & faciebant) uerùm ut hæc nobis posteris suis documento & exemplo essent, ubi cerneremus, quid nos quoque in paribus negocijs deceret. Verba igitur inscriptionis recita. Arthmius Zelites infamis & perduellis esto, ipse & uniuersum genus eius, populo Atheniensium, & socijs atque confederatis eorum. Statim & causa subiicitur, cur ad hunc modum sit condemnatus: Quia aurum ex Medis, non quidem Athenas, sed in Peloponnesum aduexit. Atque hæc in monumentis illis scripta sunt. Vos uerò, per Deum immortalem, animis expendite, & quæ sententia, & quanta grauitas illo tempore fuerit maiorum nostrorum. Hi enim Arthmion quendam Zeliten, seruum regis Persarum (est enim Zelia in Asia sita) propterea quòd suo regi operam nauauit, & aurum neque Athenas tum, sed in Peloponnesum aduexit: non ipsum modò, sed totam eius familiam infames, hostes que iudicauerunt. Neque hæc leuior ignominia putanda, qua ciues notati, tamen uitam & facultates suas retinent. Quid enim Zelites ille hoc moraretur, quòd sibi honoribus & commercijs Athenarum interdictum esset: sed aliud quiddam, ac grauius erat. Nam leges quæ de cæde latae sunt, docent, quod sit hoc infamiæ genus, cum uetant sumere pœnam de eo qui infamem occiderit, ac pronunciant eum pium & sanctum facinus fecisse. Sic enim ait lex: Infamis moriatur, nec cæde contaminatus, qui interfecerit, uerùm purus censeatur. Ita maiores nostri curam & custodiam publicæ totius

*Infectatio proditorum, ab exemplis maiorum, que in proditores conuertita sunt.*



Græciæ salutis commissam sibi existimabant. Nisi enim hoc sensissent, nihil erat cur mouerentur, si quis in Peloponneso quosdam pecunia corrupisset. Tanta uerò seueritate hoc scelus illi uindicare solebant, ut etiam proscriptione & extrema infamia eos notandos censerent, quos largitionum participes esse sensissent. Quapropter meritò illo tempore Græci Barbaris, nec Barbari Græcis formidabiles erant. Nunc uerò omnia mutata sunt, nec amplius uel his, uel alijs in rebus ita estis affecti, id cuiusmodi sit, ipsi scitis. Quid enim attinet, omnia me commemorare, & reprehendere, præsertim cum & reliqui fortasse Græci nihilo nobis rectius sapiant? Ego uerò qui nunc rerum Græciæ status est, & diligentia plurima & consilio prudentiopus esse iudico. Iubetis ne igitur, ut hoc meum uobis consilium aperiā? nec mihi eam ob rem succensebitis? Ex libello igitur recita. Hinc adparet, quàm uehementer illi desipiant, qui nunc etiam sermones, quibus urbem consolentur, afferunt, dicentes Philippum nondum tam potentem esse factum, quàm fuerint Lacedæmonij: quos cum & domini maris essent, neque quisquam eos sustinere posset, tamen urbs nostra repressit, neque eo in bello deleta est. Ego uerò cum alijs in rebus omnibus permultum incrementi accesserit, nobis nihil perinde à priori statu immutatum corruptumque arbitror, ut disciplinam militarem. Nam primùm quidem audio Lacedæmonios, & ceteros Græciæ populos quondam, quatuor aut quinque menses perpetuos, quod tempus rebus gerendis aptum erat, militare, & in castris agere solitos: neque prius domum reuerti consueuisse, quàm ubi aliqua insigni incurfione in hostiū agrum facta, eoque depopulato, aliquid memorabile gessissent. Ita antiquum hoc illi, imò uerò ciuile & gloriosum iudicabant, si nihil à quoquam pecunia aut prodicione obtinerēt, sed legitimo & aperto bello hostem persequerentur. Nunc uerò contra nihil audimus prælio, nihil iusta acie, omnia prodicionibus, omnia largitionibus & corruptionibus confecta. Philippum uidemus iam non phalange armatorum ad res gerendas uti, sed in exercitu suo maximè leuis armaturæ equitem, & conductitios sagittarios habere, quibus copijs facile oppugnat & opprimit eos qui inter se ipsi dissident, nec propter seditiones domesticas hosti occurrere audent. Ut iam non dicam, quòd ille iuxta hyeme ac æstate rem gerit, nec certi aut destinati temporis quicquam habet, intentus tantum in occasione: quæ si oblata sit, nunquam eam amittit. Hæc cum sciamus omnia, cauendum est, ne hostis huc in Atticam perueniat. Quòd si stultissimam illam rationem sequemur, qua aduersus Lacedæmonios usi sumus, penitus euertemur: uerùm hoc multo ante prouidendū est, & omnia ita comparanda, ne domo huc eum pertrahatis. Neque tamen hoc consuluerim, ut pugnandi copiam ei faciamus: sunt enim nobis aliæ belli gerendi occasiones plurimæ, si illis rectè uti uoluerimus. Nam præter alia multa, ea est natura Macedoniæ & locorum, ut eam hostiliter pro nostro arbitrio populationibus & excursionibus uexare facillimè possimus: ad prælium uerò commitendum, ille, quàm nos, instructior est. Neque tantum armis ille foris reprimendus est, uerumetiam consilio & ratione domi obsistendum illis, qui eum publicè hic pro concionibus solent defendere. Non enim possibile nobis est, hostem foris superare, nisi prius eos qui hic intra urbem cum eo colludunt, puniamus. id quod uos, per Iouem atque alios Deos, nec facere potestis, neque etiam uultis: adeò enim dementati estis, ut quid dicam hac de re, non habeam. Sæpe enim mihi in mentem uenit, fato aliquo ciuitatem nostram urgeri. Nam ad dicendum homines mercenarios, qui ne ipsi quidem negare aufint se proditores esse, subornatis: uel quia delectant uos conuicia, uel per inuidiam, uel propter alias quascunque causas: & conuicia statim magno cum adplausu & adprobatione excipitis. Verùm hoc tum aliquo modo ferri posset, tamen si graue est, si non maiorem illis potestatem in republica pro suo arbitrio tractanda permitteretis, quàm si qui uobis recta & salutaria suadent. Sed expendite, quæso, quantum hoc calamitatum plerisque urbibus initium fuerit, quòd ita proditoribus domesticis libenter præbuerint aures: dicam enim ea quæ omnibus uobis nota sunt. Apud Olynthios ex illis qui rempublicam regebant, aliqui erant qui partibus Philippi fauebant: et pro eo quicquid poterāt, enitebantur, alij porrò id quod optimū erat sentiētes, hoc



hoc agebant, ut publicam patriæ libertatem tutarentur. Vtros autem ex his urbem putatis perdidisse: aut utri Philippo equites tradiderunt, quibus proditis Olynthus concidit: Nempe illi hoc fecerunt, qui cum Philippo faciebant, & qui donec urbs ipsa stetit, honestos & meliorum partium viros, ita ad populum criminari, & calumnijs opprimere solebant: ut Olynthij tandem eorum sermonibus persuasi, Apollonidem exilio multarent. Neque uerò est quòd putetis, solis Olynthijs hos mores exitio fuisse. nam in Eretria quoque post discessum Plutarchi & præsidij, cum plebs iam urbem & sinum teneret, aliqui inter eos rem ad uos pertrahebant, alij partibus Philippi studebant: hos cum sæpe, imò uerò semper audirent libenter infelices et calamitosi Eretrienfes, postremò ab illis persuasi sunt, ut ciues fideles & reipublicæ amantes, omnes urbe eijcerent. Deinde socius eorum & amicus Philippus misit ad eos Hipponicum, & mille conductitios milites, muros que Porthmi demolitus est, & imposuit eis tyrannos tres, Hipparchum, Automedontem, & Clitarchum. Neque ita multo post eos qui salutem Eretrienfium adhuc consultum cupiebant, tota regione bis expulit: primò quidem, misso ad id Eurylocho cum exercitu: & deinde, missis etiam cum Parmenione militibus. Quid uerò attinet multa exempla commemorare: in Oreo nonne Philistides & Menippus, & Socrates, una que Thoas & Agapæus, pro Philippo palam faciebant: atque illi nunc domini sunt urbis. In Euphræum autem, qui olim hic Athenis quoque habitauit, ciuem bonum & reipublicæ amantem, cum pro libertate publica eniteretur, nullo genere contumeliarum probri que Oritæ abstinerunt. Proximo enim anno antequam urbs ipsa caperetur, accusabat proditoris Philistiden, ac reliquos eiusdem factionis homines. sentiebat enim quid illi machinarentur, & multi ex ciuibus tumultu concitato, duce & gubernatore talium rerum Philippo, Euphræum tanquam seditiosum, & tranquillitatem urbis perturbantem, in carcerem abducunt. Reliqua uerò multitudo, quæ auxilio esse innocenti, & illos supplicio afficere debuisset, adeò nihil ista indignitate commouebatur, ut meritò etiam illum plecti dicerent, ac proditoribus congratularentur. Postea qui Euphræum oppræsserant, iam potentes facti, eò rem inclinabant, & hoc struebant, ut urbem Philippo traderent. Quod si quis etiam ex populo sentiret, is exemplo Euphræi & metu conterritus, dissimulabat: adeò que miserè affecti erant omnes, ut tanto malo imminente, nemo tamen prius uocem rumpere auderet, quàm omni adparatu bellico ad muros admoto, hostis iam adesset. Tunc alijs quidem depellere hostem, alijs uerò urbem dedere parantibus, & turpiter & miserè omnes oppræssi ac capti sunt. Nunc proditores illis imperant, ac tyrannidem exercent in eos, qui publicæ salutis studuerunt: eos partim urbe præcipites eijciunt, partim occidunt. Euphræus ipse in carcere sibi consciuit mortem, re ipsa declarans, quòd ut uirum honestum & bonum ciuem decuit, pro publica salute & libertate restitisset Philippo. Miretur hic fortasse quispiam, cur Olynthij & Eretrienfes, ipsi que adeò Oritæ, æquiores semper fuerint illis, qui pro Philippo, quàm qui pro publica omnium salute & libertate concionarentur: quod & apud uos fieri uidemus. Id ea de causa factum arbitror, quòd his qui recta & salutaria suadere solent, nec si uelint, semper licet ad gratiam concionari. Necesse enim est ea dicere quæ in præsentia expediunt. Illi uerò eadem opera & ea quæ grata sunt multitudini dicunt, & rem Philippo conficiunt. Hi tributum conferre iubent: illi contrà nihil conferre. Hi suscipere bellum, nec quicquam credere Philippo: illi quiescere & pacem agere, donec opprimantur, suadent. Et ne singula persequar, illi quæ in præsentia iucunda sunt dicunt: hi uerò, ex quibus in posterum salui esse possint.

Verum postremò tamen non tam euerterunt omnia neque assentatores illi, nec qui eos libenter auscultabant, quàm plerique qui cum se in uniuersum non esse pares crederent, desperatione fracti omnia proijcienda censuerunt. Nec mihi medijsfidius paruus est metus, ne uos quoque simili modo iam affecti sitis: præsertim cum ex ijs consilijs quæ hæcenus cepistis, rem non processisse uidetis. Et cum aliquos intueor, qui uobis authores ad hoc & impulsores sunt, non quidē reb. nostris metuo, sed pudore afficio. Siue enim studio, seu imprudentia illi hoc faciunt, in magnū certè discrimen adducunt ciuitatem.

Verum

*Cōpellat despera-  
bundos, ut eos co-  
rigat, ne despera-  
tione adducti, om-  
nia Philippo cō-  
cedant.*



Verum ne hoc fiat, Deos precor: multis enim nominibus optabilius est mori, quam assentando Philippo gratificari, aut eos quibus salus & libertas nostra curae est, desertos pati. Pulchre sane gratia relata est plerisque Oritarum, qui proditoribus Philippi seipso commiserunt, & Euphræum pepulerunt, pulchre & Eretrienibus, quod uestris legatis eiectionis, Clitarcho se tradiderunt: nunc illi uapulantes, & multis modis uexati, seruire coguntur. Quam pulchre uero pepercit Olynthiis, quod praefecerunt Lathenem copiis equestribus, eiectione Appollonide. Stultum est, & turpe, talē animo spem fouere: Stultum item est urbem hanc tam firmam & opulentam arbitrari, cui nihil aduersi possit accidere, si neque sanis consiliis obtemperare, nec ea quae conueniant facere, & tantum illis qui cum hostibus collidunt, auscultare uelit. Deinde si quid forte infelicius ceciderit, turpe est, post factum dicere, Quis haec putauit sic futura? nempe hoc pacto & illo rem gestam oportuit. Multa nunc ad eundem modum commemorare possent Olynthij, quae si ante prudenter prauidissent, non sic rebus omnibus euerfi & profligati essent. Multa Oritae, Phocenses, denique omnes illi qui perierunt, nunc & dicere & culpae possent, sed quid hoc iam re perditae eos iuuat? Dum enim salua & incolumis adhuc est nauis, tum oportet tam naucleros, quam gubernatorem ipsum, ac reliquos denique omnes qui una uehuntur, pro se quemque sedulo eniti & cauere, ne quis siue sponte, seu imprudens euertat eam: ubi uero uentorum & undarum uis superauerit, irrita deinde est ac frustra consumitur omnis diligentia. Sic & nos ciues, dum saluae adhuc sunt res nostrae, dum urbem amplam habemus, & occasiones rei bene gerendae plurimas, dumque dignitatem nostram adhuc tenemus, nequaquam committere debemus, ut nostra ignauia perisse uideamur. Sed quaerat aliquis in hoc confesso, Quid censes igitur? Ego uero censeo, si uideatur, bellum aduersus Philippum mouendum esse, atque ad eam rem classem, pecuniam, & milites comparandos. Haec mea est sententia. Etenim si omnes reliqui Graeci ultro se in seruitutem dedere uellent, tamen uos solos pro libertate nullum certamen recusare deceret. Ad eam rem censeo ut nos comparemus, & reliquos Graecos de ista nostra uoluntate faciamus certiores, legatos mittentes, qui ista eis indicent, in Peloponnesum, ad Rhodios, in Chium, denique etiam ad ipsum regem Persarum: nam illius quoque interest prohibere, ne Philippus omnia suae potestatis faciat. Ita si illos ad societatem belli pertrahemus, habebimus qui communes nobiscum belli sumptus & pericula sustineant: sin minus impetrabimus, tamen his interea impedimentis remorabimur hostem. Est enim nobis certamen cum uno tantum uiro, non cum aliqua ualida ac bene constituta ciuitate. Etiam haec ipsa mora aliquam afferet utilitatem. Neque enim inutiles fuerunt ad impediendam eius in Ambraciam expeditionem, superiores quoque legationes nostrae, quas ego & ceteri per urbes Peloponnesi obijimus, conquerentes de iniurijs Philippi. Non tamen hoc iubeo, ut alios ad bellum hortemini, & uos interim cessetis: stultum enim foret, si uestras res negligere uideremini, & alienarum curam uos suscepisse diceretis: ac praesentia mala ipsi nihil metuentes, alios futura metuere iuberetis. non hoc inquam dico, uerum ut pecuniam, & si quid aliud petierint, militibus, qui in Cherrhoneso sunt, mitratis, & ipsi ad bellum uos paretis, primique rem suscipiatis gerendam. Deinde alios quoque Graecos conuocate, cogite, docete, quid fieri gerique oporteat admonete. Haec sunt huius urbis auctoritate digna. Erratis enim, si uobis desidentibus, Chalcidenses, aut Megareses, qui uix se aut sua ueri possunt, communem Graeciae libertatem ac salutem defensores putatis. Vestrum hoc munus est, uestrae partes, uobis hanc gloriam maiores uestri, multis, & honestis, & magnis periculis partam reliquerunt. Nam si omnes otium tantum quaeremus, & a rebus gerendis nos subducemus, quis erit primo qui ista pro nobis subire ac suscipere uolet? Deinde periculum est, ne huc tandem res nobis redeat, ut omnia haec quae nunc maxime fugitamus, etiam inuiti postremo tamen facere cogamur. Nam si essent qui se pro nobis obijcere uellent, iam pridem quidem illi ostendissent se, nobis tam diu desidentibus, atque alios circumspiciantibus: sed non sunt. Haec igitur mea est sententia, & spero etiam nunc corrigi omnia posse, si quemadmodum dixi, facere uolueritis. Sin autem est, qui aliquid melius quod dicat habet, is prodeat, dicat, in medium afferat consilium suum. Quicquid uero uos decernitis, id Deos precor, ut bene ac feliciter uertat.

Argumen-



PHILIPPICA QVARTA.  
 DEMOSTHENIS PHILIPPICA

quarta, eodem interprete.

ARGVMENTVM.

**P**hilippus habebat Athenis quosdam obnoxios, qui impediabant ne populus Atheniensis arma ad eum reprimendum caperet, priusquam ipse omnia ad bellum praeprasset, & loca opportuna occupasset. His oratoribus populus libenter assentiebat, non studio pacis, sed metu tributorum, & aliarum belli difficultatum: quibus rebus praecipue moueri uulgius constat. Itaque nemini tutum fuit, decretum de bello mouendo proponere, nam proditores illi statim auctorem decreti in iudicia uocassent: & populus a bello abhorrens, magno consensu eum condemnasset. Demosthenes igitur, cum decretum de bello mouendo proponere non auderet, translatione utitur. Docet bellum iam a Macedone motum esse, & ingens periculum ciuitati impendere. Hortatur igitur, ut reprimant Macedonem inferentem bellum. Quare oratio est generis suasorii. Nam praecipua propositio est, adhortatio ad depellendum periculum. Sed addit plerosque alios locos, crebras obiurgationes: medetur & quibusdam dissensionibus tenuiorum & locupletum. Locupletes grauatim conferebant tributa, & uolebant ludorum pecuniam conuertere ad belli usum, qua tunc fruebantur pauperes. E contra tenuiores mota actione eius pecuniae, seditiose concurrebant, & minabantur se facturos impetum in fortunas locupletum. Castigat igitur ciuiliber utrosque. Diuites iubet haec lucella pauperibus relinquere, tenuiores uero dehortatur a uis & iniurijs. Postremo diluit proditorum obiectiones, & in fine eos prolixè infectatur. Seriem partium & argumentorum adnotauimus ad ipsam orationem. Habet autem aliquot egregia ornamenta, quorum supra recensui quaedam, ut delicatis gustum praerberem eloquentiae Demosthenicae. Sed inter legendum offerent se plura, quae lector facile agnoscat.



**V**m negocium, de quo in praesentia deliberatis, grauissimum sit, & reipublicae necessarium, dicere de re tanta conabor ea, quae meo quidem iudicio, maximè profutura sunt ciuitati. Cum autem uitia reipublicae multa sint, nec recens nata, sed longo tempore paulatim collecta, quaeque diuturnitate uires acceperunt: tamè nihil in praesentia magis nocet, quam quòd animi uestri non uidentur huius negocii cura affici ulla. Tantisper enim aduertitis animum, dum in concione sedentes auditis quid afferatur noui: postea cum domum reditis, non solum nemo curat quicquam horum, sed ne quidem meminit. Porro tantam exercet Philippus petulantiam & iniustitiam erga omnes homines, quantam sepe auditis in concionibus. Scitis autem hanc non posse uerbis ac dicendo reprimi. Sic enim considerate, si non potestis hoc ab alijs discere, nunquam discessimus inferiores in ullo conuentu, ubi de causa & de iure nostro disputandum fuit, neque causam nostram improbauit quisquam, sed semper dicendo uicimus. Num igitur id aut Philippum reprehsit, aut nostrae ciuitati profuit? Nequaquam. sed re ipsa experimur, uerba superari factis, cum Philippus educit exercitum, nec dubitat adire periculum: nos uero domi sedemus ociosi, quasi satis sit causam dixisse atque audiuisse: & respiciunt omnes non quae dicimus, sed quae facimus. Nam illae nostrae conciones neminem defendere possunt, ut nihil dicam durius.

Cum autem omnes ciuitates quasi in duas factiones distractae sint: quarum altera eorum est qui neque affectant iniustam dominationem in alios, neque seruire alteri uolunt ipsi, sed retinere libertatem, & suam rempublicam iure ac legibus aequabiliter administrare cupiunt: altera uero factio est illorum, qui dominationem in ciues suos concupiscunt, seque ultro in seruitutem exteris tradunt, quorum auxilio arbitrantur se dominatione potiri posse. Atque haec factio quae tyrannidem affectat, in omnibus ciuitatibus superior est: nec est reliqua ulla ciuitas adhuc libera, praeter uestram. Opprimunt autem ciuitates, & trahunt ad quas uolunt partes, hoc pacto. Primum, quòd cum pecunia expugnandi sunt homines auari, habent qui det largiter. Deinde quòd non minus ualet, cum armis opus est, ad terrorem incutiendum aduersarijs, Philippus mittit exercitum & praesidia, cum uolunt. Nos autem non solum nihil simile facimus apud socias ciuitates: sed ne quidem expergisci possumus, uelut sopiti mandragora, aut simili pharmaco. Deinde (dicendum est enim id quòd res est) adeò despiciuntur propter ignauiam nostram, ut alij, quanquam in medijs periculis uersentur ipsi, tamè aulint nobiscum contendere, partim de principatu, partim de priore loco in dicenda sententia in conuentibus: partim malunt bellum suis copijs gere, quam uti nostris auxilijs.

Exordium à magnitudine negocij.

Obiurgatio: in qua uituperat ignauiam ac negligentiam ciuium.

Exaggerat perantibesim: Philippus est uigilantissimus & acerrimus, nos contra negligētissimi.

Narratio commemorans ciuitates distractas esse in diuersas factiones: & exponens, quam diligenter Philippus suam factionem tuatur.

Prouerbium, Mandragora sopitus. Neque uero existimandum est, mandragoras esse imagunculas il

HH xiljs.



las hominum, ut uulgo putat: sed poma sunt, huius nascentia: & ut ego conyctio, ex illo genere sunt quod uocant Alcakengi, Iuden Kyssen, aut certe uicinum quiddam solano.

Altera pars narrationis: Philippus paulatim creuit cessantibus Atheniensibus, & initia cōtemnentibus.

Propositio principalis: nō enim audeat aperte sua dēre, ut bellū decernant, ideo de antecedente contendit, Philippū moliri exitiū Atheniensibus.

Argumenta propositionis, sumpta à Philippi cupiditate & periculis.

Olyra, spelten. panicū uulgo uocāt beydē korn. Sed uidetur alia species esse milio cognata, ac deterior milio.

\* Exponit causā quare nō proponat decretum de bello: scilicet, quia praebere occasionem faciosis, qui me propterea in iudiciū uocaturi essent. Ita rectè significat, ipsum populum debere decretum de bello mouendo facere.

xilijs. Hæc ego non eò cōmemoro, ut mihi odium accersam: sed ut singulū intelligatis ea mala, quæ affert quotidiana ignauia atq; incuria, sicut in priuatis rebus, ita & in publicis, magis in summa negocij sentiri, q̄ in singulis erratis. Videte Serriū & Doriscum. hæc enim oppida primū post factam pacem amissa contempsistis, quæ multū uestrū ne quidē norunt: sed his neglectis, postea facile occupauit Philippus Thraciam, & oppressit regem sociū populi Atheniensis. Postea cum uideret ne id quidē à uobis curari, sinū occupauit ad Eubœam, & ibi præsidium aduersus Atticam collocauit. Deinde cepit Megara. Hæc adeò nō curastis, ut ne quidē hoc significaueritis ei, uos ista non concessuros esse ipsi. Emit & Antronas, breuī post Oreō potitus est. Omitto alia multa, Pherras, uiam ad Ambraciā, cędē factam in Elide. Non enim hæc narro, ut numerem omnia per uim atq; iniuriā à Philippo facta: sed ut ostendā, quod Philippus non desinet iniurijs afficere omnes homines, & uniuersam Græciam redigere in suam potestatem, nisi quis prohibeat.

Porro sunt quidam, qui priusquam audiant totam orationē, interrogāt quid agendum sit, non ut obtemperent (optimi enim ciues ducēdi essent, si ideo interrogarēt) sed ut statim discedant ex deliberatione. Dicendū est tamen, quid sit agendum. Primū, ciues, hoc apud uos ipsos statuite, Philippū uestræ ciuitatis hostem esse, ac scædus uiolasse, & inimicissimum esse huic urbi, atq; ipsi urbis solo: addam etiam, dijs ipsis huius urbis. Neq; cum ullo bellum gerit maiore animi contentione, quàm cū nostra repub. huic præcipue insidiatur, in hanc rem unam maximè intentus est, ut statim nostræ ciuitatis dissoluat: idq; hoc tempore propemodū necessariò facit.

Hæc enim considerate: primū regni cupiditate incensus est, & uos solos aduersari huic suæ cupiditati existimat. Deinde longo iam tempore multis uos iniurijs afficit: quemadmodum ipse sibi maximè conscius est. Tantisper enim tenere cetera poterit, donec uestra oppida in sua potestate habet. Amissa enim Amphipoli & Potidæa, ne quidem in Macedonia diutius tutus esse posset. Vtrumq; igitur intelligit, & se uobis insidiari, atq; exitiū moliri: & id à uobis animaduerti, cumq; pro uestra prudentia ipsius uoluntate perspiciatis, sentit se iurē uobis inuisum esse. Ad hæc ita iudicat, donec uos libertatem uestram retinetis, se neq; alios in seruitutem redigere posse, neque partū imperiū diu tenere: sed omnes nationes atq; ciuitates, quas uī oppressit, societate uobiscū factururas esse, si quid ipsi secus accidat (ut accidere homini multa possunt.) Non enim sic affecti estis, ut studeatis nocere alijs, aut dominationē appetatis, sed potius ut prohibeatis, ne quis dominationē occupet: & si quis inuasit, eripiat: & in summa oblistere, omnibus qui regnum affectant, & acerrimo studio libertatem omnium propugnare conamini. Non igitur æquo animo pati potest, uestrā libertatem quasi in statione esse, & obstare suis comodis. Neq; uerò stultē, neq; oscitater id quod res est considerat. Itaq; propter hanc causam statuētis eum esse implacabilem uestræ reipub. ac libertatis hostē. deinde nihil dubitate, quin omnia quæ nunc machinatur & parat, præcipue ad perniciē ciuitatis uestræ moliat. Nemo enim uestrū adeò desipit, ut Philippū existimare possit, miserias illas in Thracia cōcupiscere. q̄modo enim aliter appellari debent frigida illa oppida, quæ expugnauit? & horū causa suscipere labores, uim hyemis ac tempestatū perferre, & adire pericula: neq; interim cōcupiscere Atticam, portus, naualia, factū argentū, reditus, urbē, gloriam: quib. utinam nulli unquā potiri contingat. Quis enim putet hæc eum uobis relinquere fruenda constituisse, ipsum uerò hybernare in speluncis propter panicū & olyram, quæ in Thracia nascuntur? Imò uerò longe aliter se res habet. \* Nam illas ærumnas ideo perfert, ac suscipit illa omnia, ut hac nostra ciuitate potiri possit. Hæc cum apud se quisq; uestrū sciat, & intelligat, nihil opus est me iusta & utilia suadente, iubere, ut decretum de bello mouendo proponam. Id enim fuerit non consulere reipublicæ, sed prætextum querere omittendi belli. Videte enim, an hæcenus quisquam decretum de bello scribere ausus sit, etiamsi Philippus iterum atq; iterum uiolauit scædus. Ac ne tum quidem, cum Cardianos iuaret, quisquam audebat scribere decretū, ut Philippus iudicaretur hostis: imò uerò, quisquis tale decretum scripisset, discriptus esset.

Cum autem culpa sit omnium, quod nunc permisimus ei, ut Cardianos defenderet, iniquum



iniquū est oratores accusari, & plecti propter Philippi peccata, & obijci discerpandos proditorib. à Philippo conductis. Neq; uos cum iam moueritis bellū, rem iterū in dubiū uocare uelitis, utrū bellū quod iam mouistis, gerendū sit, nec ne: quin pergitis potius ulcisci acceptas iniurias, & Philippi assiduitatem imitami, iuuate copijs & pecuniā ipsius hostes, conferte tributum, parate exercitus, instruite classes, equos, duces, & cætera ad bellum necessaria. nam nunc quidem ita rem gerimus, ut meritò derideamur. & Philippū ipsum arbitror nihil magis precari deos, quàm ut hoc modo perpetuò rem geramus. Serò mittitis auxilia, pecuniam inutiliter profunditis, quaritis duces, mutuis odijs & altercationibus inter uos certatis.

Porrò ex quibus causis hæc accidant mala, & quæ sint remedia, dicam. Nihil prospicitis, neq; ab initio rectè apparatus quicquam, sed uix serò incommodis cuiusq; temporis occurritis. Deinde amissa occasione rei bene gerendæ, iterū securi arma abijcitis. Postea cum rursus aliquid detrimēti accipitis, iterum experrecti tumultuamini, & ad arma concurritis. Verum hæc ratio nihil prodest, nihil rectè gerere potestis imparati: sed oportet uos exercitus & comæatum multo antè parare, & quæstores publicè constituere, qui cum diligentia, quanta maxima esse potest, pecuniā in stipendiū conficiant: deinde à quæstoribus ratio pecuniæ collocatæ, à ducibus ratio administrati bellī poscenda est, ne ducibus relinquatur excusatio, cum aliò nauigāt, aut aliud agunt quàm quod mandastis. Hoc si feceritis, ac uolueritis, Philippus aut coactus equam pacem seruabit, ac domi manebit: aut à uobis bello reprimi poterit. & fortassis, quemadmodum nunc uos soletis interrogare, quid moliatur Philippus, quò ducturus sit exercitum: ita illi contrà sollicitudinem iniicietis, ut quærat, quò noster exercitus profecturus sit, aut ubi irruptionem facturus sit.

Si quis autem ad hanc rem magno sumptu ac labore opus esse iudicat, rectè sentit: uerū si cogitabitis, qualis impendeat exitus, si hos sumptus ac labores defugiemus, inuenietis magnopere profuturum, si hæc fecerimus. Etsi enim nobis Deus aliquis sponderet (nam in re tanta nullus hominum fideiussor idoneus esse potest) nobis cessantibus, & omnia proijcientibus, Philippum non uenturum esse tandem ad nos quoque: tamen inhonestum atq; indignum uobis, & rebus gestis maiorum uestrorū, alios Grecos omnes per uestram ignauiam in seruitutem projici. atq; ego sanè mori malim, quàm autor esse talis consilij. Verū si quis alius ita consulit, ac uobis persuadet, per me quidem uobis liberum est cessare, atq; omnia perdere. Sed si nemo sic affectus est, ut perire uelit omnia, & prospicimus omnes, Philippum tanto grauiorem hostem fore, quo magis crescere eum sinimus, quid procrastinamus? quid cunctamur? aut quando excitabimur ad rem melius gerendam? cum necesse erit, scilicet. At quam homines liberi necessitatem esse ducunt, ea non solum adest, sed iam præterijt. Quam uerò serui necessitatē esse iudicant, ea non est expectanda nobis, sed deprecanda. Quod est discrimen? Pudor homini libero maximam necessitatem affert ad fugendam turpitudinem. Atq; ego quidem nullam aliam statuo maiorem necessitatem dici posse. Seruus autem necessitatē esse ducit, fugere plagas & cruciatus corporis. quò utinam nobis non redeat res. ac ne quidem dignum est nobis, hanc uocare necessitatē. Quod autem ad labores obeundos, & pecuniā conferendā tardiores estis, tamen non rectè facitis: tamen excusationē aliquam habetis, ut leuius peccare uideamini. Verū hoc nullam habet excusationē, quòd ea quæ suadentur, non uultis audire: ac ne illud quidem, qua de re deliberare opus sit. non enim soletis audire, priusquā oppressit uos presens periculū, sicut modò accidit. ac ne ulla quidem de re, ordine & sine tumultu deliberatis: sed quando hostis contra uos mouet, oculos cessatis: nec contrà quicq; in tempore uos paratis. & si quis uos admonet, malè mulctatis eum. Cum autem nunciat aliqua clades aut obsidio, tum demum audire & instruere uos incipitis. At multo antè oportuit audire, ac deliberare, cum nolulistis: nunc aut perficere deliberata, cum uos primum audire incipitis. Itaq; propter hanc uestrā cōsuetudinē soli mortaliū cōtrā facitis, q̄ alij homines uniuersi. alij enim ante negotia deliberāt: uos aut, cum res præterijt.

Quod igitur reliquū est, & iam olim considerandū fuit, & tamen nunc quoq; tempestiuum est suscipi, id dicam. Nulla re magis opus est ciuitati, quàm pecuniā ad im-

Consilium de apparatus.

Diluit obiectio nem de difficultate, per *ωρα* *ωρα*, scilicet epponens aliud firmiter argumentum de necessitate & magnitudine periculi: incommo- dum est, tantos sumptus suscipere, sed cogit necessitas & magnitudo periculi. et præfatur gra- uissimè, quid deceat, uocem dignam magno uerò edens, se mori malle, quàm consulere ut Athenienses deserant ceteros.

Occasio: quia Persa potest con- citari cōtra Phi- lippum.



pendentia negocia. Vtrò autem fortuna nobis obtulit occasiones quasdam rei bene gerendæ: quibus si rectè utemur, fortassis aliquid effici poterit quod sit e republica. Primum enim fidelissimi Persarum socij, & à quibus Rex iudicat se magnis beneficijs affectum esse, oderunt Philippum, et bellum aduersus eum parant. Deinde regius præfectus, qui cum Philippo contra Persas conspirauerat, misso successore, ex prouincia reuocatus est. Quare rex totum negocium libenter cognoscet. Nam ut maxime non audiret nos Philippum accusantes, cum de priuatis iniurijs dicturos esse arbitra retur: tamen audiet de prefecto, tanquam res ad se pertineat, et sua autoritate bellum Philippo inferatur. Itaq; fidem nostris querelis habebit, & legatis nostris dicendi potestatem faciet, quasi conueniat utrisque communem iniuriam ulcisci, cum utrosq; læserit: præsertim cum Philippus multo formidabilior Persico regi futurus sit, si prius nos inuaserit. Si enim nos desertos opprimerit, postea intrepide regem bello adoretur. Censeo igitur propter has causas mittendos esse legatos ad Persicum regem, & concordiam deponendam esse, propter quam hæctenus multis cladib. affecti sumus. At qui dixerit aliquis, regem Persarum barbarum esse, & communem omnium hostem, & alia multa. Ego uerò etiam si uideo eum procul in Sufis & Ecbatanis sibi metuentem, hostem nostræ ciuitatis dici: tamen cum antea quoq; liberarit urbem nostram extremis malis, idq; nunc etiam facturum se esse polliceatur: si beneficium eius aspernabimur, nulla eius culpa fuerit. Miror autem, aliter sentire quenquam de hoc latrone, qui in mediâ Græcia crescit, & iam nostris portis imminet: hunc ego metuo, quisquis ita iudicat, si quidem ipse non formidat Philippum.

*Diluit tergiuersationū causas. Nam diuites non lebant conferre pecunias, sed uolebant theatralē pecuniam ad bellum transferri.*

Sed hæret etiam in urbe nostra aliud malum ualde perniciosum Reipub. & iniustis calumnijs exacerbatum. Vnde fit, ut ij qui nolunt officium suum facere, tergiuersari facile possint. Deinde omnium erratorum causa in hoc confertur, cum aliquid geritur aliter quàm oportuit, de quo etsi non sine timore dico, dicendum est tamen. Spero enim me & pro tenuioribus aduersus diuites æqua dicturum esse, & utilia Reipublicæ, & rursus pro locupletibus aduersus tenuiores, modò & calumnias auferamus e medio de pecunia theatrali, quas nonnulli serunt iniuste: & deponamus hunc timorē, quē nobis ipsi fingimus, non posse sedari has urbanas dissensiones sine aliquo magno malo, cum hoc timore nullum nocentius malum dici possit, aut quod in communi magis labefactet statum ciuitatis. Sic autem cogitate: dicam enim primùm de egentibus. Olim urbs habuit redditus tantum c. x x x. talenta, tunc neq; præfecti instruendis classibus, neq; alij qui pecunias conferebant, grauatim faciebāt officium, cum redditus Reipublicæ essent angustiores. Quare & naues instructæ nauigabant, in tempore pecuniæ conferebantur, & fiebant omnia quæ res postulabat. Itaq; cum fortuna responderet nostræ sedulitati, publici redditus sunt postea ita aucti, ut pro cētum habuerimus c c c. talenta: & ciues non modò nullis damnis afficerentur, sed multo magis auferrent ipsi commoda quædam beneficio reipublicæ. Nam diuites omnes ueniunt, ut ali quod à republica beneficium consequantur: & rectè faciunt. Qua igitur iniuria affecti locupletiores, exprobrant tenuioribus, quòd lucra quædam de publico constituta nolint amittere: eoq; prætextu ipsi detrectant facere suum officium: nisi fortè tenuioribus inuidemus fortunæ beneficia. Ego uerò tenuiores non accuso. Nam ne quidem in priuatis familijs decet iuuenes adeò ingratos & inhumanos esse aduersus senes, ut dicant se prorsus nihil facturos esse, quia senes non tantundem sustineant laboris quantum ipsi. Daretur enim actio aduersus eos malæ tractationis. Nam parentibus utrumq; munus ultro præstandum est, & quod natura eis debetur, & quod leges tribuunt. Sicut autem unusquisq; priuatim pater est, ita existimandum est, omnes ciues in commune parentes esse totius ciuitatis: nec cōuenire, ut eis beneficia ciuitatis eripiantur. sed si hæc deessent, aliunde prospiciendum esset, ne ulla re necessaria indigentes neglecti uiderentur. Quòd si locupletiores ita sentient, non solum iuste facient, sed etiam suæ utilitati consulent. Neque enim fieri potest, quin ciuium uoluntates alienentur, cum necessarijs rebus spoliantur.

*Optima similitudo, et plena humanitatis, de pauperibus. Non ideo diuites detrectent officium, quia pauperes minus præstant. Sicut nec filius debet detrectare laborē, quia pater senex et imbecillis minus laboret.*

Econtra tenuiores id abijciant, propter quod diuites iurè stomachantur. Dicam enim iam etiam uera pro diuitibus eodem modo. Nemo hominum, ne dum Atheniensis aliquis,



quus, tam est infelix & crudelis, ut ægrè ferat, si pauperes uideat accipere necessaria. Sed quid offendit diuites? Hoc uidelicet, cum uident alios non solū in publicas pecunias, sed etiā in priuatas inuadere uelle, et oratorē id suadentem, maximā auctoritatem consequi, & securū planeq; immortalē fieri, & uenire ad ciendos tumultus, antea domi suffragijs clam conflatis ac præparatis. Hoc alienat animos diuitum: hæc faciunt, ut uobis diffidant diuites: oportuit enim pari iure ciues inter se uiuere: diuites tutō res suas, & sine metu tenere, & pro patria in commune conferre: tenuiores uerò discrimen nosse inter publica & priuata, ita ut intelligant quæ sint publica, ijsq; moderate fruantur, priuata uerò sciant esse sua cuiusq;. Hac ratione seruari ciuitas, & ex parte fieri maior potest. Et quæ in utraq; parte requiri possunt, hæc ferè sunt: quæ ut ordine ac legitime fiant, emendatione quadam opus est.

Multæ uerò & ueteres causæ sunt presentium malorum: quas si audire uolueritis, commemorabo. Defecistis, ciues, ab illo instituto, quod maiores uobis reliquerunt: uidelicet esse superuacaneum putatis, & inutilem sumptum, auctoritate atq; potentia excellere inter ciuitates, & habere exercitum excubantem pro communi salute Græciæ, & opem ferre cæteris qui iniuriā afficiuntur. Beatos uerò ac securos uos esse dicitis, si ociosi concedatis alijs, ut subinde quæ uolunt, intercipient. In hunc uestrum locum & gradum irrupit interim Macedo, qui consecutus est magnam gloriam ac potentiam: & merito quidem magna enim gloria est, principatum tenere inter tot gentes: de quo omnibus seculis inter se potentissimæ ciuitates contenderunt. Nam cum Lacedæmonij principatum amisissent, & Thebani bello Phocensium impliciti essent, nos que sederemus ociosi, Philippus inuasit Græciam quasi desertam. Itaq; alij sunt in metu: ipse uerò & socios & exercitus habet, & Græciam in tantum discrimen adduxit, ut difficile sit rebus tam ambiguis inuenire consiliū. Cum autem omnes Græciæ populi in metu sint, nullis tamen plus est periculi quàm uobis, nō solum ob eam causam, quod Philippus præcipue uobis insidias struit: sed multo magis, eo quod uidet nos omnium ignauissimos esse. Neque uerò existimate urbem extra periculum esse, eo quod in foro adhuc rerū omnium copia sit. Erratis enim, si ita ratiocinamini. Nam de foro ipso aut mercatu ita iudicandum erit, non de ea urbe, quam unam obsistere sibi Philippus intelligit, conanti Græciam in seruitutem redigere: de hac non est iudicandum ex modo rerum uenaliū, sed ex sociorum fide, & magnitudine apparatus atque exercituum. Hæc spectanda sunt in ciuitate, à quibus nos quidem pessime instructi sumus. Quod si uerè iudicare uoluerimus, comperietis nullo unquam tempore maiori in periculo Græciam fuisse. Nam antea cum inter sese Græci bellum gererent, Græcia in duas partes diuisa erat, Lacedæmonios & nos: ceteri aut illis aut nobis parebant. Interim rex solus erat, ac pariter inuisus omnibus: & si quos bello superatos receperat in fidem, tantisper ei credebant, donec ceteros pariter adoriebatur. Tunc enim non minus oderant eum ijs quos seruauerat, quàm illi qui semper hostes fuissent. Nunc autē Macedo conciliat sibi omnes præter nos, quorum gratiam nō ambit, nisi nunc melius rem gesserimus. Itaq; ubiq; uariæ præfecturæ constituantur, & singule ciuitates de principatu certant, aliq; ab alijs deficiunt, inuidēt inter se ac diffidunt sibi mutuò. Postea singule relinquuntur sole, Argiui, Thebani, Corinthij, Lacedæmonij, Arcades, nos. Cumq; in tot factiones Græcia diffracta sit, si uerum dicere licet, ubiq; tamen frequentius conueniunt homines ad deliberationes de Græciæ statu, quàm apud nos. Nemo enim sic aut amat, aut credit uobis, aut uis que adeo metuit, ut uobiscum agendum aliquid putet. Huius rei multe sunt causæ: facile autem hæc mutari possent.

Sed multa sunt errata omnium temporum: quæ ut omittam commemorare singula, unum tantum dicam, ad quod cetera referri possunt omnia. Peto autem, ne mihi succenseatis liberè uera dicenti. Subinde occasiones atq; articulos rerum bene gerendarum uendidistis, ut ocium uobis concederetur: quod ita amatis, ut irasci nō possitis his qui uos perdunt: nonnulli etiā consequuntur honores. sed hæc excutere in presentia nō est operæ precium. Ac postquā iniecta est mentio iniuriarum, quas à Philippo accipimus, statim surgit aliquis, et incipit uos monere, ut caueatis ne per errorē decernā

Proponit oburgationem reliquis dilutionibus. quidam enim proditores uociferabatur, nihil à philippo periculi esse, quia adhuc nulla esset annona & comestuum difficultas.

Infectio prædiorum.







diam nobis ademisse. Quare autem non perinde uos beneficijs sibi adiungit, ut ceteras urbes? Quia tantum in uestra urbe impune licet accepta mercede pro hostibus dicere, etiam cum maximis cladibus affecti estis. At in Olyntho nemo pro Philippo dicere audebat, nisi postquam pollicitus est eis, se daturum agrum Potidææ fruendum. Nec in Thessalia quisquam ausus esset pro Philippo dicere, nisi tyrannis eiectis populum eo beneficio sibi deuinxisset, ac Pyleam eis reddidisset. Nec Thebani Philippo studuerunt prius quam Bœotiam eis reddidit, & deleuit Phocenses. Verum Athenis licet pro Philippo dicere, postquam non solum eripuit uobis Amphipolim & Cardianorum regionem, sed etiam iam Eubœam munit, & eam tenet tanquam belli arcem aduersus nos, & exercitum ad Byzantium ducit. Ac horum qui pro Philippo dicunt, nonnulli ex mendicis subito diuites euaserunt, & ex ignobilibus nobiles: uos contra cum antea essetis nobiles ac potentes, nunc estis abiecti & inopes. Nam urbis diuitias iudico esse socios, fidem, ac beneuolentiam aliorum populorum: quarum rerum uos inopes estis. & quia hæc negligitis, atq; ita labi sinitis, iste interim creuit, ac Græcis & barbaris formidabilis factus est: uos autem deserti, & contempti. Etsi enim in foro rerum uenaliùm copia est, tamen ille apparatus, quo maximè oportuit urbem instructam esse, perridiculus est. Ac uideo non eodem modo oratores sibi & urbi consulere. uos iubent quiescere, etiam si quis uos iniuria afficit: ipsi uerò non possunt quiescere, etiam si nemo eos afficit iniuria. Atqui dic mihi, Aristodeme, sine cōuicio, quis prudēs, cum sciat priuatam uitam securam & ociosam & sine periculo esse, contra uerò eorum qui administrant respublicas, plenam querelarum, & periculorum, & quotidiano- rum certaminum & ærumnarum, non anteferat huic periculosa priuatam & ociosam uitam? Sed quid de te ipso dixeris? Si enim uerè uoles pro te honestissima dicere, prædicabis te hos labores propter gloriæ cupiditatem perferre. Cum autem tibi ipsi labores omnes exhauriendos, omnia pericula adeunda esse propter gloriã censeas, ualde miror, cur ciuitati consulas, ut suam gloriã per ignauiam perdat ac proijciat. Nam illud dicere non poteris, te oportere inter ciues tuos excellere, ciuitatem autem inter Græcas urbes oportere spretam & contemptam esse. Neq; hoc dicere potes, ciuitati ocium tutum esse, tibi uerò periculosum esse: sed contra se res habet, tibi acceris extrema pericula, cum ingeris te pluribus negocijs quàm ceteri ciues, urbem uerò languescentem ocio nemo non uexaturus est. At magnam tibi gloriã maiores tui reliquerunt, hanc amittere tibi turpe ducis. urbs uerò nullis egregijs factis maiorum clara est: Imò longè aliter se res habet. Patrem habuisti furem, siquidem tibi similis fuit: ciuitas autem uirtute maiorum nostrorum Græcos uniuersos bis in extremis periculis seruauit. Sed quidam nō similiter & ex æquo suas res & ciuitatis negocia administrant. Nam cum ipsi fuerint obscurissimi, & è carcere ad rempublicam accedant: contra urbem nobilissimam, quæq; hæctenus Græciæ principatum habuit, reddunt omnium postremam & contemptissimam. Etsi autem dicere plura possem, tamen desino. Non enim propter inopiam consilij Respublica aut hoc tempore, aut aliàs deteriorius habet: sed quia cum rectè consulentes audistis, & magno consensu probastis, sedetis audituri similiter alios, qui corrumpere ac deprauare omnia conantur, cū quidem uobis non sint ignoti. Non enim latet uos, qui nam mercede conducti dicant, ac Philippo faueant, qui contra optimè consulant, sed improbos istos auditis, ut liceat hoc prætextu detrectare authoritatem recta consulentium, dum eorum consilia accusatis, deridetis, & calumniamini. Hæc liberè dixi summa cum beneuolentiã erga uos, quæ iudico esse optima: qua in oratione nemini adulari, neminem lædere aut decipere uolui: qualia fiunt in aliorum orationibus, quæ dicentibus pecuniã afferunt, hostibus autem ciuitatem nostram obnoxiam reddunt. Aut igitur hanc consuetudinem mutare debetis: aut nemo acufandus, nisi uos ipsi, quod Respublica adeò afflictã sit,

*Vrbium uerè o-  
pes ac munimē-  
ta.*

*Priuatã uitã se-  
cura.*

PHILIP



DEMOSTHENIS ORATIO  
PHILIPPICAE ORATIONES ALI-  
ter, quodam bene docto interprete.

ARGUMENTVM PRIMAE.

**C**um Athenienses in bello contra Philippum malè accepti essent, deiectis animis ad concionem uenerunt. Quamobrem orator eam deiectionem conatur auertere, & amoliri: ac dicit, nihil esse mirandum, si propter summam ignauiam uicti sint à Philippo: & simul docet, quemadmodum optimè in id bellum debeant incumbere. Iubet autem, duplicem exercitum comparandum esse: unum ex ciuib. maiorem, qui domi manens, ad usus illarum rerum quæ idoneæ fuerint, præsto sit: alterum autem minorem, ex peregrinis militibus, ita tamen ut cum ciuib. misceatur. Et hortatur ut illæ copiæ nec maneant Athenis, nec aliò extra urbem auxilia ferant, sed ut circum Macedoniam oberrantes, continenter bellum gerant, ut ne Philippus si flantes Etesias obseruasset, aut etiam tempestatem in qua Athenis in Macedoniam nauigare non posset, res nostras adoriretur, & propter absentiam Atheniensium omnia occuparet. Verùm si uestræ copiæ propè illum adductæ essent, aduersus eum resisterent.



**Q**uod si propositum esset, Athenienses, ut de re aliqua noua diceretur, expectarem donec alij oratores, qui hic solent dicere, suam sententiam declarauissent: quia si mihi placeret, quod ab illis dictum esset, omnino tacerem: sin autem minus, tunc ipse conarer dicere quod sentio. Sed quoniam dicendum est de illis rebus, atq; deliberandum, de quibus sæpe antea isti uerba fecerunt, ideò puto me, qui primus surrexerim, iurè ueniam consecuturum. nam si isti rectè antè consuluissent, nihil uos opus esset consulere. Primùm itaq; Athenienses, animus deiiciendus non est in præsentibus malis, quantumuis res aduersæ esse uideantur. nam quod antea in illis pessimum fuit, id posthac in iisdem rebus uobis optimum erit. Quid igitur hoc est: quod propterea Athenienses res uestræ malo in loco positæ sunt, quia non fecistis quæ uos facere decuisset. Nam sanè si omnia fecissetis, quæ uos decuisset facere, & tamen res malè haberent, nulla esset spes, fore aliquando meliores. Deinde cogitandum est illud, & quod ex alijs intelligitis, & uos ipsi probè noftis, si memoria uultis repetere, quantas aliquando copias Lacedæmonij habuerunt: neque enim longum est tempus, quod factum est, cum uos nihil indignum uestra republica, sed honestè & decenter omnia fecistis, bellum cum illis de iure uestro susceptum fortiter sustinentes. Quorsum igitur ista dico: ut intelligatis, Athenienses, ac cogitetis, nihil uobis esse formidandum, si uigilantes esse uolueritis: & si negligentes fueritis, uos non illud quod uultis, effecturos esse, exemplo illud uobis esse debet, quòd tum robur Lacedæmoniorum superastis, propterea quòd animum rebus attenderitis: & quòd nunc propterea istius iniuriæ perturbamur, quia non curamus diligenter ea quæ decet. Quòd si quis uestrum, Athenienses, existimat esse difficile superare Philippum, ac qui ita cogitat, magnam illius esse in hoc tempore potètiã, & nostram rempublicam multos amisisse, is rectè quidè existimat: hoc tamen consideret, uos aliquando habuisse, Athenienses, Pydnam, & Potidæam, & Methonen, & totam hanc regionem circumcirca nostram fuisse. Item plerasq; ex illis gètib. quæ nunc cum illo sunt, suis legibus uixisse, ac liberos uixisse, & erga nos melius tunc fuisse affectas, quàm erga illum. Quod si tum Philippus in ea sententia fuisset, ac statuisset esse difficile bellum gerere cum Atheniensibus, propterea quòd tales haberent munitiones & propugnacula suæ regionis, cum socios non haberet, nihil eorum quæ iam fecit effecisset, neque tantam potentiam sibi comparasset. Sed nouit ille, Athenienses, ea omnia loca in medio sic esse posita, ut sint honoraria belli. Nam ita natura comparatum est, ut absentium negotia præsentibus cedant: & eorum qui negligentes sunt, ijs qui laborare & periclitari uolunt. atq; ille sanè hoc animo affectus omnia uicit ac habet. Quædam bello sibi adiunxit, quædam societate & amicitia sibi cõcilauit. Etenim omnes homines iungere societatem, & bene affecti esse erga eos uolunt, quos uiderint esse instructos, & uelle ea facere quæ oportet. Quod si igitur Athenienses, etiam uos in ea sententia nunc esse uolueritis, quandoquidem antea non fuistis, & quisq; uestrum quantum opus est, & quantum potest se utilem uoluerit præbere reipublicæ ciuem, & citra omnem simulationem se ad res gerendas accingere, nempe ut is qui pecuniam habet, conferat: & is qui in florenti est ætate, miles fiat: breuiter, ut uerbo complectar omnia, si uestris



si uestris utilitatibus uolueritis inseruire, & quisq; uestrum sperare desierit, seipsum nihil facturum, sed alterum pro se facturum omnia, & uestra bona retinebitis, uolente Deo, & ea quae per socordiam sunt amissa, recipietis, & illum merito afficietis supplicio. Non enim debetis existimare, ut Deo, sic etiam illi, praesentem rerum statum perpetuum esse, atq; fixum. nam est qui illum odio prosequatur, & qui metuat, Athenienses, & qui inuideat, etiam ex illis qui amici ei esse uidentur. Imò omnia quae in alijs insunt hominibus, eadem etiam existimandum est in illis esse, qui cum eo faciunt. terrent tamen illa omnia, propterea quòd mutari nò possunt, propter uestram tarditatem & ignauia: quam etiam nunc omittere oportere existimo. Videte enim, Athenienses, hanc rem, quo intemperantiae iste homo processerit, qui nullam nobis optionem relinquit alicuius rei gerendae, aut manendi in ocio: imò minatur, & superbos (ut aiunt) effundit sermones. & non potest ijs contentus esse, quae iam in suam potestatem redegit, sed semper aliquid praeterea inuadit & occupat: & dum uos haesitatis & sedetis, uos undiq; circumcirca cingit. Quando igitur, Athenienses, quando facietis ea quae decet, cum quipiam acciderit malis: an hercule cum aliqua ingruet necessitas? At nunc quid sentendum de ijs quae acciderunt? Equidem, opinor, summam necessitatem ingenuis hominibus pudorem & uerecundiam cogitandi de rebus imponere. Vtrum uultis, obsecro uos, in foro obambulantes ista sciscitari, quid dicunt noui: possit ne quicq; magis dici nouum quam hominem Macedonem cum Atheniensibus bellum gerere, & res Graecorum administrare? Mortuus est Philippus: non hercule, sed aegrotat: quid hoc uestra interest: etenim si quid ei acciderit, confestim uos alium facietis Philippum, siquidem ita rebus diligentiam adhibere uolueritis. Non enim tam potens factus est Philippus suis uiribus, quam uestra negligentia. Verum etiam illud, si quid ei acciderit, & fauerit uobis fortunae successus, quae semper melius nostra curauit, quam nos curamus nosmetipsos. Et illud scitote, quòd si propè adfueritis, & res omnes adeò disturbatas curaueritis diligenter, uestro arbitratu omnia perficietis. Quemadmodum nunc autem affecti estis, praesertim cum nulla se offerat occasio, non poteritis Amphipolim recipere, propterea quòd incertis estis sententijs, pariter & apparatu. Sed quemadmodum oportet facere officium, si omnes alacres esse uolueritis, ut etiam decreuistis uos, & habetis uobis persuasum, dicere superfedebò. Qua autem ratione instituendus sit apparatus, per quem ego existimem uos talium rerum sollicitudine liberari posse, item de multitudi- ne, quanta opus sit, & de contributione pecuniarum, atque alijs quae optima ac celerrime comparanda esse mihi uidentur, de his rebus conabor dicere. Ac tantum Athenienses uos rogo, ut posteaquam omnia audieritis, iudicetis, & non antea me auertatis. Quod si statim ab initio uidebor alicui nouum & inauditum apparatus proferre, ut ne is putet, me res differre: non enim qui celeriter, & hodie dixerunt, potissimum ea locuti sunt quae decet. neq; enim illa quae iam acciderunt, praesentibus auxilijs aut copijs corrigere poterimus. Sed qui ostenderit, quis comparandus sit apparatus, & quando, & unde, is manere poterit donec aut aliter statuente bellum à nobis remoueamus, aut hostes uincamus: hoc enim pacto nò amplius in posterum pateremur aliquid mali. Opinor itaq; haec ego me posse dicere. nec impedio, si quis alius quippiam pollicetur se dicturum: atq; haec magna est promissio. sed res iam ipsa declarabit, & uos ipsi iudices eritis. Primum itaq; Athenienses, ego dico comparandas esse quinquaginta triremes: deinde uos ipsos ita animis affectos esse, ut si opus fuerit, ipsi eas ingressi, nauigatis. Praeterea dimidiatae equitum parti triremes instituendas esse, quae equos uehant, et multas naues uos iubeo adornare. Atq; has puto oportere appositae esse ad repentinam illam expeditionem, e sua regione in Pylas, & Chersonesum, & Olynthum, & quouis. Nam ei procul oportet ostendere, uos ex nimia ista negligentia, quemadmodum olim aiunt fecisse in Euboea, Haliartum, et postremò nuper in Pylas, ita fortassis hunc impetum facturi estis. neq; omnino, etià si nò feceritis hoc, ut ego faciendum sentio, contemnendum est, uel propter metum (ut cum uiderit uos instructos esse, rescisset enim, sunt enim, sunt qui huic omnia renuncient, & sunt plures q̄ opus est) quiescat, uel his contemptis de improviso opprimatur, praesertim cum nihil impedimento sit, si tulerit occasio, quo minus uos in illius regionem nauigatis. Haec sunt quae ego puto ab omnibus oportere decerni, &



comparanda esse. Præterea existimo, Athenienses, uos aliquam comparare oportere manum, quæ continenter bellum gerat, & uexet Philippum. Ne mihi decem millia, neque bis decem millia peregrinos proferat aliquis, neque has subsidiarias copias demostret: sed illa manus Reipublicæ sit, siue unum uos, siue plures, siue hunc siue illum de legeritis suffragijs uestris, ei obtemperent copias, atque sequantur: atque isti commeatum dandum esse existimo. Sed quæ nam erit hæc manus, & quanta, & unde commeatum habebit, & quo pacto hæc poteritis efficere: ego dicam, & de singulis seorsim. Equidem peregrinos dico comparandos esse, & ut ne illud faciatis, quod sæpe iam uobis attulit damnum, dum omnia minora ducitis quam oportet: et cum in uestris decretis statuat ea quæ maxima sunt ad agendum, tamē ne minima quidem perficitis. imō & parua efficiendo & suppeditando illis addite, quoad maiora esse uideantur. Dico itaque, in uniuersum duo millia hominum colligenda esse: ex his autē esse uolo Athenienses quingentos, ex quacunque tandem etate id uobis bonum esse uideatur: & hi militent certum tempus, & non longissimum, sed quam longum uobis uideatur esse honestum, ut alij interim alijs succedant. reliquos uolo esse peregrinos, & in his equites ducentos esse uolo, atque in his ad minimum Athenienses quinquaginta, qui perinde ut pedestres copias militent, & his naues comparentur ad uehendos equos. Esto: quid præterea opus est: celeres triremes decem uos comparare oportet: his enim opus est, cum ille habeat classem. & uobis celeres sint triremes, ut tuto nostræ copias nauigent. Vnde igitur his suppetet commeatus: hoc ego & dicam, & monstrabo uobis. Posteaquam demosttrauero quamobrem ego existimem, tantas copias satis esse, & ciues unā uelim militare, tum docebo hoc. Tantas propterea copias, Athenienses, contrahendas esse sentio, quod uobis iam nō liceat colligere copias, quæ cum illo præliū faciant: sed necesse est prædonū more bellū gerere, & in initio hac ratione belli uti oportet. Quamobrem illas copias nō oportet nimium esse magnas: non enim stipendium est, neque commeatus. nec omnino humiles esse oportet. Porro ciues interesse uolo, et unā nauigare, propterea quod antea etiā intelligo urbem habere peregrinas copias Corinthi, quarū Polystratus dux fuit, & Iphicrates, et Chabrias, et alij nonnulli: et uos ipsos unā militare. Nā audiui quod isti peregrini uobiscum coniuncti, & uos cum illis prælio uiceritis Lacedæmonios. Ex quo autem per se isti peregrini milites uobis bellū gerunt, uincunt amici & socij: atque hostes ipsi potētiores euaserunt, quam oportet. Et hi milites externi segnes ad bellū reipublicæ, ad Artabazum & quouis potius nauigant, & capitaneus sequitur: neque iniuria. nō enim imperator esse potest, qui nō soluit stipendium. Quid ergo fraudeo: huiusmodi occasiones adimede sunt & duci, et militibus: & dandum stipendium, & uestri ciues addendi sunt, ut quasi testes sint oculati illarum rerum que geruntur à ducibus. quandoquidē ita iam res administramus, ut deridiculi simus. Si quis enim interroget, Vos pacem agitis Athenienses: non hercle nos, sanè responderetis, sed bellū gerimus contra Philippum. Non delegistis ex uobis ipsis decem ordinum præfectos & duces, & tribunos militares, & duos præfectos equitum: quid igitur faciunt amplius quam unus homo, quem dimisistis ad bellum: reliqui pompam explent sacerdotum. Quemadmodum enim figuli statuas in foro luteas proponunt, sic uos suffragijs constituistis ordinum præfectos, & tribunos militares, non ad bellum gerendum, sed ad ambulandum in foro. Non ne enim, Athenienses, præfectos ordinum à uobis delectos esse, non ne præfectos equitum & imperatores à uobis oportuit esse constitutos, ut reuera illæ copię reipublicæ essent: Verum in Lemnum quidē iussu uestro præfectum equitum nauigare oportuit: Menelaum autē illis præesse, qui pro salute reipublicæ pugnat. Nō dico hæc quod hominem accusem: sed illud dico, hunc oportuisse uestris suffragijs delectum esse, quisquis ille fuisset. Sed hæc fortassis recte à me dici arbitramini. Sed quantum pecuniarum opus sit, & unde ea comparari possit, maxime cupis audire: quare hoc etiā expediam. Pecunię itaque sunt ipse commeatus, pro cibarijs militum, quæ solūmodo his copijs satis sint, statuo nonaginta talenta & aliquanto plus: decem nauibus celeribus constituo quadraginta talenta, hoc est, in singulas naues uiginti minas unoquoque mense. Duobus uero millibus militum totidē minas, ut singuli milites in mensem pro cibarijs denas accipiant drachmas. Denique si ducetis equitibus, duo decim attribuantur talenta, satis erit ut singuli per mensem tricenas accipiant drachmas pro cibarijs.

Quod



Quod si quis existimet, leue subsidium esse, ut militibus cibaria suppetant: is non recte intelligit rem. At ego certo scio, si hoc ita factum fuerit, reliqua ipse exercitus suppedi-  
tabit ex bello, ita ut neminem Græcorum affligant, neque quenquam sociorum, ut  
plenum habeant stipendium. Atque ego libenter unà nauigabo, & paratus ero quid-  
uis perpeti, si hæc ita se non habeant. Vnde igitur paranda pecunia erit, quam a uo-  
bis exigo, hoc iam nunc dicam

*Rei pecuniariæ explicata ratio.*

Hæc sunt, Athenienses, pecuniæ, quas nos inuenire potuimus. præterea cum senten-  
tias decernetis, ea quæ uobis uideant decernite, ut non solū decretis & epistolis con-  
tra Philippū pugnemus, sed etiā re ipsa. Videmini autē mihi multo melius de hoc bello,  
& toto apparatu deliberaturi, si Athenienses, sitū eius regionis, contra quam bellū  
geretis, animo comprehenderitis: & si illud cogitabitis, Philippū multa conficere, pro-  
pterea quod uentos, tempora, & uicissitudines anni diligenter obseruat. Nam uel ob-  
seruatis Etesijs, uel hyeme, plerunque nostra inuadit, cum nos illuc peruenire non pos-  
sumus. Quamobrē hæc uos animo perpendere oportet, & nō per auxilia bellum gere-  
re (hæc enim ratione amitteremus omnia) sed cōtinuo apparatu, & assiduīs copijs. Licet  
enim liberius copijs uti in Lēno, & Thaso, & Sciatho, & alijs in ea regione positis in-  
sulis, in quib. & portus, & frumentū, & illa omnia quæ sustentandis copijs necessaria  
sunt. Et facile erit obseruare anni tempus, in quo non difficile terram attingere, & uen-  
torum uidere constantiā circa eandem regionē, et circum ostia ciuitatum oberiare, atq;  
ita deliberabit is qui istis de reb. uobis erit præfectus, & consiliū capiet ex ipso tempo-  
re, & quid facere opus sit, & quando exercitus educendus. Quæ uerò à uobis fieri oportet,  
hæc sunt, quæ ego modò proposui, si has Athenienses feceritis res, & primū, quas  
dixi, suppeditaueritis pecunias: ita deinde etiā alia omnia cōparaueritis, pedites, tri-  
emes, equites, uniuersum exercitū certa lege cogetis in bello perdurare. Si enim uos ip-  
si pecuniarū questores dispensatoresq; fueritis, si rerum gestarū à ducibus uestri ratio-  
nem petieritis, desinetis perpetuò de hisdem rebus consultare, & nihil amplius efficere,  
et propterea, Athenienses, spoliabitis illum maximis uectigalibus. Sed quæ nā illa sunt  
sumptibus sociorū uestrorum contra uos bellum gerit: & eos qui mare nauigant, mise-  
rè affligit. Item quid amplius: uos ipsi extra periculū eritis, & non uexabimini: nec fiet,  
sicut aliās factum est, quando in Lemnū & Imbrum Philippus irrupit, & ciues uestros  
captiuos abduxit: & ad Gerastum, onerarijs nauibus interceptis, innumerabilem pecu-  
niam exegit: & postremò in Marathonē usq; peruasit, & in nostra regione sacram trire-  
mē auexit: quo tempore uos nec ista impedire potuistis, nec ad illud tempus, quod cō-  
stitueratis, auxiliū ferre. Verū Athenienses cur Panathenæa & Bacchanalia statis tē-  
porib. celebrantur, siue docti, siue idiotæ horum procuratiōne sortiti fuerint, in quæ tot  
insumitis pecunias, quot in nullā emissariā classē: & tanta coit hominum turba, ac  
tantus sit apparatus, quantus haud scio an apud ulla nationes reperiat. At emissariæ  
naues omnes semper alieno tempore soluūt, ut illa quæ Methonem, quæ Pagafas, quæ  
Potidæam nuper petiuit. quia omnia illa certa lege geruntur, & quisq; uestrum longe  
antè præsciuit, quis ludorum præfectus, quis exercitiorū magister ad tribus sit electus,  
quando & à quo celebranda sint: item quid habere, quid facere unumquēq; cōueniat,  
nihil in discussum, nihil incertum illic relinquit. At in his reb. bellicis, & in apparatu in-  
digesta, incerta, deprauata omnia. Itaq; mox ut audiuimus quippiā, classiū ordinamus  
præfectos, & hisce facultatē ferendæ conditionis damus: & de pecuniarū comparatio-  
ne deliberamus. item postea fit senatuscōsultū, ut naues conscendāt inquilini, & hi qui  
extra urbem cōmorentur: deinde rursus ex his alios ingredi, alios egredi iubemus. Ita  
dum hæc producitis, & circa ista moramini, pereunt illa propter quæ nauigationē in-  
stituiimus. tempus enim rerū gerendarū in apparando consumimus, occasiones autem  
rerum gerendarum non expectant nostram pigritiam & socordiam. Quas uerò nos  
copias existimamus interea tēporis nobis sufficere, hæc nihil posse efficere, re ipsa depre-  
henduntur. At ille eò audaciæ euasit, ut Euboensibus huiusmodi iam scribat epistolas.

EPISTOLA. Ex his igitur, Athenienses, quæ iam recitata sunt, pleraq; uera sunt, id  
quod non oportebat, Verū si ad gratiam loqui oportet, quæcunq; oratione præter-







Athenienses, hercule opinor illū ebrīū esse magnitudine rerum gestarū, & huiusmodi multa ipsū in animo sibi fingere, & somniare, presertim cū uideat neminē esse à quo impediatur. & cum adeò elatus sit rebus hactenus gestis, attamen hercle nō existimo eū uelle adeò agere apertè omnia, ut stultissimi nostrorū hominū in telligāt, quid ipse facturus sit. stultissimi em̄ sunt, qui tales sermones effutiūt. Verūm si his omīsis illud animaduertamus, q̄ homo inimicus, & uestra eripit uobis, & lōgo tēpore iniuriā fecit, reperiemus contra nos facta esse quæcūq; unq̄ sperauimus quæquam pro nobis esse facturū, & ea quæ restāt, in nobismetipsis posita esse. Quod si iā nō uoluerimus istic cū illo belligerari, cogemur fortassis hīc illud facere. si inq̄ hęc probè intelligamus, & discernemus ea quæ decet, & à uanis rumorib. eritis liberati. Nō enim cuiusmodi tandē futura sint deliberare oportet, sed probè illud scire, res fore in pessimo loco, nisi rebus animū intēderitis, & facere ea uolueritis, quæ decet. Quātū autē ad me pertinet, nunq̄ aliās animū induxi uobis in ulla re adulari, quā nō persuasum haberē uobis utilē fore. Sic in hoc tēpore etiā quæcūq; cognita haberē, ea omnia simpliciter nihil pretermittēdo libere dixi. Equidē uellē, ut quæadmodū ego scio uobis utile esse, ut optima audiat, sic etiā scirē utile fore ei qui optima dixerit: multo enim libentius dicerem. nūc uerò tamen si incertū sit, in quā partē hęc sitis accepturi: tamen propterea uolui hęc dicere, q̄ scirē si ista feceritis, uobis utilia fore. Et utinā ea sentētia uincat quæ omnib. futura est utilis.

## DEMOSTHENIS PHILIPPICA

secunda, eodem interprete.

### ARGVMENTVM EX LIBANIO.

**H**ortatur hac oratione Athenienses orator, ut & hostē suspicentur esse Philippū, et paci nō nimīū fidant, sed excitentur & intendāt animū rebus, et se instruat ad bellū. Dicit enim insidiari & Atheniensibus, et omnibus Græcis Philippū: & hoc eū perfecturū esse, uel ipsius testimonio cōuincit. Ad hęc pollicetur se etiam respōsa daturū legatis, qui à Philippo ueniūt, si dubitēt Athenienses, quemadmodū eis respōderi oporteat. Vnde uerò isti legati, & de quib. reb. mittātur, in hac quidē oratiōe nō exprimitur. Intelligi autē poterit ex Philippicis historijs. Per enim illud tēpus legatos misit Philippus ad Athenienses, qui eos accusarēt quod eū temerè criminātur apud Græcos, quasi multa et magna ipsis polliceretur, & nihil præstaret. Neq; enim pollicitū esse quidquā dicit, neq; nō præstuisse. Atq; de his reb. uti se purgēt Athenienses, postulat Philippus. Misere etiā unā cum Philippo & Argui & Messenij legatos Athenas, qui & ipsi populum reprehenderent, propterea quod bene affectus populus esset, & cōspiraret cū Lacedæmonijs, qui Peloponnesum subiugarunt: sibi autem qui pro libertate belligerātur, repugnēt. Perplexi itaq; sunt Athenienses, quæadmodū & Philippo et ciuitatibus respōdeāt: propterea quod se fauere Lacedæmonijs prætedāt, & quod oderint & suspectā habeāt Arguorū & Messeniorū cōiurationē cū Philippo: nō tamē possūt pronūciare, rectē Lacedæmonios facere. Philippo autē ita respōsum, se esse frustratos illa spe, quā illis fecisset, ut nūc uideātur ab illo esse decepti. Neq; enim in epistolis Philippus aliā quam pollicitationē expressit, neq; per suos legatos ullā fecit: sed erant nonnulli Athenienses, qui populū in spē erigerēt, quod Philippus & Phocæses esset cōseruaturus, & Thebanorū uindicaturus iniuriā. Quamobrē Demosthenes horū memor promissorū, promittit se responsurū legatis. Postremò addit æquū esse, ut illis qui se difficiles præbuerunt, respondendi uices imponerentur, quos populo etiam imposuisse inquit, & Pylas aperuisse Philippo. Sed hęc in Aeschinem obscure dicuntur. Præparat enim in eum, ut aiunt, accusationem de non rectē obita legatione, quam postea contra illum instituit, cum hic ipsum antea apud Athenienses criminatus esset.

**Q**uoties, Athenienses, uerba fiunt de his reb. quas agitatur Philippus, & quas contra factam pacem assidue molitur, toties quæ pro uobis dicuntur, ea & recta esse uideo, & humanitatis plena: omnes etiā qui Philippum accusant, uidentur ea semper dicere, quæ oportet: tamen nihil ferē omnīū sit, quæ opus est fieri, aut quamobrē hęc sit operæ precīū audire. Imò in eum iam locum summa rerum est adducta, ut quanto magis quispiam, & apertius ostendat Philippum & pacem, quam fecit nobiscum, uiolare, & insidiari omnibus Græcis, tanto difficilius sit consulere quid facere oporteat. In causa est, Athenienses, quod omnes qui per iniuriam alterius sua augere uolūt, hoc re ac factis, non uerbis inhibere oportet. Primū nos oratores ab his cauemus, & dicere sententias, & dare consiliū propter odium contra uos recusamus: tantum illa quæ molitur Philippus, quàm periculosa, & quàm ardua sint, recensemus. Deinde uos qui estis auditores, melius



Philippo comparati estis, ut & ipsi rectè loqui possitis, & loquentem aliū intelligere: quemadmodum uerò cohercere illū possitis, ne illa faciat quæ iam molitur, in ea re omnino segnes estis. Quamobrè illa uobis necessariò usu uenit res, & fortasse meritò, ut in quib. rebus ambo uersamini, & quas ambo elaboratis, hæ res alteri melius habeant quàm alteris. ille enim præclaras res gerit, uos autè præclaras habetis orationes. Quòd si etiamnum uobis est satis, ut ueriora dicantur, facile est, & nullo opus labore: sin autè ut præsentēs calamitates amoueatīs, uidere oportet, & ut clàm nobis posthac lōgius progredi non possit, & ut non aliqua uis inualecat imperij, cui resistere non poterimus: haud eadē ratio consultandi est, quæ aliàs fuit. Sed & oratores omnes, & uos auditores optima & salutaria facillimīs & iucundissimīs anteferre oportet. Quare si quis, Athenienses, ocioso animo est, quoties cōsiderat quantus iam sit, & quæ multarum gentium dominus sit Philippus, atque id putat nullum periculū adferre reipublicæ, neque contra uos hæc omnia comparari, uehemēter admiror. & orare pariter uos omnes uolo, ut breuiter meas rationes audiatīs, propter quas mihi uenit in mentem contraria omnia expectare, & propter quas ego Philippū hostem esse existimo: ut si ego melius ceteris prouidere uidear, mihi obtemperetis: sin autem hi qui bono animo sunt, & Philippo confidunt, illis assentiamini. Ego itaque, Athenienses, mecū cogito, quæ Philippus primū post factam pacem suo imperio adiecerit, Pylas, & Phocēsiū regionem. Quid ergo? quo pacto his usus est? quæ Thebanis utilia essent, maluit facere, quàm quæ reipublice nostræ. Quid ita? quoniam ad amplificationē suarū rerum, ut opinor, & ad redigendum omnia in suam potestatem, omnes suas rationes contulerat, & nō ad pacem, neque ad tranquillitatem, aut ullam rem honestam: quod ille certò sciret, se nihil posse huiusmodi aut nostræ ciuitati, aut nostris moribus ostendere, aut etiam facere, à quo uos persuasi propter priuatam utilitatem, ut nonnullos Græcorum illi obijceretis: sed potius habentes rationem æquitatis, & eam turpitudinem, quæ in ipsa re erat, effugiētes, & omnia quæ par erat prospiciētes, unanimiter sibi resisteretis, si quid huiusmodi moliri uoluisset, nō secus ac si cum illo bellū gereretis. At Thebanos, id quod euenit, arbitrabatur propter priuatas utilitates reliqua neglecturos esse, & secum ut uoluisset, facturos esse: nec contraria studia sectaturos, aut prohibituos se: imò etiam, si iussisset, secum arma sumpturos. & hodie eandem ob causam Messenios & Argiuos benignè tractat, id quod summum de uobis encomium est. Ex his enim rebus patefactum est, nos solos omnia communia Græcorum iura pro nullo lucro esse neglecturos, nec unquā beneuolentiam erga Græcos uel ulla gratia, uel utilitate commutatuos. Non iniuria hæc de uobis ita statuit Philippus, & aliter longè de Argiuis atque Thebanis: qua in re non solum respexit fortunam, uerum etiam quæ lōgè antea fuerunt, ea memoria repetiuit. Nam inuenit, ut opinor, & audit, maiores uestros reliquis Græcis imperare posse, si regi ipsi subiecti esse noluisissent, non solum nō sustinuisse eiusmodi orationem audire, cum istorum antecessor Alexander uenisset, & hæc ipsis publicè proposuisset: uerum etiam maluisse & ipsam urbē deserere, & quiduis perpeti potius: atque deinceps ea fecisse, quæ omnes quidem semper expetunt laudare, dignè tamen adhuc nemo celebrare potuit. Quamobrem & ego rectè ista prætermittam. sunt enim maiora illorum facinora, quàm ut quisquam oratione consequi possit. Cōtrā Thebanorum maiores & Argiuorum, partim cum illo barbaro militauisse, partim Barbaro nunquā restitisse. sciuit igitur utrosque priuatam utilitatem amplexuros, & nō cogitatuos id quod communiter utile esset omnibus Græcis. Quamobrem ita statuit, si uos haberet amicos, propter honesta habiturū esse: at si illis se iungeret, habituros socios suæ cupiditati: propterea illos potius quàm uos & olim et hodie amicos delegit. Non enim quia uideat plures illis esse triremes, quàm uobis: nec quia imperium aliquot in locis mediterraneis inuenerit, & ab illo altero, quod maritimum est, uel ab emporijs se cōtinuerit, nec quia oblitus fuerit illorum sermonū aut promissorū, propter quæ pacem obtinuit. At hercule aliquis dicat, hæc Philippum omnia sciuisse, nec propter immanem cupiditatē suam, nec propter ea quæ ego iam ei obijcio, tunc ista fecisse: sed quia meliores existimaret Thebanos, quàm uos. at hūc uel solū sermonem omnium iam ei proponere nō licet. Nā qui Messeniorū urbē Lacedæmonijs relinquendā uoluit, quo na pacto is Orchomenō & Coroneā tradēdo Thebanis

con-



cōtendat se id fecisse propterea, quòd rectè fecisse uideat. At hercle coactus est facere: nam hoc reliquum est, ut præter spem in medio equitum Thessalorū, & Thebanorum peditum comprehensus, ista permisit Thebanis. pulchrè, si dis placet. Igitur dicūt fore, ut ipse Thebanos habeat suspectos, & nonnulli passim rumores dissemināt, quòd Elateam sit muniturus Philippus. At facturus est ista: & quantum ego intelligo, non omitter: non tamē cum Messenijs & Argiuis Lacedæmonios est inuasurus, sed peregrinos milites immittit, & pecunias curat: & cōstat, eū magnas copias habere. Ergo Thebanorum hostes Lacedæmonios perdit: & Phocēses, quos ipse antea perdidit, nūc seruat. & quis obsecro ista crederet? Nam ego nō arbitror Philippū, etiāsi in initio coactus fecit, aut etiāsi Thebanos nunc reiecit, illorū hostibus perpetuò restitutorū esse. Imò ex ijs quæ nunc agit, certū est illa eum de industria fecisse: ex omnibus uerò rebus, modò quis rectè consideret, planū erit, omnia Philippū aduersus rempub. moliri hoc apparatu. & hoc quòdāmodo nunc ei necessariò contingit (ita enim statuite) uult imperare Philippus. In hac re solos uos putat sibi aduersarios fore. iā lōgo tēpore insultat, & eius rei optimè sibi cōsciū est. Nostris enim, si uti illorū opera potest, omnia salua relinquit. si em Amphipolim & Potidæā dereliquisset, nō se domi tutò manere posse existimasset. utrumq; enim sciuit, & se uobis insidiari, & uos id olfacere. Et quia putat uos sapienter facere, ideo iurè arbitratur se à uobis odio haberi: atq; ideo metuebat, si occasione cepissetis, ne aliquid pateret mali, nisi inferēdo uos anteuertisset. Propterea expergefactus est, & suos conatus in rēpub. nostrā conuertit: obseruat nonnullos ex Thebanis & Peloponnesibus, qui ea uolunt quæ ipse uult, quos propter immoderatam cupiditatem putat contentos fore rebus præsentibus, & propter ingenij stoliditatem nihil in posterum prouisuros. Ac sanè uel mediocriter sapiētes, manifesta exempla uidere possunt, quæ etiā mihi euenit ut apud Messenios cōmemorarem, & Argiuos: & fortasse melius est, eadem me apud uos recensere. Quàm enim putatis, inquam, Messenij, egrè audituos fuisse Olynthios, si per ea tempora quispiam contra Philippū dixisset, quando Anthemuntē ipsi relinqueret, quam omnes Macedonia reges antea sibi uēdica uerant: Potidæam præterea dedit Atheniensium colonis eiectis, & inimicitias contra uos ipsos suscepit, & regionem illis fruendam dedit, & utendam. Num putassetis fore, ut tantas calamitates paterentur: aut cuiquam dicenti credidissent: nō putassetis sanè. Sed tamē, inquam ego, qui iam exiguo tempore aliena fruentur, urbe sua perpetuò ab illo spoliabuntur, per summam turpitudinem eiecti: non modò uicti, uerum etiā à se inuicem proditi. Non enim tyrannorum nimia familiaritates, tutę reipublicæ sunt. Et quid Thessalis euenit: num putatis, inquam, cum horum tyrannos eijceret, & Nicæam & Magnesium redderet, eos sperasse unquam fore, ut is qui iam est apud eos, decemuiratus constitueretur: aut credidissent, eum qui Pylæam restituit, suos redditus ac uetigalia erepturum: non sunt hæc. atqui hæc euenisse, uel omnibus perspicuum est. Et uos dantem & multum pollicentem obseruatis Philippum: quoniam autem fefellit iam, & uos frustra habuit, si sapitis, nolite Philippum intueri. Et hercle, inquam ego, uaria sunt inuenta ciuitatibus ad custodiam & conseruationem, ut ualla, & muri, & fossæ, & alia quæ his similia sunt. atq; hæc omnia manibus effecta sunt, & magnis sumptibus egent. Vnum tamē commune propugnaculum in se habet natura sapientum, quod cum omnibus bonum & salutare existit, tum præcipuè populis liberis contra tyrannos bonum & salutare propugnaculum est. Quid igitur hoc est? Diffidentia. hanc obseruate, hanc retinete. si eam retineatis, nihil uobis accidet mali. Quid igitur, inquam, queritis: libertatem: nōne uidetis Philippum habere uel alienissimas ab hac appellationes? Rex enim & omnis tyrannus inimicus est libertati, & legibus aduersatur. An non animaduertitis, inquam, quemadmodum dū bello liberari uultis, dominum adepti sitis? Hæc cum illi audiissent, & tumultuarentur, propterea quòd illa uera dicerentur, & rursus quamuis ijdem multos alios sermones ex legatis & ex me ipso audiissent præsentē: nihilo tamen minus, quantū uidetur, ab amicitia Philippi cauebāt, neq; ab illius promissis. Et illud nō est absurdū, si Messenij & nonnulli Peloponnesiū præter ea quæ ratione optima esse uiderentur, aliquid sint facturi: sed uos ipsi qui & intelligentes estis, & quotidiè ex uestris oratorib. auditis insidias uobis fieri, et uos muris ual-

lari,



lari, propterea quod nihil haecenus fecistis, illa omnia quantum mihi uidetur, praeter sententiam uobis eueniet. adeo momentanea uoluptas & otium plus possunt apud uos, quam id quod in posterum utile erit reipub. Sed de his quae uobis sunt facienda inter uos ipsos deliberabitis postmodum, si sapiatis. Ea uero quae uos legatis respondere oportet, si modo id quod honestum est decernatis, iam deinceps commemorabo. Aequum itaque esset Athenienses, ipsos qui, has pollicitationes attulerunt, propter quas adducti estis, ut pacem faceretis, in ius uocare. neque enim unquam pacem facere legatos sustulisset: neque uos, sat scio, belligerare desissetis, si existimassetis Philippum ad epta pace talia conaturum. At erant tum haec illa quae dicebantur ab his multum remota: quin & alios rursus uocare aequum esset, quos nam? illos, quos cum ego iam facta pace a postrema legatione, quae causa iureiurandi instituta fuit, reuersus sensissem uestram urbem sefellisse, quos etiam tum praedicebam & obtestabar, & non permittebam uti proderent Pylas, aut Phocenses, qui dicebant me, quia aquam biberem, molestum & morosum hominem esse. Philippum praeterea, quidquid uos optassetis, si uenisset, facturum esse: item Thesbias & Plateas esse muniturum: fore etiam, ut Thebanos arceret ab iniuria, ac Chersonesum suis sumptibus perfoderet: denique uti uobis Euboiam & Oropum pro Amphipoli redderet. Nam haec omnia certo scio, uos hic recordari dicta esse in hoc suggestu. quanquam facile obliuiscamini eorum qui uobis iniuriam faciunt: & quod est omnium turpissimum, propterea etiam decreuistis, hanc eandem partem posteris uestris sperandam esse. ita plane seducti fuistis. Quorsum igitur nunc haec dico? & cur puto istos oportere in ius uocare? Equidem apud uos liberè uerum dicam, & nihil celabo. non ut in reprehensionem adductus uerba apud uos faciam mei purgandi causa: & illis qui ab initio mecum contenderunt, nouam praebam occasionem rursus aliquid capiendi a Philippo, neque ut frustra nugando tempus consumam: sed ita statuo, uos aliquando magis quam nunc, ea quae a Philippo geruntur aegre laturos esse. Res enim uideo eò tendere. & quanquam nolim hic rectè conijcere, tamen metuo ne hoc iam nimium propè sit. Quamobrem cum non amplius facultas uobis sit ista negligere, neque audiat uel me, uel alium quem uis (quod ista tandem ad uos ueniet) sed cum ipsi uideatis & omnia, et rectè intelligatis, iratos & commotos uos fore existimo. Ac metuo, ne, cum legati uestri tacuerint, propterea quod scirent se pecuniam accepisse, eueniat is qui id quod perperam factum est per illos emendare uoluerint, ut uestram indignationem incurrant. Video enim, ut plurimum quosdam iram suam exercere non in auctores malorum, sed in eos qui maximè expositi iniurijs sunt. Dum igitur adhuc haerent & consistunt res, & dum alij alios adhuc audiunt, uolo unumquemque uestrum, etsi probe intelligentem, tamen commonefacere. Quis ille fuit, qui uobis sua sit, sicut Phocenses & Thermopylas desereretis: quorum locorum si ille compos factus esset, & in Atticam & in Peloponnesum uiam sibi patefecisset, ut neque de iure, neque de rebus externis uobis consultandi relicta esset potestas: sed cogitandi potius, quemadmodum uestram regionem defenderetis, & bellum ab Attica auerteretis, quod unum quemque uestrum moerore afficit cum uenerit, id quod illo tempore factum fuit. Nam si tum uos illusi non fuissetis, nihil iam reipub. esset negotij. Neque enim sane nauibus superior Philippus, classe in Atticam uenisset unquam, neque pedestri itinere ultra Pylas atque Phocenses unquam euasisset: sed uel id quod erat aequum fecisset, uel se in ocio continuisset, uel simili implicatus bello fuisset, propter quod tum antea pacem concupiuit. Atque haec monendi quidem gratia nunc satis dicta sunt: ut uero ista nimis exactè excutiantur, id dijs omnes prohibeant. Neminem enim equidem uelim, etiam si dignus sit ut intereat, cum communi omnium ciuium periculo ac damno interire.

### DEMOSTHENIS PHILIPPICA

tertia, eodem interprete.

ARGUMENTVM, EX LIBANIO.

**S**implex est huius orationis argumentum. nam quia Philippus uerbis quidem pacem seruabat, reipsa autem plurimum nocebat, ideo dat consilium Atheniensibus, orator, ut expurgantur, & regem propulsent: quoniam & ipsis magnum periculum impendat, & omnibus Graecis.

QVAN.





**Q**UANTUM, Athenienses, crebra hic mentio penè in singulis concio-  
 nibus fiat de eo quod Philippus, postq̃ pacē fecit uobiscū, nō modò uo-  
 bis, sed etiam alijs Græcis insultet: & quanquam id quod certò scio, in  
 ea sententiā omnes sint, etiamsi non faciūt, & illa dicere & facere omnes  
 oportere, per quæ & desinet insultare Philippus, & pœnas det: tamen in  
 eum locum omnia uenisse, & ita proiecta esse uideo, ut metuum ne dicere quidem mo-  
 lestum sit, tamen uerum, etiamsi omnes qui hunc in locum solent ascendere, & dice-  
 re, ea uellent & uos decernere, suffragijs uestris, propter quæ res in pessimo loco es-  
 sent futuræ: non credo in peiori loco esse posse, quàm sint in hoc tempore. Ac mul-  
 tæ forsitan sunt causæ, quamobrem ita res eo loco uersentur. nec propter unam & alte-  
 ram causam res in eum locum sunt adductæ: præcipuè uerò, si rem bene considerabitis,  
 reperiētis id accidere propter istos qui potius ea loquuntur pro concionibus, quæ uo-  
 bis sunt grata, quàm quæ reipublice sunt utilia. Quorum nonnulli, Athenienses, in qui-  
 bus rebus excellunt & aliquid possunt, has res ita obseruant, ut nullā rationē habeant  
 rerum futurarū, & propterea uos etiā habere non putent. Alij aut̃ dum magistratus ac-  
 cusant, & calumniantur, nihil aliud quærūt, quàm ut ciuitas de seipsa supplicium sumat,  
 eaq̃ in re multū operæ ponat. & ut interea Philippus possit & dicere, & facere quæcun-  
 que uelit: quæ cōsuetudo atq̃ ratio gerendæ reip. tametsi uobis sit usitata, tamen est cau-  
 sa tumultus, & multorū malorū origo. Quare uos oro Athenienses, ut si quid liberius  
 dixerō, attamen uerè, non propterea mihi succenseatis. Nam ita cogitate, uos in alijs  
 quidē omnibus locis libertatē orationis adeò uelle cōmunē esse omnibus qui in rep.  
 uersantur, ut & peregrinis hominib. & seruis eam in dicendo permittatis (etenim licet  
 uidere apud uos uernas maiori cum licentia quiduis dicere, quàm faciunt ciues quarū  
 dam ciuitatū) è curia aut̃ hanc dicendi libertatē omnino sustulistis. Et quia libenter au-  
 ditis illa quæ aliquā adferunt uoluptatē, ideo factū est, ut in cōcionib. aures uestras de-  
 mulceant oratores, ac uobis adulentur: in rebus uerò gerendis & expediendis negocijs  
 de summa reipub. periclitemini. Itaq̃ si etiā nunc hoc pacto estis affecti, nihil habeo  
 quod dicā: sin autē illa citra adulationē uultis audire quæ reipub. sunt utilia, dicā libe-  
 ter. Et quanq̃ res in malo loco uersentur, & multa hæctenus sint neglecta: tamē si uos  
 facere uestrum officium posthac uolueritis, licebit omnia ista castigare. Et fortasse quod  
 dicam præter opinionē omnium erit, tamē uerum. quod hæctenus in rebus uestris pes-  
 simum fuit, id optimū erit in posterum. Quid igitur hoc est: propterea res positæ sunt  
 in pessimo loco, quia hæctenus neq̃ in paruis, neq̃ in magnis reb. fecistis officium. Nam  
 sanè si omnia fecissetis quæ uos facere oportuisset, & nihilominus res essent in malo  
 loco positæ, nulla esset spes amplius fore meliorē rerum statū. nunc autē uestram igna-  
 uiam & negligentiam uicit Philippus, ciuitatē non uicit: neq̃ uos estis uicti, imò ne mo-  
 ti quidē. Quamobrem si omnes fatemur, & inferre bellū reipub. Philippum, & pacem  
 uiolare, nihil aliud oratorē dicere hic oportebat, & consulere, quàm ut illum quàm mi-  
 nimo nostro malo, & quàm facilimè repellamus. Sed quoniā nonnulli adeò absurdas  
 sententiās habent, ut cum uestras occupet urbes Philippus, & multa uobis eripiat, de-  
 nique omnes idem homines uexet, tamen patiantur eos qui in concionibus sæpenu-  
 ro dicunt, uos esse istos qui bellū moueant. idcirco ista obseruare oportet, atq̃ corrige-  
 re. Nam periculum est, ne is qui aliquando feret legē, et consulat resistendū esse Philip-  
 po, in suspicionem ueniat, quasi ipse bellū mouere uoluisset. Itaq̃ ego illud in primis di-  
 cam, & ita agā uobiscū, uelitis ne penes uos esse, ut de bello loquamur & de pace, nec  
 ne. Itaq̃ si pacē impetrare possumus reipublicæ, & id uobis est in manu, ut hinc initiū  
 dicendi faciā: ego equidē de pace agendum esse censeo, & puto æquū esse, ut de his re-  
 bus proponat orator, & his rebus studeat, cum nullo utatur furo. Sin autē alius sit qui  
 arma in manu habeat, & maximas apud se copias, & pacē nomine profiteatur, e tamē  
 ipsa contra nos bellum gerat, quid aliud restat, nisi ut armis nos defendamus. At si uul-  
 tis & uos oratione prætexere pacē, ut ille facit, nō repugno. ueruntamen si quis eam pa-  
 cem existimet, per quā omnib. occupatis locis tandem uenturus ad nos sit: is primum  
 insanit: deinde dicit, illi per uos licere, non uobis per illum, quiescere: hoc est, Philippū  
 omnibus pecunijs quas expendit, hoc unum comparare, ut uobis inferat bellum, &



sibi à uobis nullū inferatur. Atqui si tātisper expectabimus, dum bellum se contra uos gerere fateatur, omnium malorum stultissimi sumus. Nunquā enim dicit Philippus, se in Atticam & Pirgum esse uenturū, si modò licet ex illis facere cōiecturas, quę in alios an tea patrauit. Nam Olynthijs cum quadraginta ab urbe stadijs abesset, denūciauit, duorum alterum necessarium esse: uel ipsos in Olyntho habitare nō posse, uel se in Macedonia: omni reliquo tempore, si quis eum hūc de rebus insinulasset, irascebatur, & legatos mittebat, per quos excusaretur. Idem Phocensibus fecit, ad quos ueniebat ut ad socios & amicos. Et erant legati Phocensium, qui ipsum comitarētur. & multi apud nos contendebant, non fore Thebanis utilem illius aduentū. Præterea nuper Pheras occurrat, cum in Thessaliā, ut amicus & socius esset ingressus. Et in summa, miseris Orientis dixit, se propter beneuolentiā præsidium misisse in urbem, quod illos tutaretur. Se enim audire, quòd laborēt discordia, & inter se dissentiant. Pertinere autē ad socios & ueros amicos, in huiusmodi temporibus adesse reipub. Sed putatis ne illum qui circumuenire potius quā bellū indicere, & armis cogere instituit eos, tametsi nullam ei calamitatē inferre potuissent, tamen forsā potuissent prouidere, ne quam ipsi calamitatē acciperent: putatis ne, in quā, bellū uobis indicturū esse, præsertim cum expectet ut uos ultro decipiāmini: nunquā putādum est. Etenim stolidissimus omnium esset Philippus mortalium, si uobis fecisset iniuriam, & nō dissimularetis eam, sed alios quosdā accusaretis, & condemnare uelletis: si ipse illam mutuam inter uos discordiā & contentionem dissolueret, & iuberet contra seipsum expeditionē parare, & dicendi facultatē non concederet ijs quibus ipse dat pecuniam. Quare factū est, uti uos decipiant oratores, cum dicunt Philippum non bellū gerere contra rempub. Nam per deos immortales, quis nam est omnium, si modò sapiat, qui ex uerbis potius quā rebus ipsis bellū ac pacem esse existimet: nemo sanè. quā iam Philippus statim ab initio post factā pacem, cum Diopithes nondū imperator esset electus, nec illi qui modò Chersonesum tenet, à uobis dimissi essent, Serreū & Doriscum munitiones occupauit, & ex Serriana munitione præsidium deiecit, & de sacro mōte nostros milites expulit, quos noster imperator ibi reliquerat. Sed quid fecit Philippus, cum ista faceret? pacem enim iurauerat. Ac nemo dicat mihi, Quid istuc est, quid istud ad rēp. pertinet? Si enim hæc parua sunt, uel nihil ad uos pertinēt, superflua hæc oratio est. Nam siue quis religionē & aequitatē in re parua, siue in magna uiolauerit, id eandē uim habet. Sed age, cum milites in Chersonesum mittit, quam regionē rex ipse & omnes Græci uestrā esse decreuerunt: & cū apertē auxilia mittit & exscribit, quid obsecro facit Philippus? Dicit ille quidem se bellum uobis non inferre: at ego quoniā hæc eum uideo facere, tantū abest ut fatear eum pacem seruare, ut palām prædicem, & illum pacem uiolasse, & bellum uobis inferre, propterea quòd & Megaras inuadit, & in Eubœa regnum constituat, & modò in Thraciam tendat, & quę in Peloponneso sunt diripiat, & nihil non armis & copijs gerat. Nisi etiam eos pacem colere dicetis, qui omnes machinas intendūt, donec eas iam mœnibus admoueant: sed nō dicetis. Nam qui ea facit, & instituit ac cōparat, quibus me capiat, is mihi hostis est, etiamsi nondū iaciat telum, aut iaculum mittat. Sed Athenienses, quod uobis periculū impendit, si aliter ceciderit res quā speramus, ne Hellepontus, periculum erit, à uobis deficiat, ne Megaras & Eubœā belligerando in suam potestatem redigat, & ne Peloponnēses illius sequantur partes: deinceps etiam ne ego, qui ista cōtra rempublicam moliat, & instituat, pacem dicam nobiscum habere: multum sanè abest. Imò ex illo die quo perdidit Phocenses, eum disertè dico uestrum hostem esse. & dicā præterea, uos sapiētē facturos esse, si uel hodierno die illi restiteritis. nequē enim si distuleritis, poteritis facere cum uelletis. Atquē ego sanè, Athenienses, à reliquis uestris oratoribus tantū dissentio, ut mihi non uideatur amplius in hoc tēpore nequē de Chersoneso, nequē de Byzatiō deliberandū esse: sed mittēda his esse subsidia, & præcauendū, ne quid accadat malū. Præterea uestris ducibus, qui illic sunt, omnia quę opus erunt classe esse mittēda: interim tamen deliberandū esse de uniuersis Græcis, quoniā & ipsi summo in discrimine uersantur. Volo autem uobis exponere, quam obrem adeò metuam de summa rerum: ut si rectè consulo, meum consiliū sequamini, et uestri saltem aliquam rationem habeatis, etiamsi aliorum habere non uultis. Quod si

hic nuga



hic nugari, aut aliquid arrogantius dicere uidear, neque iam, neque aliam ut recte consulente me auditote. Ac principio quod Philippus magnus factus sit, cum ab initio fuerit tenuis: item quod Græci inter sese dissentiant, & tumultuentur, & summa perfidia sit in multis: deinde, quod magis erat mirandum, tantum illum ex tam humili factum esse, in hoc tempore, quo tam multa uobis ademerit, & in sua potestate redegerit: denique omnia his similia, omittam. Nam uideo omnes homines hoc Philippo tribuere, occasione sumpta & initio à uobis facto, propter quod omni tempore apud Græcos bella extiterunt. Quod igitur hoc est: facere Philippum quidlibet, & ita sigillatim res Græcorum accidere & extenuare, & redigere in seruitutem ciuitates. Et quanquam uos annos septuaginta & tres Græcis imperastis: & rursus Lacedæmonij, uno minus annis triginta: Thebanij item postremis hisce temporibus, etiam aliquod imperium habuerunt, post commissum prælium ad Leuctra: tamen neque uobis, Athenienses, neque Thebanis, neque Lacedæmonijs unquam est à Græcis tributum, ut scilicet faceretis quidquid uobis uisum esset. Propere res erat: at uobis hoc, imò illis qui tum fuerunt Atheniensibus concessum fuit. Hi autem immoderatus agere nonnullis uidebantur, omnes existimabant bellum sibi gerendum esse, non solum illi qui iniuriam acceperant, sed etiam illi qui de iniuria expostulare cum Atheniensibus non poterant. Ac rursus cum Lacedæmonij rerum potirentur, & ad idem imperium accessissent, cum agere insolentius coeperunt, & nimium uellent usitatam imperandi rationem labefactare, omnes arma ceperunt, etiam illi qui nulla erant à Lacedæmonijs iniuria lacepsiti. Et quid attinet alios commemorare? imò uos ipsi & Lacedæmonij, cum nihil possitis uobis inuicem obijcere, quod ad iniuriam pertinet amborum: tamē propterea quod uidebamus alios iniuriosius tractatos esse, putauimus nobis belligerandum. Et profecto Athenienses, omnia quæ à Lacedæmonijs sunt admissa in illis annis triginta, & à nostris maioribus in septuaginta, longè minora erunt, si conferantur cum illis quæ Philippus in tredecim solum annis, & non totis, hoc est interea dum regnat, patrauit in Græcos. Imò ne quinta quidem portio horum sunt illæ Philippi calamitates: id quod breuissimè poterit ostendi. Nam ut Olyntho & Methone & Apollonia, & preterea triginta duo oppida Thraciæ omittam, quæ omnia ita crudeliter uastauit Philippus, ut qui in ea loco uenisset, non posset dicere, unquam ne habitata fuissent. ite ut gentem Phocensem adeo celebrem, silentio præteream: quomodo nam in loco hodie Thessalia est? non ne & ciuitates illorum euertit, & omnem reipublice administrationem ademit, & quatuor ibidem principes constituit: ut non modò singulæ ciuitates, sed singulæ seruirent iurisdictiones. Adhæc ciuitates Eubiæ, nonne iam tyrannidem sentiunt, idcirco in insula Thebis & Athenis uicina? nonne disertè in epistola scribit, pacem sibi cum illis esse, qui sibi uellent parere? & non illa tantum scribit, sed re ipsa etiam facit. Sed iam tendit in Hellespontum, antea in Ambraciam uenit. Elidem tenet, tam prælaram in Peloponneso urbem. nuper Megaris insidias tetendit. denique neque Græcia, neque barbaræ nationes hominis continent cupiditatē. Atque hæc cum uideamus, & audiamus uniuersi Græci, non tamē mittimus legatiōes de his reb. inter nos, & non indignamur. adeo ignauis animis præditi sumus, & planè fracti in singulis ciuitatibus: ut in hodiernum usque diem nihil facere possimus, uel eorum quæ utilia sunt reipublice, uel eorum quæ sunt honesta. Neque conspirare, aut foederis, aut ullam amicitiam societatem contrahere possimus. Imò dum uideamus istum hominem indies maiorem fieri, tamē ut singuli putemus nos illud tempus lucrificasse, quo alius intereat. quantum enim uidetur, nemo sanè considerat, neque contendit, ut conseruetur Græcorum imperium. Nam quod Philippus, ut circuitus uel impetus febris, uel alicuius alterius mali, in illum etiam qui se longè à periculis abesse putat, inuadit: id sanè nemo ignorat. Præterea etiam illud intelligitis, quæcunque à Lacedæmonijs uel à nobis perpessi sunt Græci, ea ab ingenuis Græcis perpessos: id quod consimili ratione hunc aliquis poterit intelligere. Quemadmodum enim si quis sit ingenuus, & in opulenta familia natus, qui illa faciat, quæ cum uirtute & honestate non sunt coniuncta: hunc nemo dicet esse reprehendendum, uel increpandum, ita esse, quasi alienus sit, & non in familia hæres. Sin autem seruus uel aliquis subdititijs illa quæ ad se non pertinebant, perdiderit, aut deuastarit, quanto hunc bone Deus grauius peccasse, & maiori increpatione dignum omnes esse dicerent? Ac non ita res



Philippi, nec ea quæ à Philippo gerunt, se habent: præsertim cum nō modò Philippus Græcus non sit, aut quidquam ad Græcos pertineat, imò ne barbarus quidem sit, ortus ex eo loco, unde honesti oriuntur, sed sceleratus Macedo: ex qua gente antea nullum frugi mancipium quisquam emere potuit. Ac sanè à qua tandem abest contumelia: nōne præterquam quod sustulit ciuitates, instituit etiã Pythia, commune Græcorum certamen: in quibus etsi ipse non adfuerit, misit tamen seruos qui istis certaminibus præsent. præterea Thermopylas tenet, & omnes in Græciã aditus occupat, & præsidijs & cæteris hominibus ea loca detinet. Tenet etiã oraculum Apollinis, nobis eiectis, et Thessalis, & Doriensibus, & cæteris Amphictyonibus, nec licet ullis Græcis illo oraculo uti. Iam uerò Thessalis etiã præscribit, quemadmodò oporteat remp. administrare: & milites mittit, alios in portū, qui Eretrios expellat: alios ad Oritanos, ut regulū Philistidē illi confirmet. quæ omnia quanquā intuent Græci, tamen patiunt. Et ita mihi facere uident, ut faciūt illi qui tempestatē uident ueniētē, orantquē singuli ut in se ista tēpestas non incidat, atquē incumbat, & nemo interim auertere conatur: ita non solum quisquē à se depellit illa mala quibus, Græci diuexantur à Philippo, sed etiã ea quibus ipse afficitur, nemo propulsat. Hoc enim iam extremū est. nōne Corinthiorū Ambraciã & Leucadem inualit: nōne ereptū Archiuis Naupactū, iurauit Aetolis se daturū esse: nōne Thebanis Echinū ademit: & nūc cōtra Byzantios socios uestros nō ne expeditionem instituit: omitto cætera. At Chersonesi max. urbē Cardia occupauit. Cum hæc ergo omnes patiamur, tamen cunctamur & effœminati sumus, & quisquē in alium intuetur, nec nobis inuicē fidimus, quantūuis ille omnes nos palam iniurijs lacessat. Ac sanè quoniã omnibus adeò rebus insolens est, quid putatis facturū esse, cum iam unum quemquē nostrū in suã potestatem redegerit: Quæ igitur horum est causa? Non enim citra rationē & absquē iustissimã causã, nequē tunc omnes Græci adeò propensis animis ad defendendã libertatem fuerūt, nequē hodie sunt ad iugū seruitutis recipiendū. Erat tum, Athenienses, erat aliquid in omniū animis, quod hodie nō est, quod & Persarum deuicit opes, & liberam Græciam effecit, & nequē prælio nauali, nequē pedestri pugna superabatur. Nunc autem quoniã illud interiit, simul omnia perdidit, & sursum deorsumquē agitauit Græcorum imperium. Quid igitur hoc erat: nihil oratorium, nihil eruditum, sed quod omnes odio prosequerentur illos, qui pecuniã accipiebant ab ijs qui semper imperare uolebāt, aut etiã perdere Græciã. & periculosissimū erat de acceptis muneribus, cōuinci, & conuictū summo affliciebāt supplicio, nec deprecationi, aut ueniã locus ullus erat relictus. Et propterea nemo potuit ab oratoribus, uel à ducibus, emere opportunitatē uniuscuiusquē rei gerendæ, quã sapienter, & fortuna negligentibus, cōtra diligētes, & ijs qui nihil cupiūt agere, cōtra illos qui omnia agunt, præbuit. Nequē etiã cōcordiam mutuã pecuniã licebat cōparare, nequē ut barbaris & tyrannis diffideremus. In summa nihil huiusmodi pecunijs erat comparabilis. Nunc uerò omnia ista tanquam in aliquo foro comparantur: ideoquē pro his inuenta sunt illa propter quæ periit, & grauiter Græciã ægrotauit. Quæ nã sunt illa: æmutatio: si quis aliquid accepit, rideatur enim, si fateatur: qui in iudiciū uocati fuerint, his ueniã datur. si quis illis hoc exprobrat, in odium incurrit, & omnia præterea ei sunt expectanda, quæ ex ista munerū cupiditate dependent. Iam uerò & triremes & hominum multitudinem habetis, & pecuniarum prouentus, & reliqui apparatus maxima copia existit, item alia quibus iudicet aliquis potentes esse ciuitates, nunc & plura & maiora sunt, quàm tum fuerunt. Sed factum à uenditoribus istis est, ut hæc omnia nihil profint, nihil efficiant, ac planè superflua sint. Quod ita se res habeat, præsentem rerum statum mihi intuemini, & nihil opus meo testimonio. Quod uerò supra actis temporibus contra se res habebat, id ego facile ostendã, non mea oratione, sed per literas maiorū nostrorū, quas in arce illi columnã incidi in arce fecerūt. non propterea ut eis ista utilia essent (etenim uel sine literis rectè agebāt) sed quo uos haberetis exemplar & specimen, quemadmodum uos in huiusmodi rebus gerere oporteret. Quid igitur monent illæ literæ? Arthmius, inquit, ille Pithonaetes Zelites, honorū expers esto, & hostis populi Atheniensis & sociorum, ipse et genus eius. Deinde causa ascripta est, quam nobis hoc fiebat: nempe quod aurū ex Media in Peloponnesum deportauit, non Athenas. Atquē hæc tabule sunt.

Per lo



Per Iouem igitur & deos omnes, rem perpendite, & considerate apud uosmetipsos, quæ tandem erat tum Atheniensium mens qui ista faciebant, aut quæ auctoritas illi Arthmium quendam Zelitem, regis seruum (Zelæa enim Asiæ oppidum est) propterea quod domino seruiens, aurum in Peloponnesum deduxisset, non Athenas, hostem suum pronunciauerunt, & omnium sociorum, ipsumque & genus eius, & uti ad nullos unquam honores admitteretur, hoc est, non eo dedecore afficeretur, quod aliquis quamuis contumeliâ appelleret, nam quid istud curabit Zelites, si rempublicam Athenis non gerat? At illa scripta non istud sibi uolunt: sed cautum est istis legibus, quæ latae sunt, de homicidio: qui poenas non dederit, eum factæ cædis damnari, nam impium erat occidere, & ex pers honorum, inquit lex, moriatur. Illud igitur significat, eum qui istorum quempiam interfecerit, fore innocentem. Quamobrem illi sic arbitrabatur, se pro salute omnium Græcorum sollicitos esse debere. Non enim curassent ipsi quicquam, si quis in Peloponneso aliquos sollicitasset, uel corrupisset, si non hæc eorum fuisset opinio: sed ita in illos animaduertebant, & supplicio afficiebant. Propter has igitur res iure Græcorum imperium barbaro istius fuit formidabile, & non barbarus Græcis. At hodie non ita res habet, non enim uos his animis præditi estis, ut uel similia uel alia efficiatis facinora: at quibus animis estis præditi, uos ipsi scitis. Quid enim attinet uos uniuersos accusare? cõsimiliter et nihilo melius uobis omnes reliqui Græci faciunt. Quamobrem ego sic quidem existimo, presentem rerum statum & magna sollicitudine, & bono consilio indigere, sed quod consilium, aut quæ sollicitudinem dico? audetis ne aliquid edicere, & non excadescere: sed recita ex actis, lætatur præterea stulta quorundam oratio consoladæ reipublicæ causam, nempe talem esse Philippum, quales olim fuerunt Lacedæmonij, qui mari et terra imperitabant, & regem ipsum socium habebant. Et quantum nostram ciuitatem sustinere illos non potuit, tamen defendit se contra illos, & capta non fuit. Equidem sic existimo, ferè ab omnibus illis qui aucti imperio fuerunt temporibus, in quibus homines multum dissimiles existunt maioribus, nihil aliud concitatum esse quam bellum, & eosdem alijs rursus cefsisse. Primum enim audio tum Lacedæmonios, tum alios Græcos quatuor aut quinque menses ab ipso uere in expeditione durasse, & per idem tempus impressionem fecisse in regionem hostilem, & eandem militibus & ciuili expeditione uexasse: deinde rursus domum rediisse, adeo antiquis moribus præditi tum fuerunt, ut nemo unquam pecunijs a quocumque quicquam compararet. Nam bellum legitimum & apertum sibi gerendum esse putabant. At hodie a proditoribus scilicet maximas res perditas esse uidetis, neque quicquam amplius in acie aut prælio geritur. Auditis uero Philippum ire quocumque uelit, non propterea quod graues armatorum exercitus ducat: sed tentas eius copias effectas esse propter equites leuiiores, & sagittarios quosdam peregrinos. Cum enim istis copijs impetum in eos fecerit, qui inter se dissident, et quasi morbo laborant, ac nullus propter summam perfidiam pro regione arma sumperit, tum ad motis machinis obsidet & expugnat. Nihil dico de æstate & hyeme: nihil enim discriminis est, quia nullum anni tempus Philippus prætermittit. Quæ cum omnes uos intelligatis, cogitare oportet, & non permittere ut bellum in Atticam ueniat, neque respicere oportet ad stultitiam illius belli, quod tum cum Lacedæmonijs gessimus, & propterea euerit. Sed longè antè prouidere rebus & apparatu oportet, ut ne ille uos deliberantes uestris sedibus eiciat, & non uincat uos, si manum cum illo cõseretis. Nam multa Athenienses nobis natura subsidia sunt, si modò facere uoluerimus, quæ facere par est. Natura illius regionis, quæ maxima ex parte uastare licet, & depopulari: itè alia infinita, ad prælium uero ille nobis instructior est. Et non modò hæc scire oportet, aut rebus bellicis illum propulsare: sed etiã ratione & intelligentia eos odisse oratores, qui apud uos pro ipso loquuntur: & ita statuere, qui extra urbem sunt hostes, uos uincere non posse, antequam in eos animaduertatis, qui in hac ciuitate Philippo inseruiunt, id quod hercule non potestis facere, neque uultis: imò ad eam stultitiam atque dementiam peruenistis, aut ego non habeo quod dicam. Sæpe enim mihi in mentem uenit, etiam illud uereri, ne qua fortuna res omnes euerat: ita ut propter conuicium, uel inuidiam, uel ludibrium, uel quauis alia causa illos homines mercenarios dicere iubeatis, quorum nonnullos tales esse, negari non potest. Et rideretis ipsi, si quibus conuicium dixissent. Sed nondum hoc est grauissimum, quæ uis sit graue: uerum etiam minori cum periculo illis uersari in republica permittitis, quam



ijs qui pro uobis omnia loquuntur. Ac uidete obsecro uos, quātas illud calamitates adferat, quod istiusmodi cupitis audire oratores. dicam enim uobis, id quod omnes intelligitis. Erant Olynthi ex magistratibus quidam qui fauebant Philippo, & in omnibus rebus illius uoluntati subseruiebant: quidam autem sequebantur ea quę utilissima fuerunt, & illud agebant ut ciues non ueniret in seruitutem. Sed utri patriam perdiderunt: uel utri prodiderunt equites, quib. proditis perijt Olynthus: hi qui cum Philippo faciebant, & quando ciuitas stabat, hi qui eos calumniabantur, qui optime reipublicę consulebant, & usq; adeo criminabantur, ut populus etiā Olynthiacus eò adductus fuerit, ut Apollonidem urbe expelleret. Sed non apud hos solum ista consuetudo plurimum malorum effecit, & nusquam alibi. Nam & apud Eretrieneses, postquam discessisset Plutarchus, & milites peregrini, & populus ciuitatem obtineret & fretum, alij ad uos res deferebant, alij ad Philippum: nempe qui istos frequenter audiebāt. imò miserimi & infelicitissimi Eretrieneses, tandem inducti sunt, ut eos qui pro republica loquebantur, eijcerent. Quo facto, socius eorum & amicus Philippus misit Hipponicum, & unā cum ipso decem millia peditum, & freti muros deiecit, & tres ibi cōstituit regulos, Hipparchum, Automedontē, Clitarchum. Et postea bis iam expulsi e regione qui cupiebāt illos seruare. Primū enim misit cum Eurylocho milites peregrinos: de inde rursus alios cum Parmenione. Sed quid attinet multa recensere: nam apud Oritanos Philistides elaborabat pro Philippo, & Menippus, & Socrates, & Thoas, & Agapæus, qui hodie tenēt urbem. Atq; hęc omnes sciuerunt. Nam quidam Ephreus nomine, qui etiā apud uos aliquando est moratus, sua studia dirigebat ut liberi essent, & nullam seruirent seruitutem. Is, ut alia taceam, iniuriōse tractabatur, & proscindebatur à populo Oritano. multa hęc possent dici, quę de industria omitto. Anno igitur ante urbis expugnationē, insinulauit istū Philistidē proditiōnis. præterea illos qui cum isto erant, postquam deprehendisset id quod agebatur. Collecti itaq; complures homines, qui & ducem habebant Philippum, & ab eodem sustentabantur, coniiciunt in uincula Euphrēū, utpote eum qui turbaret rempub. Ista cum populus Oritanus uideret, & cum huic debuisset adesse, & in illos animaduertere, in illos nō animaduertit, & hunc dignū putauit qui ista pateret, adeoq; gaudebat. Deinde isti proditores summis uiribus conabantur, ut ciuitas caperetur: & conatum suū perfecerunt. et ita si quis e uulgo quispiam deprehendisset, tacebat, & metu percellerat, memor quid Euphræo accidisset. Adeo miseri erant Oritani, ut antea nemo ausus fuerit uocē mittere, & uenientem huiusmodi calamitatem indicare, quā hostes instructi iam ad muros accessisset. Ibi alij hostes propulsabant, alij urbē prodebāt. Posteaq; ciuitas ista capta esset per summam turpitudinem atq; ignauiam, proditores illi imperium & tyrannidem inuadunt contra illos, à quibus antea seruati fuerant: & contra Euphrēū, & omnes eos qui quiduis parati erant facere. Atq; dum alios illi extra urbē eijciunt, alios trucidāt. interea Euphræus ille mortē sibi cōsciuit: re ipsa testatus, se & rectē, & pura mēte restitisse Philippo. Quæ tandem igitur causa sit, fortasse miramini, quā obrem Olynthij, & Eretrieneses, & Oritani, libentius audiuerunt eos qui loquebantur pro Philippo, quā qui suam ipsorum causam defendebant, id quod etiam euenit apud uos: Quoniam ij qui defendunt optimam causam, etiā cum maximē uolunt, interdū nullam in dicēdo uenustatē habēt. Nam illud spectare oportet, ut salua sit respub. isti autem in his ipsis reb. ex quibus gratiam captant, Philippi spectant utilitatē, illi conferendū esse tributū censebant: hi minimē, sed bellū gerendū esse dicebāt, & rumorib. nō credendū. item hi pacem etiā esse amplectendā suadebāt, donec oppressi fuerūt. Atq; eodē modo, opinor, agūt illi oratores in omnib. alijs reb. ut nō sigillatim cōmemorē omnia. Nā hi modō dixerunt ea, ex quib. mox gratiā consequenti: illi uerò ea, propter quę incolumes futuri erāt omnes. Postremò multa pleriq; negligebant, non tam propter ignoratiā, aut quod ad gratiam dicerentur, quā quod propensi ad seruitutem essent, posteaquā arbitrarent se iam omnib. rebus esse inferiores. Quæ res, per louē et Apollinē, ego sanē metuo ne accidat uobis, ubi animaduertentis nihil à uobis certa ratione factū esse. Porro & quoties istos uideo qui uos eū in locū adduxerūt, equidē eos nō timeo, sed tristis sum. uel enim de industria, uel propter imperitiā in locum tam periculosum rempub. adducunt,

cunt,



cant. Atque utinam Athenienses, res in eum locum non deueniant. mori enim milles fatius est, quam per adulationem quidquam concedere Philippo, & eos contemnere qui nostram causam suscipiunt. Pulchram uero nonnulli gratiam hodie apud Oritanos inueniunt, propterea quod illos his qui Philippo chari erant, commiserint, & sustulerint Euphræum. pulchram sane etiam populus Eretriensis relinquit, propterea quod uestros repudiauerint legatos, & ultro se Clitarcho tradiderint. Quare seruiunt Eretrienses, & uapulant, & tormentis excruciantur. pulchre denique, si dis placet, pepercit Olynthiis Philippus, postquam Lathenem magistrum equitum suffragiis delegissent, & Apollonidem urbe depulsi sunt. Summa stultitia est & ignauia, ista sperare & eos qui deliberant, & nihil uolunt facere eorum quae decet, sed solummodo illos audire, qui causam defendunt inimicorum: ualde, inquam, stultum est, & ignauum, existimare tantam urbem incoli posse, ut nullam sustineat calamitatem. Atqui turpe est sane postea dicere, cum aliquid acciderit aduersi: Quis enim putasset haec euentura fuisse? imò hercule eum decebat hoc et illud facere, et hoc rursus non facere. Multa iam possent dicere Olynthii, quae tum si praesciuissent, non periissent. & multa etiam Oritani, multa Phocenses, multa denique omnes illi qui perierunt. Sed quid haec iam profunt illis? quoad scapha seruetur, siue magna, siue parua sit, eousque oportet & nauitatem & nauclerum & omnes homines alacres esse, et diligentes: & uidendum est illud quoque, ut neque sponte, neque inuitus quisquam euertat scapham. postquam mare opprefferit, frustra studium sumitur. Quare, Athenienses, nos quadiu incolumes sumus, & urbem maximam habemus, & occasiones plurimas, & ornamenta pulcherrima, quid facere debeamus, fortasse aliquis olim libenter surrexerit interrogaturus. Ego mehercule dicam, & meam sententiam proponam, ut si uoueritis iam uestris suffragiis aliquid decernere, possitis. Principio ipsi hostem propellere debemus, dico, & nos instruere triremibus, classe, pecunijs, & militibus. Tametsi enim alij omnes seruiendum esse concesserint, nobis tamen pro libertate certandum est. His itaque omnibus rebus simulatque instructi erimus, & id notum fecerimus Graecis, postea alios excitemus, & legatos passim qui ista doceant dimittamus in Peloponnesum, & Rhodum, & Chium, ad regem dico. Neque enim alienum est ab illius utilitate, uos non pati, ut iste omnia sibi subiiciat: ut si persuaseritis illis, socios habeatis & periculorum, et sumptuum, si opus fuerit: sin autem non, saltem ut moram aliquam rebus adferatis. quandoquidem aduersus unum hominem, & non contra uim totius ciuitatis nobis est bellum. neque hoc sane inutile est. Neque non profuerunt superioris anni legationes illae, & expostulationes in Peloponneso, quas ego & Polydectus ille optimus ciuis, & Hegesippus, & Clitomachus, & Lycurgus, & reliqui legati obiuimus, & effecimus ut ille sublisteret, & non ueniret in Ambraciam, neque tenderet in Peloponnesum. Nec tamen in ea sententia sum, ut hi qui nihil ipsi cupiunt facere, quod eis operae precium sit ac necessarium, alios hortentur ad faciendum. Etenim stultum est, uestra uos ipsos negligere, & praecipere alijs ut curent aliena: & stultum est, praesentem rerum statum a uobis negligi, & uelle alios sollicitos esse de rebus futuris. Non haec dico: sed illud censeo, illis qui sunt in Chersoneso, pecunias mittendas esse, & alia omnia quae uos facere desiderant. Deinde necesse esse ut ipsi uos comparetis, & in primis faciatis ea quae decet. Tum demum alios Graecos comouere oportebit, & cogere, & docere de omnibus rebus, & comouere facere. Atque haec sunt illius reipublicae quae tantam amplitudinem habet, quanta uobis suppetit. Ac si putatis Chalcidenses Graeciam conseruatos esse, aut Megarenses, uos autem subterfugituros esse molestiam, non recte putatis. Satis enim fuerit, si ipsi se poterunt conseruare, at uobis illud faciendum est, uobis maiores hoc decus comparauerunt, & reliquerunt, & cum multis & praclaris & magnis periculis. Si enim quisquam uestrum quod uolet, id faciens quiescet, & ut ipse nihil faciat occasionem despiciat, primum nullos alios unquam inuenietis, qui pro se facturi sint: deinde metuo, ut ne aliquando necesse sit facere quae non uolumus. Si enim istiusmodi fuissent, iam olim essent inuenti, propterea quod uos nihil uultis facere. Sed non sunt. Ego itaque haec propono: & arbitror etiamnum, si ista fiant, res posse emendari. Quod si quis autem his quae a me dicta sunt, meliora habuerit, dicat, & consilium reipublicae det. Deinde quodcumque uobis uisum fuerit, hoc dii omnes ad reipublicam utilitatem conuertant.



DEMOSTHENIS ORATIO  
PHILIPPICA PRIMA, ALIO

quodam erudito interprete.

ARGUMENTVM.

**C**um bello contra Philippum Athenienses malè iactarentur, in concionem congregatis, atq; animum despondentibus, Orator mœrorem sedare studet, nihil mirum esse dictitans, quòd ignaui ac desides uicti sint: & quo pacto optimè bellum administrarent, exponit. lubet autem copias instruere, alteras quidem urbanas maiores, quæ domi manentes ad necessarios rerum incidentium usus in procinctu sint: alteras autem minores, ex milite mercenario, sed ciuibus mixto. eas uerò neq; manere domi, neq; ex urbe regioni succurrere iubet: sed in Macedoniam conuerti, ac sedulo illic bello incumbere: ne fortè Etesiarum flatus, aut hyemem (quo tempore Atheniensib; petere Macedoniam non licuerit) obseruans Philippus, rebus incumbat, eorumq; absentia reru omnium potiatur. Verùm obiectus illi exercitus agat non procul, sed contra ipsum Macedoniam infestet.

*Exordium ab excusatione cur primus dicat.*



*Propositio cum attentione.*

*Veteris uirtutis memoriam reuocat.*

*Occupatio.*

*Inuersio.*

*Honesto argumentum munit.*

*Conclusio.*

*Oderunt, quos metuunt.*

**S** in noua aliqua res proposita esset de qua consultarem, non equidem preripuissem alijs dicendi locum, sed continuissem me, dum plurimi eorum qui dicere hic solent, concionati essent: quorum si placuissent sententiæ, tacitus & ipse probassem: sin autem displicuissent, conatus essem & ipse ostendere quid sentirem. Verùm cum hac de re antea sæpe dixerint alij, de qua nunc quoq; deliberare institui, spero me ueniam facile impetraturum esse quòd primus surgo. Nam si antea utiliter consuluissem, nihil attineret eadem de re iterum referre. Primum itaq; neutiquam nos usq; adeò fractis animis esse decet propter presentem rerum statum, tametsi magna clades accepta sit. quanquam enim antea nihil tristi us acciderit, tamen in posterum perquam utile documentum hic casus fuerit. quamobrem? nam id infortunium nostra ignauia acceptum est. Quod si nulla nostra culpa accidisset, ne spes quidem reliqua esset corrigendi negocia. iam expeditè quæso id quod partim ex alijs audistis, partim ipsi nostis, modò in memoriam reuocetis, q̄ nihil præter dignitatem urbis factum sit à uobis, cum maximæ Lacedæmoniorum uires paulo antè essent, sed perdurastis dum bellum aduersus eos iurè susceptum conficeret. Hæc autem ideo dico, ut exemplis commoniti cernatis, quòd neq; aduigilantibus tristius aliquid formidandum sit, neq; speranda ignaui uictoria. Nam & Lacedæmonios, quamquam ualidissimi essent, superastis, cum in rem seriò in cumberetis: & à Philippo nunc propter incuriam malè accepti estis. Si quis autem existimet periculosum esse, inferre bellum Philippo, primùm propter magnas eius uires, deinde quia urbi plurima oppida adempta sunt, is rectè iudicat. Verùm contra expendat, quòd & antea in nostra potestate Pydna, Potideæ, Methone, & hæc tota regio fuerit, & pleræq; gentes, quas ille iam tenet, cum liberi essent, ac suis uterentur legibus, nostrarum partium esse malebāt quàm illius. Porrò si Philippus tum passus esset se absterri, quo minus bellum inferret, cum & tantis præsidijs nos uallati essemus, & ipse nullos socios haberet: neutiquam tantas res gessisset, aut tantas sibi uires parasset. Sed uidebat ille, hæc præsidia esse belli præmia proposita. Natura autem ita comparatum est, ut absentium res intercipient hi, qui præstò adsunt, & sedulis ac periclitantibus concedat cessatores. Quod cum in animum induxisset Philippus, partim redegit in suam potestatem, partim adiunxit sibi socios, & ex alienis amicos effecit. Putant enim omnes tutum esse cum his coniungi, qui aduigilant, & strenuè rem gerunt. Proinde si tandem expergisci uolueritis, postquam hæcenus cessatum est, & illa in animo institueritis, suiq; copiã Reipub. quicq; pro uiribus fecerit nihil contando, & pecuniam contulerint hi quorum sunt facultates, & militauerint hi qui pro ætate debent: breuiter, si uestri esse uolueritis, nec expectauerit quis que dum se ocioso uicinus suū negocium curet: ita demum licebit & ijs que adhuc in nostra potestate sunt tutò frui, & recuperare ea quæ per negligentiam amissa sunt, & illum probè multare. Neq; enim est quòd existimetis, eius opes tanquã deorum firmas esse & immobiles: uerùm odere, metuunt, & inuident permulti, adeoq; hi qui ei perquam amici uidentur. Et quibuscunq; calibus obnoxium est uniuersum mortalium genus, ijs est ille expositus. Verùm nunc mussant omnes, cum propter uestram contationem & ignauiam excutere iugum non possint. Itaq; hanc omnino corrigendam esse statuo.



statuo. Videtis enim, quò procacitatis homo processerit, qui ne relinquit quidem nobis facultatem deliberandi, utrum bellum geramus, an pacem malimus: sed minatur, & superbis uocibus prouocat, nec potest conquiescere, contentus ijs quæ iam adiecit regno suo: sed subinde pergit, contantes nos & cessantes, tanquam retibus & sepe circumuallare. Quando igitur capeffetis Rempublicam: cum aliquid acciderit, uidelicet cum necessitas coget: Porro quid sentitis de præsentis statu rerû: Ego certè liberos nulla perinde necessitate, atq; dedecore cõmoueri debere sentio. Agite uerò, nũ uultis in foro obambulâtes alius percontari aliũ, Nũquid noui sit allatũ: An nõ prodigiũ (siquidẽ noua percontari liber) simile est, & turpissimũ, hominem Macedonem audere nobis bellũ inferre, & in Græcia dominari: Cedo, extinctus est Philippus: nõ: uerũ grauius decumbit. quid refert: nam ut is maximè pereat, alius Philippus nascetur uobis, nisi aduigilaueritis. nam ille uestra magis ignauia, quàm suo Marte creuit. Iam si quid ille detrimenti ceperit, & fortuna nobis propicia respexerit nos (nam illi magis curæ sunt res nostræ, quàm nobis ipsis) permultum retulerit, nos cum exercitu accedere, nouo statu rerum, ad illius fines. facile enim ex sententia conficietis, si ita feceritis. Verũ ut nunc instructi estis, Amphipolim recipere, ne quidem si offerat occasio, poteritis: cum dubitatis, & tamdiu contaminari, in apparatu rei. Nolo autem uos longiore oratione hortari, ut ritè rem geratis, & pro se quisq; suum officium sedulo faciatis. uidemini enim ad hoc induxisse animum. Restat ut modum indicemus, quo nos paremus, & ex his malis euoluamur. Præterea, unde copiæ reficiendæ sint, unde pecunia cõflanda, & cætera quomodo maturè apparentur. Precor autem, ut iudicium differatis, dum omnia cognoueritis: nec prius quàm par est, de oratione mea statuatis. Neque uerò putate, cum audietis noui apparatus fieri mentionem, moram aliquam afferre publicæ utilitati. Non enim utiliter consulunt, qui tantum festinantia rationem habent. nam quæ acciderunt, ne potuissemus quidem his uiribus prohibere. Magis eorum consilium probo, qui rationem ineunt eiusmodi apparatus, qui durare in posterum possit, donec aut pax cum hoste conuenerit, aut hostis profligatus fuerit. Quod si hoc modo prospexerimus nobis, non ueniet in posterum in tale discrimen respublica. Iam hæc ita propono, ut alijs quoque faciam potestatem suadendi ciuitati, ea quæ uidebuntur è republica esse. Magna equidem polliceri uideor: sed ex re ipsa potestis statuere de meo consilio, uos iudices eritis. Primum itaque quinquaginta triremes armandæ sunt: deinde sic oportet nos affectos esse, ut si poposcerit necessitas, nauigare ac militare nos ipsos non pigeat. Præterea iubeo, triremes ac nauigia, quotquot usus requireret, pro equitibus comparare. Et has copias instructas tanq; in statioe esse oportet, aduersus illius subitas incursiones, in Pylas, in Cherrhonesum, ad Olynthum, aut quocunq; irruptionem fecerit. nam in hanc opinionem de nobis adducendus est, quod ex hac quamuis magna incuria, tamen expurgischi uideamini, & occurfuri. uelut olim, cum in Euboeam, in Alartum, nuper in Pylas irrupturum repressistis. Iam ut maximè non fuerit imposta necessitas uobis occurrere Philippo (tametsi prospiciã, hoc planè necessarium fore: ) tamen profuerit uos instructos esse, ut aut cum rescierit, metu uestri contineatur, ne bellum moueat. Sunt enim, sunt plures quàm satis est, qui illi omnia hinc renunciant. Aut si contempserit nostrum apparatus, opprimamus eum imparatum: cum nihil impediatur per opportunitatem in eius regionem nauigare. Hæc itaque sentio, & de cerni & comparari debere. Præterea exercitum scribendum esse duco, qui assiduò sit in armis, & populetur Philippi ditionem. Nemo mihi legionem illam cõductitiam nominet. ciues militare debere statuo, eosq; ducem sequi, & imperata facere, quemcunque tandem legeritis. iubeo etiã illis commeatum suppeditare. Dicam autẽ ordinem, & quantas copias esse oporteat, & unde commeatus sit parãdus. Primum de mercenario milite. neq; uerò id feceritis, quòd toties iam uos grauius afflixit, ut periculũ cõtemnatis: & cum in decernendo atrocissima comminati sitis, ne extremis quidem digitis rem attingatis. Sed primũ leuiora maturate: deinde si quid restat, peragite fabulam, & maiora tum facite, tũ suppeditate. Statuo itaq; duo millia debere contrahi: sed in his ciues sint quingenti, delecti ex flore iuuentutis, militentq; certum tempus, non quidem longius illud, sed aliquanto breuius, ut uidebitur commodũ: succedantq;

LL alij

Secunda oratio  
nis pars.



Ratio consilij.

alij alijs, reliqui sint conductitij. Aptentur his ducenti equites, & in his, ut minimum, quinquaginta ciues militent, & his copijs naues comparent, item decem celeres triremes. nam cum Philippus classe instructus sit, nobis etiam nauibus expeditis opus est, ut exercitus tuto nauigare possit. Bellum gerendum est ita, ut excursionibus praedant ex illius agro agamus. Proinde praesidium nec maius contrahere licet, quam quod alere possimus: nec infirmius etiam iusto. Ciues autem unam nauigare debere decreui. nam et antea accepi, uestros coniunctos cum conductitij copijs praecelas res gessisse, & Lacedaemonios uicisse. e contra cum solis conductitij rempublicam committimus, illi latrocinium exercent in socios & amicos. Interea perfidia nostri exercitus auget hostium uires: ipse animaduerso periculo quod urbi impendet, ad Artabazum, aut alio se subducit. Sequitur dux: nec enim sine stipendio continere eos in officio potest. Proinde consulo, ut liberaliter collato stipendio obligetis uobis & duces & milites: & addatis ciues, qui uelut arbitri intersint omnibus quae geruntur. Est enim perquam ridicula nostra ratio gerendae reipublicae. si quis enim interroget, pax uobis an bellum cum hoste sit: bellum dicetis, opinor. Nonne electi sunt tribuni militares, duces magistri equitum? quid agitant praeter unum reliqui omnes? ostentant se, curatis sumptibus sacrorum in pompa cum sacerdotibus. Planeque uidebimini in hoc duces eligere, ut spectandos se praebeant in pompa: perinde atque figuli statuas faciunt, quae ibi circumferantur. Neque enim tribuni uestri aut magistri equitum, urbani magistratus sunt, ubi urbanae copiae sunt. Sed in Lemnum nauigare oportuit magistrum equitum, & Menelaum ducere copias, quae foris Remp. tuentur. Neque uero homines ledendi causa haec dico. oportebat enim aliquem a uobis, quisquis tandem esset, deligi. Sed haec fortasse probabitis, ac ostendi uultis, unde conflanda sit stipendiaria pecunia. hoc etiam exequar. Pecunia pro annona danda est: ad eam rem opus est nonaginta talentis, aut aliquanto plus. in decem ueloces naues quadraginta talenta collocanda sunt, uicemque in singulas naues minae per singulos menses. Item quadraginta talenta duobus millibus peditum, ut singuli pro annona denas drachmas singulis mensibus accipiant. ducentis equitibus curanda sunt duodecim talenta, si singulis mensuum stipendium tricenae drachmae constituantur. Si quis uero arbitratur hanc annonam angustior esse, quam postulet necessitas, is ualde fallitur. nam mihi compertum est, si haec ita constitueritis, futurum, ut cetera exercitus sibi ipse parat, praedando, non a socijs aut Graecis: qua in re, si quid uidetur periculi, haud grauatim unam nauigaturus sum, & discrimen (si quod est) subiturus. Vnde igitur conflanda haec pecunia est? Hoc ego fere in hac re comperi. in decernendo primum ita statuite, ne solis decretis & epistolis cum Philippo bellum geramus, sed manu ac re ipsa. Sentio autem, debere locum aliquem eligi, & certam regionem, ubi tanquam in statione nostrae copiae sint. Nam Philippus per occasionem cum uenti secundi sunt, ad nos procurrit: et captatis Etesijs tum ad nos classem adducit, cum nos occurrere uenti non sinunt. Proinde locum aliquem deligite, ne obiter contrahendus sit exercitus, & armandus, accepto iam dono. Ita enim fit, ut undique frustremur. sed opus est perpetuo & certo praesidio hybernare in Leno, Thaso, & Sciatho, & alijs eodem in loco insulis, ubi & portus sunt, & frumenta, & caetera suppetunt, quae sunt usus militi. Anni tempestates & secundos uentos & omnia quibus opus erit, prouidebit imperator. Quae autem a uobis praestari oportet, ea sunt quae ante proposui. Si enim pecuniam contuleritis, de qua dixi, & caetera comparaueritis, milites, naues, equites: si integras copias decreto coegeritis, augendi bellum, si pecuniam uos dispensabitis, rationemque exegeritis rerum gestarum ab imperatoribus, tandem conficietur res. Accedit hoc etiam commodum, quod interceptis Philippum pecuniam, qui de nostro sumptus belli sustentat. Praeterea etiam uos domi in tuto eritis, ne licebit in Lemnum incursione facta, ciues inde uestros abducere. Magnam uim pecuniae ad Cerastrum exegit, interceptis nauibus: transijt & in Marathona, & sacram nauem inde auexit: id quae ne poteratis quidem prohibere, nec tempestiue occurrere. Nunquam committimus, ut non suis temporibus quinquennialia & Bacchanalia fiant, siue opulentos siue tenues praefecti ludorum sorte creati fuerint. Et in id effunditis tantam pecuniam, quanta nunquam in classem ullam collocatur: estque tantus apparatus, quantus uix usquam in ulla ciuitate. At in classe necessaria etiam



faría etiam desiderantur, neq; illa in tempore instruitur. Quí fit hoc? quia ratio faciendorum ludorum diligentissimè descripta est legibus, belli gerendi rationem nullam prorsus certam nobis præscribimus. Non antea constituuntur trierarchi, quàm hostilia nunciantur. tum primùm de sumptibus prospicitur, & de stipendio delectus habetur peregrinorum, pro delectis alij supponuntur. Postremò dum contamur, occasio rei gerendæ amissa est. Tempus oppòrtunum gerendi belli in apparatus constituitur: & nostram contationem occasio non expectat: & prælidium nostrum, quòd interea in armis est, non est in hostiũ copijs, sed per occasionem opprimitur. hostis ipse eò pro celsis superbix, ut in Eubœam tales literas miserit.

Προσπεπικόν.

**P**Leraque in his literis uerè scripsit, tamedí acerba sint. uerùm ita feram ad gratiam concionantem, si res patiantur aliquid prætermitti, quòd offendat aures. at si assentatio benignius pollicet, q̄ res ferunt, perniciofa est. Turpe est sese fallere, & dum procraftinantes omnia quæ paululum modò molesta sunt circumuenimur, admoneri nolle, quòd oporteat bellum gerentes, non fugientem occasionem sequi, sed captare, atque oblatam excipere. Et licet in acie ducem, ita nos in consilijs prouiderè omnia conuenit, ut ea quæ industria summa delegerunt, agant, non expectent casum. Et cum tantæ sint uires uestræ, hæctenus his nunquã in loco usi estis, nulli urbiũ secundis estis. uerùm hoc bellũ administratis non aliter, atq; barbari pugiles decertant. nam hi ubi plagã acceperint, ibi manũ admouet: interea si feriantur in altera mala, post ictum illò manus transfertur: anteuertere aut siue prospicere nec possunt, nec norũt. Ita uos, cum fama in Cherronefo Philippũ esse affert, illò transitis: si in Pylis, eò tēditis: si alibi, unã sursum ac deorsum cursitatis, eumq; perinde ac ducem sequimini: neq; unquam consiliũ capitis, nisi tanquã in media arena. Antea fortasse nobis hæc uitia cōdonari poterant: nunc in extremum discrimen, & ipsam aciem res adducta est, ubi ignosci peccato non potest. Ego Deum aliquem pudere urbis existimò, qui Philippo adeò exæmulandum duxerit, nam si contentus illa accessione quam fecit, reciperet se in otium, nec pergeret nobis bellum facere, pleriq; uestrũm hæctenus cum Republica benè actum duceret, cum tamen summo dedecore affecta sit. At cum subinde maiora Philippus molitur, tandem prouocabit nos, nisi planè spem omnem de Repub. abieceritis. Non expēditis, initiò gestum esse bellum, ut de Philippo pœnam sumeremus: nunc eò redit res, ut agrè salutem nostrã defendamus. Neq; uerò ille desistet, nisi ui reprimatur. Interea pulchrè uobis pollicemini de Repub. missis aliquot uacuis nauibus, & spe quadam ostentata à duce. Quin ipsi militamus, & partem ciuiliũ copiarum mittimus? Dicat aliquis, At quis nobis portus ibi patet? bellum ostēdet parum fidas Mæcedonis res, modò conemur aliquid. Dum domi sedemus, et rixamur inter nos, nihil poterit confici. at ubi missa instructaq; etiam si non omnis, urbana classis fuerit, ibi deorum beneuolentia & fortuna conatus nostros prouehet. Emittere uerò etiam ducem cum uacua classe, & concionibus benignè pollicentibus, nihil profuerit. huiusmodi classes deridentur ab hoste, & socij interim metu pereunt. Nam res tantas unus homiõ conficere non potest: polliceri, dicere, accusare alios potest. At hæc euerterũt rempub. Cum enim Imperator uester acie uictus sit, qui nihil secũ ducebat præter miseros conductitios, eosq; mercede fraudatos: et cum milites inde redierint, multa aduersus ducem mentientes: et cum uos de ducis capite ex fama iudicetis, quæ tandem salutis spes est? Sed his malis quomodo medebimur? ita demum, si delectus ciuũ habebatur, qui & ipsi militent, & testes & spectatores rerum sint, quæ duces gerunt, & domi postea de rebus gestis iudicent. Nam res nostras oportuit non ex fama cognoscere, sed presentes spectare. Iam uerò cum singuli duces toties hic de capite in iudicio periclitentur, nemo illorum uel semel periclitari ausus est in acie, malunt quæ defungi plagiariorum & furum morte, quàm illa honestiore. Facinoris præiudicio uita eripitur: Imperatorum est, in acie occumbere. Nos deinde erramus passim, & spargimus rumores nihili, Philippum ope Lacedæmoniorum Thebis excidium minari, & Græcas ciuitates dissociare: alij ferunt legatos missos esse à Philippo ad Persas: alij, muniri urbes in Illyrio: alij, alia nugantur. Ego de Philippo sic sentio, & iudico, ebrium esse magnitudine rerum gestarũ,

LL 2 & apud



& apud animum somniare similia, cum uideat neminem obsistere. atque sic effertur successu. Nec puto eum consilia talia capere, quæ stultissimis apud nos suboleant. nihil enim stultius illis rumoribus autoribus. Quin illud considerabimus, qui hostis iam sit, quod nostra nobis eripit, quod diu insultauit nobis: quod ubique dum simulabat se nostrum negocium agere, sefellit fidem suam. & nisi bellum inferimus, demum cogemur fortasse arma capere. Et si hæc considerabimus, rectè statuemus de republica, nec ipsi nobis blandiemur stultis concionibus. Nec enim uidentum est, quid sit euenturum alijs. Hoc unum spectandum, uitium impendere nobis, si non aduigilemus, & rectè geramus rempublicam & quæ modò liberrimè dixi, ac simpliciter dixi, nihil dissimulans. Optarim autem, sicut scio quòd uobis conducit optima audire: ita idem profore dicenti, nam ita multo æquiore animo dixi sem. Nunc cum uerear, ne qui se lædi à me putant, malè me excipiant: tamen statui ea, quæ conducant uobis. Postremò opto, ut uincat rei-publicæ utilitas.

DEMOSTHENIS ORATIO DE PA-  
CE, D. IUSTINO GOBLERO  
Goarino interprete,

ARGUMENTVM, EX  
Libanio,

Cum ulterius sese protenderet, ac indies traheretur bellum de Amphipoli susceptum, tandem eo fatigati pacem expetuerunt & Philippus & Athenienses. Hi, quòd infelicitè confluisissent, malèq; excepti essent à bello: ille, quòd uellet ea, quæ utrisque, & Thessalis & Thebanis promisisset, præstare atque perficere. Receperat enim se, atque promiserat Thebanis Orchomenum & Coroneiam ciuitates Bœotiae traditurum, & Phocense bellum utrisque confecturum esse. Verum hoc illi impossibile erat, bellum cum Atheniensibus gerenti. Nam cum antea quoque in Phocidem facere incursionem uoluisset, ab Atheniensibus omnia ea loca nauibus in Pylas usque (quæ à quibusdam Thermopylae dicuntur) occupantibus, prohibebatur, ne accessu suo & introitu negotium illis faceretur. Proinde cum iam pacem cum Atheniensibus pepigisset, ingressus nemine prohibente Pylas, Phocensium nationem omnem uastauit ac diruit. Eorum quoque agros quos inter Amphictyonas habebant, suffragantibus quidem ad hoc & concedentibus alijs Græcis, occupauit atque obtinuit. Idem etiam ut sibi permitteretur, quum ab Atheniensibus Philippus legatione missa contenderet, Demosthenes ei hoc dari atque concedi adseruit: id quæ Atheniensibus persuadere laborat, non quòd illius factum æquum putaret (quis enim hoc diceret, Macedone Græcorum conciliorum participante) sed omnino uidentum esse, cauendum quæ existimabat, ne propterea commune bellum cum uniuersa Græcia inire cogere retur, cum aliorum alias iam dudum offensiones multis de causis incurrisset, contra quæ se illorum animos concitassent. Itaque periculum fore, ne sic ultro illis in se communia arma sumendi occasionem dare uiderentur, sicubi Amphictyonum edictis soli Athenienses refragati fuissent. Multo igitur satius esse, meliusque, pacem seruare, uel occupante Phylippo Pylas, & iam ipsi etiam Atticæ imminente, quàm parui cuiusdam emolumenti gratia tantum belli subire discrimen. Porro hæc oratio adornata quidem ad hoc fuisse, ceterum non habita uidetur, cum Demosthenes Aeschinem accusans, & hoc inter alia criminabatur, quòd unus hic autor fuisset, Philippum in Amphictyonum concilium recipi, nemine omnium id suadente, ne ipso quidem Philocrate, homine licet impudentissimo. Non igitur uerisimile est, Demosthenem id uoluisse Atheniensibus persuadere, cuius ipse Aeschinem accusare non sit ueritus. Quin potius metuit ne sorte in suspiciam ueniret, quasi à parte Philippi stetisset, & pecunia ob eodem accepta ad sententiam eiusdem persuadendam adductus fuisset, præsertim cum in hac oratione eam suspiciam à se procul amouere, & suum officium Atheniensibus integritatemque probare uideatur.

Summa, & stat-  
tus orationis hu-  
ius.

E QUIDEM





**Q**UIDEM uiri Athenienses, uideo atq; intelligo, quantā hæc res difficultatem uobis ac perturbationem iniiciam, tde quibus in præsentia agimus, tractamusq;: non solum quòd incredibili so cordia atq; negligentia quorundā status imperij nostri in eas angustias uenerit, à deoq; labefactatus sit, ut nulla propemodum deliberatione cōfirmari posse uideatur: sed &, quòd de reliquijs rerum conseruandis ac sustinendis sententiæ tam uariæ animos uestros exerceant, diuersasq; in parteis rapiant, ut hic quidem hoc conferre & expedire putet, ille autem longè aliud censeat reipublice profuturum esse. Cum ergo in huiusmodi difficultate ac motibus ipsa consulendi ratio (alioqui per sese atq; natura sua uehementer grauis, multūq; difficilis) collocata sit, tum eam ipsi uos Athenienses etiam longè difficiliorē reddidistis, idcirco quòd nō ut alij homines uniuersi qui consiliū capiendum, ac deliberationem ante factum, rerumq; euentum suscipiendā esse utile censent, sibiq; persuasum habent, facitis: sed tum demum cum factum fuerit, consultandum fore existimat. Quamobrem mediūsfidius toto hoc tempore, quod mihi quidē in memoriā redirecere possum, hoc accidere arbitror, ut is qui negligentia uestræ atq; errati culpam reprehendat & incuset, maximi precij uir esse, atq; præclare dicere uideatur: uos autem ipsas cōsiliōrum interim ac rerum efficiendarum opportunitates uobis semper ē manibus elabi sinatis. Quāquam igitur hæc ita esse, non negandum puto: tamen planè arbitror, atq; in ea sententiā perulso, ut si positis priuatis rixis ac contentionibus pro eo ac decet grauius de republica ac magnis rebus consultaturos, etiamnum audire uolueritis, haudquaquam in præsentia defuturam uobis dicendi consulendiq; facultatem, qua & præsens rerum status emendari, & amissa deperditāq; recuperari posse sentiam. Cum autem, uiri Athenienses, minimè me fugiat, semper apud uos magnam audentibus commodamq; potestatem factam esse, sua ipsorum dicta gesta q; prædicandi: ab eo tamen ita natura mea aliena est atq; auersa, ut etiam nunc illam summa licet necessitas postulet, reformidare tamen non possim nō magnopere. Quæ etsi ita sint, non metuo tamen pauca obiter uobis in memoriā reuocare, præsertim eorū nonnulla, quæ non temerè antea uobis prædixisse uisus sum, quo melius quidem de his omnibus, quæ nunc à me dicentur, iudicare possitis. Nam eius uos cum primis, uiri Athenienses, admonitos uolo, quum essent qui Euboensium rebus ualde adhuc adflctis ac perturbatis, Plutarchū adiuuandū, & bellum ignominiosum iuxta ac sumptuosum à nobis suscipiendum fore existimarent, unum me tunc ac primum omnium in medium progressum cōtradicerē, remq; dissuadere ausum fuisse. Quo facto ita in me debacchati sunt quidam paruīs & exiguis munusculis corrupti, ob quæ uos uestramq; ciuitatē in maximum periculū atq; discrimen adducere conati sunt, ut parū abfuerit quin mediū me abripiissent, atq; in frustra cōminuissent. Decurso autem breui temporis spacio non absque summa uestra ignominia, maximoq; dispendio, ac tanto quidem, quantum uix ulli mortalium ab ijs quorum salutem defendissent, illatum est, palam & illorū qui talia suaserunt, improbitatē atq; maliciam, & me pro concione uobis rectissimè consuluisse, ac optima protulisse, cognouistis. Iā & hoc me nō fugerat, uiri Athenienses, Neoptolemū illū simulatōrē & histrionē uobis uitandum atq; cauendū fuisse, qui artis suæ prætextu tantā licentiā dicā ne an impudentiam assecutus, ciuitatem nostram & rempub. insigni clade atq; dedecore adfecit: planeq; res nostras ex Philippi uoluntate simul & utilitate administtrauit, ita ut eius quasi gubernationem exercere uideretur. Cuius equidem peruersos ac improbos ausus cum primū aduertissem, absq; metu ullo in publicum progressus sum, libereq; ad uos uerba feci, nō priuato cuiusquam uel odio uel calumnia percitus, quemadmodum ex ijs quæ deinde consecuta sunt, factis atq; operibus perspicuū fuit. Nec est cur in his longius sermonem protrahā, Neoptolemum accusando, cum in hunc non tantū, quantum in uos ipsos culpam reijcere decebat. Etenim si Dionysij tragædos penitus introspexissetis, modò aliqua salutis & cōmuniū rerū ratio habita fuisset, non tam benignis illum, & me cōtrā inuitis auribus audiuissetis. Et nisi mea me fallit opinio, id quidem uos nūc uniuersi sensistis, illū neq; rei militaris amore, neq; studio tanto in hostes profectum esse, quāto illic cōgerendarū opū, & exigendorum debitorum fuerit: sicuti ipse,

Exordium cum  
 attentione, à rei  
 magnitudine &  
 difficultate.

Ante factum cō  
 sulendum esse.

Castigatio.

Quid grauius ho  
 die atque utilius  
 dici posset etiam  
 apud Christianos

Narratio.



nimirum hoc unum se curare, ut illas opes huic secum perferret, manifeste affirmabat. Tum & hunc sermonem frequenter in ore habuit, ut diceret, molestum ualde esse, atque acerbum, id cuiquam uitio uerti, si quis illinc secum huc opes atque diuitias uehat, traducatur: quod nimirum eò dicebat, ut quandoque rebus compositis paceque facta, cum uniuersis facultatibus, ac tota rerum suarum substantia, quam in aëre conflagabat, inque argentum redigebat, sese hinc proriperet ad Philippum in Macedoniam. Haec equidem duo, sicut praedixi, contigerunt: nec non uere me recteque locutum fuisse, testatur sermones mei, quos illo tempore habueram. Tertium uero, ciues, ac unicum, si his adhuc subiecero, ad ea de quibus me dicturum recepi, procedam. Nam eo tempore quo legati uenimus iurandam ac foedera pacis inita nobiscum adferentes, lactabamur uana spe (ut scitis) quorundam, qui Thespias nobis ac Plateas inhabitandas falsa promissione addicebant: & Phocenses quidem sibi, si imperium & gubernacula Philippus adeptus esset, retineret: Thebanorum quoque ciuitatem idem administraret, Oropum autem uestrum esset, caeterum Euboiam pro Amphipoli commutaret. Talibus nimirum promissis & astutis dolis imponebant isti uobis, ita ut neque ex commodo & utilitate uestra, neque profecto uere aut honeste Phocenses prodideritis. Horum ego tum nihil omittebam, quin ne deciperemini, cum ipse talia nec scirem, nec expectarem, uobis praedicerem ac declararem, quemadmodum meminisse probe ipsi potestis. Arbitror enim me dicentem haec, minime mentiri. Verum omnia haec quam recte licet ac prudenter appareant, me praeter caeteris omnibus prospexisse, nullam tamen inde mihi ciues prudentiam, nullam ingenij uim, nec ullam quoque superbiam arrogo, neque simulatum mihi quicquam uendico: sed si quid rectum feci, aut praesens, ciues, id duabus his causis maxime referam ac ceptum oportet, secundae ac prosperae fortunae scilicet, quam ego unam in humanis rebus uim omnem ingenij atque prudentiae superare uideo: & industriae, adeoque operibus meis, quae gratis simul ac sponte in rempublica confero. Nec est quisquam eorum omnium, a quibus reipublicae gerendae defunctionem curamque suscepi, qui possit ostendere, aut proferre, me unquam muneribus aut donis corruptum, priuati commodi causa a recto deflexisse. Recti igitur ueri que gloria, quam mihi res gesta, atque ipsa opera mea suppetunt, uideor satis consecutus esse, ad bene uiuendum: id que summum mihi semper praemium ac commodum statuo futurum. Nam sicubi in alteram partem, ceu in librae lance altera argentum, pondere grauaueris, abit ac premitur ferens onus: ita quoque difficile fiet, ut non etiam consideratio cogitatioque eò tota propendeat & incumbat, unde quaestus ac lucrum speratur, atque sic omnis simul recte sincere que consulendi ratio subuertatur ac pereat. Equidem uero, ut ad institutam orationem reuertar, unum hoc cum primis necessarium esse iudico, ut si quis republ. recte atque ordine constituere, sociorum auxilia, uel aliud praesidium ciuitati comparare atque disponere uoluerit, maxime det operam, ne praesentem pacem ullo modo perturbet, aut uiolet: non ob id quidem, quod istam ego pacem tantopere admirer, uel quod eam unice uobis dignam existimem: sed qualiscunque modo haec pax est, multo fatius erit ac melius, qui iam nostrarum rerum status est & conditio, ut eam retineamus, qui melius ante oblatam excludere potuissemus, quam quod admiffam nunc, amplexamque repudiare aut uiolare debeamus: cum multa iam intercederunt, amissa que sunt, quae si adhuc integra saluaque essent, bellum utique cum minori discrimine atque periculo gerere possemus. Alterum etiam non minori diligentia nobis uidendum ac prospiciendum est, ciues, ut eos qui conuentus nostros celebrant, se que hoc tempore Amphictyonas esse perhibent, non in eandem nobiscum angustiam ac necessitatem, praetextu seu causa communis belli adducamus, aut conijciamus. Nam ego quidem in ea sum sententia, ut si nobis rursus cum Philippo ob Amphipolim, bellum gerendum, aut alia priuata res causa que suscipienda sit, cuius uel Thessali, uel Archaici, uel Thebani non sunt participes, nequaquam putem horum aliquem aduersus nos arma sumpturum esse: & quidem minime omnium (ne quis mihi, priusquam audierit, obstrepat, turbas uemoueat) Thebanos, non quod eis ita ex uotis iucunda facimus, ut gratiam nostram magnopere adfectent, desiderentue, aut quod ipsi gratum facere Philippo cupiant: sed quod accurate ad-

modum

Fortuna indu-  
striam adiuuat.

Summa et sta-  
tus orationis huius.



modum & exacte teneant, ac plane persuasum habeant, etiam si quis contra maximam  
 ipsis, summamque periculorum, ne res eorum evertantur, securitatem immunitatemque  
 polliceatur, tamen ubi bellum in nos exarserit, ipsis uniuersam malorum sentinam ex-  
 hauriendam fore: Philippum uero secum omnem utilitatem, quod bello praefuerit, ue-  
 lut ex insidijs ablaturum esse. Quocirca non fit mihi uerisimile, ut in haec pericula ultra  
 ipsi sese conijciant, praesertim ubi non uiderint suam cum alijs potestatem in bello cau-  
 samque communem fore, & facultates uiresque pares. Nec arbitror, etiam si propter Oro-  
 pum rursus contra Thebanos bellum excitatum fuerit, inde aliquid rebus nostris in-  
 commodari: si quidem nobis pariter & illis coniunctis, ubi quis res nostras agrosque in-  
 festare uoluerit, mutuo nos adiuuabimus. quod ut idem ab illis fiat, nimirum ut inuicem  
 se belligerando coniungant, a neutris expectandum est. Etenim hunc in modum societa-  
 tum auxilia & confederationes comparatae sunt, adeoque haec res natura eius generis est,  
 cuius maxima cura, ratioque haberi conueniat, cum nuiquam par gratia in his reddi sole-  
 at, nedum nobis uel Thebanis. Omnes enim sibimelius malunt, seque saluos esse cupiunt, uel  
 sua ipsius causa: nec ferunt alios dominos sibi praesse, quorum imperium subire cogan-  
 tur. Quamobrem id cum primis formidandum nobis atque cauendum esse arbitror, a-  
 deoque omnibus modis custodiendum obseruandumque, ne societatis pretextu, reique pu-  
 blicae causa seu culpa excitato bello, uniuersis facessamus negocium. Nam si Argaei,  
 Messenij, Megalopolitae, ac reliqui Peloponnesiaci, quicumque cum illis eadem tenent  
 ac sentiunt, iccirco quod ad Lacedaemonios legatos miserimus, & quod ipsis placet reci-  
 pere & approbare uideamur, hostiliter nobis extremeque offensi sint & indignantur:  
 Si Thebani quoque, ut fertur, a nobis alieni sint, & quidem ob id etiam maligniores  
 futuri, quod transfugas eorum receptamus, adeoque modis omnibus inimicitiam et ma-  
 leuolentiam nostram illis declaramus: Si Thessali etiam propterea quod Phocensium  
 exules tremur & conseruamus: tum & Philippus, quod ipsum communicare consilia  
 & res suas cum Amphictyonibus uetamus ac prohibemus: per nos ita lacessiti fuerint,  
 timendum est profecto, ne omnes ac singuli quidem ob priuatam iniuriam nobis ira-  
 scentes, iunctis copijs ac uiribus in nos bellum agant, quasi Amphictyonum senten-  
 tias ac placita praese ferant tuenda ac defendenda: aut demum ita quoque se compa-  
 rent, ut singuli priuata utilitate, atque ex eo quod sibi usui esse arbitrantur illecti, in  
 nos haud secus atque in Phocenses acere atque hostile bellum conuertant, moue-  
 antque. Non enim uos latet, quid iam singuli in animo occultarint, ac facto eti-  
 am demonstrarint, Thebani, Philippus, & Thessali: qui licet diuersis studijs tene-  
 rentur, adeoque sententijs etiam inter se ac uoluntate discordarent, tamen iuncti ac  
 mutuo adiuuantes tanta haec susceperunt. Cum enim Philippum cum exercitu ad-  
 uentare Thebani audissent, ne ipsorum fines ac ditionem ingrederetur, sedulo qui-  
 dem impedire conati sunt: uerum adeo prohibere non poterant, ut etiam quam si-  
 bi gloriam ac famam suo labore parauerant, aduentu ille suo omnem denique ac to-  
 tam arriperet & occuparet. Quantum igitur ad hoc facit, quod Thebani regionem  
 suam receperint, optime quidem istud & ex animi sententia cecidit: uerum quod ad lau-  
 dem decusque spectat, infeliciter plane ac turpissimum res gesta est. Nisi enim Phi-  
 lippo transeundi potestatem dedissent, non uidebantur quicquam horum impetra-  
 re potuisse. Haec autem ut ita euenirent, minime expectabant, uolebantque, sed  
 potius in Orchomeno & Coroneia capessenda prorsus animus eorum atque deside-  
 rium erat: quae cum obtinere non possent, haec omnia perpessi sunt. Iam & hoc  
 quidam audacter asserunt, Philippum non ex uoluntate sua, sed necessitate ad-  
 ductum, Orchomenum & Coroneiam Thebanis uti redderet, quos ego nunc sua  
 opinione beatos esse ac ualere sinam. Illud uero satis noui, cum anhelasse quidem,  
 non ut istas modo urbes possideret, sed multo magis ut & transitum capessere, & fi-  
 nes occupare, & regionum propugnacula, munitionesque tenere, ac denique ip-  
 sam sibi gloriam aucupare aptareque posset, qua in se opinionem omnium atque  
 oculos conuertere, & quae ad Pythiam constituenda spectarent, per se ipsum effecisse  
 uideretur: & haec nimirum erant, quorum maxima cupiditate tenebatur & aestuabat.  
 Thessali uero neutrum istorum uolebant, uel ut Thebani, uel ut Philippus summa  
 rerum

*Confederationes  
 sunt pericu-  
 losae, ut quib. ra-  
 tio par gratia re-  
 ferri solet.*

*Pythia ludet etiam  
 in honore Apol-  
 linit instituit.*



rerum potirentur: nam hæc omnia sibi aduersa noxiâq; fore existimabant. Cupiebant autem potissimum hæc duo: primum, ut cum Amphictyonib. sua consilia communicare possent: deinde, ut opum quæ in templo Delphico erant, participes redderent. Harum enim studio & cupiditate cum ita tenerentur, non omittebant quin alijs quoq; eorundem scelerum auxiliares essent. Proinde quosdam inuenietis priuatorum comodorum causa ad multa flagitia committenda adductos fuisse, quorum nihil habebat in animo patrare. Quæ igitur cum ita sese habeant, certè uobis loci nihil, neq; negligentia, neq; socordia erit. Tu uerò, dicit aliquis, ecquid iubes nos metu perculsos ac territos ista facere? & tu hæc præcipis? Non uos ad hæc alligo, ciues, sed ne quid nobis ipsis indignum admittamus, uel ut imminēs bellū recipiamus admoneo: idq; nos decere maximè arbitror, ut tales, qui recta iustaq; præ se ferant, apud omnes habeamur. Ad eos uerò qui temerè omnia audenda tentandaq; existimant oportere, & non ad cordatos illos ac fortes uiros in remilitari hæc dicta esse uolo. Nos Thebanis concedimus habere Oropum, & si quis nos interroget, an non iubeat profiteri ac dicere ueritatē, quam obrem habeant? Respondebunt, arbitror, ne bello gerendo opus sit. Et nunc etiam Philippum sinimus ex pactis conuentis occupata Amphipoli, fines suos atq; imperiū dilatare ac propagare: & Cardianos sufferimus, ab alijs Cherhonesitis extra ordinem collocari & eximi. Carem quoq; patimur, & insulas Chium, Co, Rhodum occupare, & Byzantios naues ad portum deducere: nulla profectò alia de causa, quam quòd à bello feriari & quietem sequi plus emolumenti habere existimamus, quam de his perpetuò belligerari atq; contendere. Effet igitur non ignauum modò atq; inutile, uerè etiam ualde miserum ac lamentabile, singulos aduersus singulos de priuatis rebus & maximè necessarijs ita commissos, nunc cum uniuersis de umbra Delphica depugnare.

Occupatio.

Proverb. de Asini, aut Delphica umbra.

DEMOSTHENIS ORATIO ΠΕΡΙ ΣΥΜ-  
μασιῶν, siue de Curatione reipublicæ, Ioachimo Camerario interprete.

P R A E F A T I O.

**A**D explicationē scriptorum ueterum antequā accedatur, quæri solet de autore, et de genere scripti. Quapropter qui in hanc rem operam dant, expositionem quandā uitæ autoris eius, cuius opus aliquod in manus sumpserit, texere consueuerunt. Hoc non iucunditatis historię tantum gratia fit: sed multo magis, ut seculo & gente cognita, intelligi bonitas scriptorum possit. Non enim dubium est, quin neq; temporibus, nec locis omnibus, omnia natura proferre soleat. Et hoc eximium bonum professionis sapientiæ certo tempore & loco semper eminuit. Quæ opinio nullam habet absurditatem: et utilis est legentibus scripta ueterum, ad exquisitiorem quandam & certitudinem, cum aliorum, tum maximè orationis: qua negligentius considerata, magnā aliarum quoq; rerum confusionem incidere necesse est. Nos autem in percensenda quasi historia uitæ, morum, fortunæ Demosthenis, non occupabimur: remittentes uos ad narrationes copiosas aliorum, quæ sunt in medio. Atq; hoc modo excerpemus conueniens proposito interpretationis nostro, Atheniensem illum fuisse, & floruisse his temporibus, quibus eloquentia græca, ultima perfectione conclusa: eaq; ætate, quæ feracissima fuit summorum uirorum, ex quibus nominatim decem Rhetores memorantur, qui quasi de palma eius contenderint. Athenienses uerò sapientia et benedicendi laude præstitisse omnibus, nemini est inauditū, neq; ignotum. Quare ut ipsius singularis excellentia nulla prædicetur, hæc putari possit beneficio seculi ac gentis illius satis esse commendata. Neq; hoc prætereundum, de studio ipsius & industria in discendo, eiusmodi tradita esse: unde intelligitur, non tam ingenio illum & bonitate naturæ, quam labore, diligentia, assiduitate, exercitio, meditatione, tantā admirationem obtinuisse: quod omnia illius, summa accuratione, & sollicitè, quasi ad normam facta atq; composita, declarant. Quinetiam ipse alicubi hac in parte sollicitudinem suam ostentare non dubitat.

De genere scripti cum quæritur, duo ueniunt in disputationem, vnum generale, in quo sunt discrimina orationis, quibus solutam illam dicimus, aut poema. Item horū etiam partes: ut solutæ orationis, disputationes, quarum est sermo, & contētionēs, quarum sunt quæ propriè orationes nominantur: & media quædā inter hanc, & poema, historia. Poematū sunt multæ species, quas hoc loco recensere, ineptum fortasse fuerit. Alterum est peculiare singularum partium, quo consideratur argumentum & modus quidam tractationis illius, itemq; orationis ipsius ratio, quæ græcè *φρασις*, quiq; *χρηστικὴ* dicitur, nec nō compositio. Debent enim hæc ad illud quasi congruere. Ac Demosthenem solutæ orationis, et eius quidem quæ contentiones complectitur, autorem

rem



rem fuisse constat. Huius uero causæ, cuius lectio nobis proposita est, tractatio uersatur in deliberatione, & in dissuasorio. Cuius argumentum tale est.

Fama sparsa erat, regem Persarum exercitum cogere, quem in Græciam traducturus esset. Tumultuari igitur in primis Atheniësis populus, & ad arma concurrere, ut sunt uulgi animi feroces & turbulenti. nec solum concurrere, & defendere se, suamq; ciuitatem, sed cõuocare etiam alias Græcas ciuitates: & extra Græciam, nempe alicubi in Lydia, occurrere Persæ uelle. Instigabant ardentis animos popularium, Rhetorum hortationes, qui pro concione maximis laudibus uehẽtes præclara facinora ueterum, faces subderent cupiditatibus uulgi. Itaq; Demosthenes hac oratione cohercere studet impetum concitatæ multitudinis, non quidem manifeste aduersando (hoc enim in uehementiam mali, & animorum ardorem contrarium esset) sed oblique illos irritatores carpendo. Et ostendendo belli magnitudinem & pericula: nec non tamen subiuciendo apparatus & instructionis rationem, hoc cõsequitur, ut dissuadere eum belligerari cum Persis oportere, nemo possit calumniari. Placatis enim, sedatisq; animis, representatisq; difficultatibus & discriminibus, æquo iam animo ferunt dissuasione mouendi & faciendi belli, cuius ipsi soli & sua sponte autores fuisse uideantur, in tanta præsertim aliarum ciuitatum infidelitate & perfidia.

Capita causæ hæc ferè sunt: Non properandum nimis, sed expectandum principium iniuriarum & belli, quod ab ipso Persa oriatur. Sic enim ad societatem armorum facile adduci sese, alios Græcos passuros esse, cum ipsum periculum coegerit. Quare bellum censet meditandum magis, quam suscipiendum: hoc est, instruenda & comparanda omnia ad illud necessaria. idq; quæ ratione rectissime sit futurum, docet. Est hæc generalis diuisio & partitio orationis. Poema autem nunc uoco, orationem astrictam numeris. ut sunt ea quæ nunc dicuntur carmina, & propriè uersus, cuius appellatio generalior est: nostra lingua dicitur ein Zejl. Propriè autem in carmine dicitur uersus, quia in singulis generibus carminum, siue sit heroicum, siue elegiacum, siue sint Oda, quæ propriè dicuntur carmina, sunt uersuum istorum definitæ comprehensiones. ut,

Arma urumq; cano, Troiæ qui primus ab oris, &c. uersus id dicitur, & nihil illi annecto, quamuis chartæ aliquid superfuerit. Est enim uersus perfectus. In soluta uero oratione non est talis uersus definitio. Sic oratio quæ est astricta numeris, poema dicitur: quia in eo sunt sublimiora & ardua magis, & quasi equis inuehütur. sicut econtra Græci orationem absolutam uocant πειζον λόγον, quasi pedestrem orationem, hoc est, humilitatem, quæ non illis legibus numerorum est deuincta. Solutæ autè orationis sunt tres partes, siue species. una est, Sermo: sic enim eam uocat Cicero. altera est, Oratio: tertia dicitur Historia, quæ mediū inter solutam orationem & poema obtinet. Sunt & hæc generales appellationes: fiunt autem propriæ certarum quarundam rerum. Sermo igitur est disputationum earum, quarum est æquabilis quædam tractatio. Quæ res æquabiliter exponuntur, earum rerum dicimus & intelligimus sermonem: ut sunt philosophicæ disputationes, ut cum Cicero disputat de officijs, de Academicis & Tusculanis quæstionibus, &c. Quarundã uero rerum tractationes exigunt contentione, & illæ nominantur Orationes. ut sunt causæ forenses, & aliæ: ut Oratio pro Milone, Ver-

rinnæ, Philippicæ orationes. In illis autem non seruat æquabilitas. nunc enim extollitur, & illi respondet oratio: nunc indignatur, & inuehitur in aduersarios. & omnino sibi omnis generis affectus propositos & subiectos habet, quibus oratio etiam respondet. Inter hanc est media quædam oratio, quæ dicitur Historia. ea neque soluta oratio est, neq; poema. Subiectis deinde suis speciebus orationi absolutæ siue poemati, quæritur, quid in singulis his partibus, siue speciebus considerandum sit. Inuenitur primū argumentum, deinde modus tractationis: item ipsius phrasid, id est elocutio, quæ est a uerbo φράσις, siue φράσις. Est autem phrasid ipsa dictio. Vix potest planè dici & clarè, nisi in aliquo exemplo. Totius autem orationis ipsa dictio est phrasid, id est, ipsum quoddam filum, & textura orationis. χεραχτήρ deinde dicitur nota, id est, quoddam signum, uel

nota aliqua eminens, in aliqua re. Sic dixerunt in orationibus χεραχτήρ, illam singulariter notatam eminentiam proprietatis. Est enim χεραχτήρ, sicut iam dictum est, illud insigne & eminens in oratione. ut cum sic dicimus: illa oratio est grandis, iam extollitur: aut, illa oratio demittitur, abijcitur, serpit humi. Notantur autem tres notæ, Grandis, humilis, & media. Est etiam in oratione obseruanda illa compositio, id est, illa constructio grata & iucunda, & numerosa, quam tantopere laudat, & tanti facit Cicero cum alibi, tum præcipuè in eo libro qui inscribitur Orator. Cum enim omnia ita sunt constricta, non solum concinnè uerbis & figuris, sed etiam ipsis numeris: hoc quamuis & ipsum pertineat ad usum ueritatis, tamen tale est. ut ab his quamuis modica ex parte, tamen aliqua ex parte, qui sint uersati in scriptis ueterum, intelligi possit, compositio nominatur.

Genus est causæ deliberatiuum. Contradicit enim suadentibus, bellum faciendum Persæ: & callidè dissuadet. non enim planè quiescere Athenienses iubet, sed ita sedere instructos, ut si in expeditionem iamiam sit proficiscendum.



Modesta reprehensio assentantium populo oratorum.

Magnæ res culpa ingenij deterruntur.

Ipsam tēpus res gestas laudat.

Optimus orator, qui optimè reipublicæ consulit.



Propositio: Persæ nō temerè bellū inferēdū esse.

Cōfirmatio, à duobus Græcorū uoluntatibus.

A iusto.

Persa rem auergerit.

Ciuitates sua cōpendia spectant.

Alia ratio Atheniensium, quàm caterarū urbiū.

Epilogus primæ propositionis.

Altera propositio: Athenienses ad bellum instrudos esse oportere.

Reprehendit temerarios et importunos oratores.

Bellum difficile, praelium facile.

VI maiores uestros laudant, Athenienses, deligere sibi materiam dicendi, iucundam quidem auditu, uidentur, sed parum idoneam his quos celebrare uoluerunt. Aggressi enim eas res explicare uerbis, quibus nulla orationis uis sufficiat, ipsi quidem eloquentiæ famam aliquam consequuntur: sed illorum uirtutem longè minorem opinione audientium reddunt. Ego uerò ita existimo, ipsum tempus amplissimam eorum laudem complecti, hoc enim in tanta diuturnitate sua, nullos protulit, qui præclariora facta, quàm illi designassent, sustinere possent. Materiam autem orationis non futuram esse aliam utiliores arbitror, quàm qua exponatur uobis, instructionis & apparationis ratio, qua maxime tuti defensi que esse possitis. Nam ita sese res profectò habet, ut quamuis nos omnes egregij oratores perhibeamur: nihilo tamen meliore in loco res publica sit futura. Sin aliquis, quisquis fuerit, progressus in medium, non solum docendæ, sed etiam persuadendæ optime instructionis rationem teneat, qui que sciat, & qualis & quanta ea esse, & unde confici debeat, demonstrare: iam omnes, quæ uos sollicitat, curam & anxietatem, ademptam uobis esse fateamini. Hoc ego experiar, si possim efficere: ubi paucis prius exposuero sententiam de regio negotio meam. Ego iudico, Athenienses, communem esse, Persarum regem, hostem omnium Græcorum. Sed non ideo consultum duxerim, nos solos bellum aduersus illum suscipere: præsertim, cum ne inter Græcos quidem amicitiam constare uideam, sed nonnullos Persa ipso magis, quàm suis rebus, fretos esse. Quare cum hæc ita sese habeant, causam belli iustam inueniendam: interea omnia quorum usus egeat, præparanda, & huic uni curæ animum intendendum esse censeo. Mihi enim dubium non est, Athenienses, quin Græcia tota, si planum & manifestum fiat, sese à Persa oppugnatum iri, non modò cupide societatem belli initura, sed etiam ingentes gratias nobis actura sit, qui pro ipsorum salute unà cum eis dimicandum esse stauerimus. Verùm hac re inexplorata, si nos alienationis & inimicitiarum autores extiterimus, ualde metuo, Athenienses, ne iam cum illis ipsis, quorum respectu tangimur, confligendum nobis sit. Nam si Persa hac est uoluntate, ut Græciam adoriatur, profectò paulisper compefcet expeditionem belli, ac ciuitatibus quibusdam pecuniam largietur, atque amicitiam offeret. At illæ bellorum suorum successibus prospicientes, & quærentes instaurare detrimenta, hac in cupiditate communem Græciæ salutem negligent, ac despicient. Ad hæc initia, & talem dementiam, nolim deuolui ciuitatem nostram. Neque enim eadem esse ratio potest consiliorum nostrorum de rege, atque aliorum Græcorum. Sed plarisque illorum concessum esse uidetur, ut præ cura priuatarum rerum, negligant Græciæ communitatem. Vobis autem, ne iniuria quidem affectis, honestum fuerit, hoc supplicium ab autoribus illius exigere, ut desertos aliquos in potestatem Barbarorum uenire patiamini. Quæ cum ita sint, uidendum, ne simul nos simus in bello inferiores: simul is, quem inuadendæ Græciæ consilia agitare suspicamur, fidem apud illos amicitiae inueniat. Hæc qua ratione fieri possint, si quæritis, nullam aliam scitote esse, quàm si omnibus copijs ciuitatum palàm delectis & instructis, iusta propter illas animorum nostrorum elatio esse intelligatur. Si qui autem urgent, & uehementer instant cohortationibus, ad bellum suscipiendum, illis hoc responsum esse uolo: Non difficile, neque uirtutis inter consultationes, nec impendentibus periculis, eloquentiæ famam consequi: hoc uerò & difficile & conueniens esse, ut uirtus in discriminibus, prudentia uerò & dicendi uis, in deliberando proferratur. Atque ego in ea sum opinione, Athenienses, ipso uobis erga regem bello, difficultatis plurimum obijci: conflictum autem perfacile futurum esse. Quid ita uerò? Nimirum, quia bellum quodcumque motum fuerit, classem requirit, & pecuniam, & apta loca: quibus omnibus abundare Persam multo maxime, comperio. In conflictibus autem nulla re magis opus est, quàm fortibus uiris: quorum longè maiorem nobis, socijsq; nostris copiam suppetere existimo. Quare nulla ratione nobis committendum censeo, ut bellum inferamus. Ad conflictus uerò ita esse dico



dico instructos nos oportere, ut id ipsum quàm rectissimè fieri posse uideatur. Quod uerò alia copiarum quibus cum Barbaris depugnaretur, natura esset, atq; alia quibus cum Græcis, sanè dissimulari apparatus nostros aduersum regem, regi ue posse desperarem. Cum uerò omnium instructionum natura una, & cum ijdem omnium copiarum sint tituli ac capita, ualere armis quæ hostibus obijciantur, socios tueri, sua bona cõseruare: cur alios quarimus, qui iam habeamus notos & confitentes hostes? Cur uerò non potius aduersum illos instruimur, repulsuri etiam istum regem, siquidem iniuriam ac uim nobis intentarit? Sed uos Græciæ huc ciuitates conuocabitis? At si quæ ille postularint, recusaueritis facere, ab alienatis à uobis nonnullis, sperare quenquam potestis ad imperata facienda præsto futurum esse? Sed nos, inquit, illis oppugnationis regiæ consilia exponemus? Non enim per deos immortales, prouidere ipsos arbitramini? Mihi quidem dubium non est. Nunquam tamen in hoc maiorem metum inesse putauero, atq; in dissensionibus & odijs, cum erga nos, tum inter se illorū. Hoc igitur unum agent legati, ciuitates ut circumeuntes, occinant ubiq; nugarum aliquid auribus concionis. Sin quod nunc censemus, facere uolueritis: nemo tum inuenietur Græcorum omnium, tantopere fretus rebus suis, qui cum uideat habere uos equites mille, legionū quantum libeat, classem nauium trecentarum, non uenturus ultrò sit cum precibus, ut inter hæc salutē inueniat. Ita fit, ut conuocatio à uobis, preces: & si frustrerini, repulsam complectatur. Si autem instructi omnibus rebus, quasi cursum belli inhiueritis: futurū est, ut omnes ad uos deueniant, seq; ut cõseruare uelitis, obtestetur. His & huiusmodi alijs cõsideratis, Athenienses, uehementi & nequicquā prolixè orationi inueniendæ, operā dare nolui. Quod autē ad apparatus celeritatē attinet, & quænam optima illius ratio iniri posse uideret, singulari cum cura & labore quæsiui. Quæcenseo uos cognoscere, & si placeant sententijs uestris, comprobare oportere. Primum igitur & maximū in tota hac re fuerit, Athenienses, ita uos esse animatos, ut quisq; quid ipsum facere æquū sit, libenter quoq; facere uelit. Non enim fugit uos, Athenienses, cum ad cõsilia & decreta uestra hoc accesserit, ut executionē ad se quisq; pertinere duceret, haud ferè opinionē frustratā uos esse. Cum uerò post illa unus alterū spectauerit, neq; sibi in ulla re, sed uicino elaborandū existimarit, nihil unquā esse confectū. Sed si hac uolūtate atq; prõptitudine sitis, facere uos censeo oportere, ut mille ducentorū numerū expleatis: ad duo millia, octingētis additis. hac enim multitudine absoluta, uidef omnino remansurus mille ducentorū corporū numerus, detractis orbis ac pupillis, & his quib. aliqua reipub. prouincia obtigit, itemq; societatis. & defectis. Tum igitur XX designabitur cœtus, quorum quisq; sit corporū LX. ita ut nunc sunt. Hi diuidentur in partes singulatim quinq; quorū unusquisq; habeat uiros XII. sic ut locupletissimis egentissimum quemq; pensetis. Atq; corporū ordinem ad hunc modum instruendum aio. quam quidē ob causam, tum perspicietur, cum totius rei rationē perceperitis. Nauium uerò, ita ut omnibus numero trecentis designatis, uiginti partes & harum faciatis, quarum quæque quindecim suas triremes contineat: de prima centuria quinq;, et de secunda centuria quinq;, et de tertia centuria quinque cuiq; parti attributis. Post hæc sortiantur singuli corporum cœtus singulas quindecim nauium partes, sic quidem ut quisq; cœtus attributas habeat suæ cuique parti triremes tres. His hoc modo peractis, insuper censeo, cum agrī æstimatio sit talentorum sex mille, quo pecuniæ etiā quædam ordinatio sit, distinguendam summā illam in partes centū: quarum quæq; habeat talenta sexaginta. Tum deinde sexaginta talentorum quinq; singulatim partes duendas sorte in unumquemque cœtum ex magnis illis, qui ipse suæ cuiq; parti talenta LX assignet, ut si usus postulet naues centum, suppeditet sumptus talenta LX, & nauarchi sint XII. Sin ccc naues requiratur, sumptus ad xxx talēta crescat, & nauarchi sint VI. Sin autē ccc, ad uiginti talentorū sumptū, & nauarchos quatuor deueniatur. Simili ratione, Athenienses, nauium instrumenta uniuersa distribui oportere: æstimata secundū tabulas partib. uiginti, sortiriq; singulos magnos cœtus singulas partes illas integras. Tum uerò deinde ipsos in suas partes æqualiter diuidere, & uniuscuiusq; partis XII uiros illa exigere, atq; ita triremes, quæ quibusq; sorte obuenerunt, exornatas instructasq; reipublicæ præbere. Sumptus nauium trierarchorum, conficiendorum instrumentorum,

Athenienses sine suspitione uoluntatis pacis, instrui posse. Instructionū natura.

Interna dissensionibus, externi belli metu grauiores. Instructio legationibus, longe potior.

Notat hic Rhetores belli suades.

προπαρρητικῶν, attentio.

Accedit ad exponendam instructionem expeditionis.

Velle fungi officio maxima instructionis pars. Numerus duorum millium explendus.

De numero nauium, atq; instructione.

De nauium instrumentis.



strumentorum, hanc optimam esse rationem iudico, qua & comparari & ordinari omnia posse uideantur. Quia uerò cogantur nauales copiae, nunc deinceps facilem & planam commemorabo. Militiae duces, designent decem inter se uicina loca naualium, circumspeditione diligenti, ubi commodè xxx triremes subduci possint. quo facto, singulis locis attribuentur bini coetus, & xxx triremes, atque sortes consiciantur tribuum, item que trierarchorum, qui sint singulorum naualium. Ita erunt coetus bini xxx triremes singulae tribus. Qui uerò cuique tribui locus obtigerit, is trifariam, similiterque & triremes diuidentur. Post hæc sortes consiciantur tertiarum partium in tribubus, ut singulae tribus naualium obtineant partem unam, illiusque partis tertia quæque pars cuique tertiae tribus parti cedat: cumque usus postularit, mox iam scire licebit, primum quæ ubi tribus præsit: deinde nota & tertia pars erit tribus, & noti trierarchi & certæ triremes. Vna quidem quæque tribus triginta: tertia autem pars illius decem triremes habebit. Atque his ita quasi uia quadam ingredientibus, etsi quid forte hoc tempore uos fugit (uix enim fieri possit, ut inuenta & exquisita omnia teneantur) uiam illa res sibi ipsa suo tempore inueniet, eritque cum uniuersarum nauium, tum unicuiusque partis eadem instructio. Verum de pecuniarum facultatibus atque copijs certis ac manifestis, sentio admirabilia uisum iri eaquæ dicturus sum: Nihilò secius tamē illa dicentur, præsertim cum si quis diligenter consideret, solus ego & ueritatis laudem, & futurorum fidem adeptus esse uidear. Mea ita fert sententia, super sedendum disputatione hac de pecunijs, esse enim copias ingentes, honestas, iustas: quas si nunc exquiramus, appareat tunc desideraturos nos esse: ita longè à comparando, hoc quidem tempore, abfuturi. Tum uerò, si iam quiescamus, omnia abundè habituri sumus. Quid igitur est, quod tunc habituri sumus, quod que hoc tempore nusquam est? simile enim hoc ænigmati uidetur. Ego hoc edisseram. Cernitis totam istam urbem, Athenienses, in hac tantum est pecuniarum, quantum, propè dicere ausim, in alijs uniuersis. Sed harum possessores ita sunt animati, ut si cuncti oratores terrores faciant, cum aduentus regij, tum præsentis, atque ita pro comperto omnia affirmant, ut aliter esse non possint, siquæ adeò totidè cum illis hac de re oracula memorent: non tamen non solum contributuri quicquã, sed ne indicaturi quidem, neque confessuri sint se habere. Sin uerborum minas ad rem conferri senserint, nemo adeò demens est futurus, qui non & liberaliter & primus tributum pendere uelit. Quis enim præoptabit suum suorumque bonorum interitum, tributo unius portionis, quòd pro sua, proque reliquorum salute impendat? Quare affirmo, non defuturas pecunias, tunc quidem, cum uerè opus fuerit, ante quod tempus confici non possint. Itaque ne quærendas quidem prius esse suadeo, ac quicquid hoc tempore paraueritis, aut studueritis parare, id totum ridiculo magis est futurum, quam si nihil penitus sit laboratum. Nam si quis hoc dicat, contributurum aliquem partem centesimam, nimirum talenta sexaginta, uel potius quinquagesimam, id est duplum, nimirum talenta centum uiginti: quid tamen hoc ipsum fuerit collatione ducentorum & mille camelorum, quos regi pecunias portare isti prædicant? Sed uideat hoc aliquis mihi, si uelimus duodecimam conferre partem, nempe talenta quingenta. At uos neque sustinere tantum impendium possitis: neque hoc etiam tributo collato, consultum uestris rebus fuerit. Qua de re alia nos quidem hoc tempore comparemus, ac pecunias dominis suis, ubi optimè sitæ sunt, relinquamus: tum accepturi, cum libenter contribuent. Hæc ita administrari, Athenienses, non modò gloriosum uobis atque utile, sed etiam perquam idoneum nuncium, quod regem in primis terreat, futurum esse uideo. Non enim illum fugit, maiores suos millenam nauium classem amisisse, congressos cum trecentis quondam triremibus, quarum centum nos præbuissemus. qui cum iam audiet, trecentas uos solos habere instructas naues, non facile quauis admodum insanit, pro nihilo ducet inimicitiam ciuitatis nostræ. Cui si animum forte pecunia sustulerit, comperiet in hac quoque re se à uobis superari. Aurum enim aduehit, ut aiunt: sed hoc si sit distributione consumptum, postea desiderabit. Nam fontes quoque ac putei, si quis sepe multatim hauriat, exinaniri consueuerunt. Nobis autem esse impensas, æstimationem agri, ad talentorum sex millia audiet. Quæ defensores esse nos, si impetantur, optimi testes fuerint maiores illius, qui nobiscum in

Mara

De pecuniarum facultatibus.

Urgente necessitate, pecuniam minus grate contribuantur.

Extenuatio tributorum.

Ostendit comositatem sui consilij.

Ab exemplo Xerxis. Atheniensibus pecuniam regis non metuendam.

Non esse metudum, ne Græci cum Persa militent.



Marathone confligere. Dum autem uictoria nostra fuerit, fieri nequit, ut pecuniæ nobis desinat. Neque illud ego, quod quidam uerentur, ne pecunijs affluens Persa, externum militem conducatur, uerum esse existimo. Nam in ea sum opinione, si expeditionem moueat aduersus Aegyptios, Orontem, alios barbaros, non defuturum illi mercenarium Græciæ militem. Non ideo, ut Persa ipsorum ope hostibus suis superior euadat, sed & quisque illius copijs exterminet inopiam suam. Verum secuturos hunc Græcos ducentem in Græciam, non puto. Quod enim se conuertent postea in Phrygiam scilicet transibunt, seruitum Barbaris. Non enim de alia re cum Barbaris certamen est nobis, quam de agro, uita, institutis, libertate, & alijs huiusmodi. Quis igitur inueniatur tam infœlix, qui pro paruo lucello parentes, monumenta, patriam perdere non dubitet? Ego quidem mihi persuadeo, futurum esse neminem. Quin neque Persæ ipsi expedit, externo milite uincere Græciam. per quos enim nos ille uicerit, præstantiores se esse fateatur necesse est. At id non agit nobis superatis, alijs ipse ut obnoxius sit. Sed optat primùm quidem uniuersorum, at si fieri hoc nequeat, eorum saltem, quos in potestate iam habeat, dominus esse. At enim Thebani cum Persa se coniungent. Difficile est apud uos uerba de illis facere. Nam cum illos oderitis, neque uerum de ijs, neque bonum quicquam audituri libenter esse uidemini. Veruntamen æquum fuerit, in deliberationibus rerum maximarum, nullam rationem utilem, nulla de causa præterire. Mihi itaque tantum uidetur abesse, ut Thebani unquam coniuncti cum Persa adoriantur Græciam, ut magnis opibus, si suppetant, redempturos putem tempus occasionemque aliquam, qua priora in Græciam peccata sua corrigant. Quod si quis Thebanorum malam penitus & infœlicem esse naturam arbitrat, nemini hoc tamen obscurum fuerit, si Thebani cum Persa conspirent, inimicos illorum nobiscum facturos esse. Atque hanc ego primùm iustitiæ aciem: deinde illos qui ad eam sese adiungent, facile proditores & Barbaros, si cum omnibus mortalibus confligendum sit, superaturos esse confido. Quare nolite nimium metuere, neque etiam seduci uos sinite, ad ultro Persæ bellum inferendum. Quin etiam, ne aliorum quidem Græcorum quenquam, in timore huius belli esse uideo. Quis enim ignorat omnium, qua bonorum copia potiti sint, quam diu ipsi inter se concordēs, pro communi illum hoste habuere? Postquam autem amicum sibi esse rati, mutuis odijs distrahuntur, in ea mala incidere, quæ execrari qui uelit, excogitaturus non esse uideatur. Nos ne igitur timeamus illum, cuius fortuna et euentus coniunctionem contrariam, alienationem utilem esse declarat? Minimè quidem hæc faciamus, Athenienses: sed iniuriam inferre uitemus, nostra primùm causa, deinde turbulentæ & perfidiæ Græciæ consideratione. Nam si unanimes nos, Persæ soli bellum moueremus, non iniustum duxerim, uel aliqua illum à nobis iniuria affici. Sed cum res aliter se habeat, hoc uobis in primis cauendum, ne quem iuris in Græcia conseruandi, ipsi prætextum suppeditemus Persæ. Si enim quiescamus, qui illi fidem habere uelint, non citò inueniet. Orto uerò à uobis belli initio, nemo erit qui nostrum hostem, non firmum sibi amicum futurum esse credat. Ne igitur, quantopere Græcia laboret, experiri nunc uelit, conuocando, cum nemo affuturus sit: & belligerando, cum uiribus deficiamini. At potius in magna confidentia quiescite, facite que ut tale nuncium afferatur rei: Non ita me dii ament, desperatione ac formidine trepidari, cum in Græcia uniuersa, tum etiam Athenis. Longè enim aliter res est, sed Græcis, nisi perinde turpe ducerent atque ipse sibi honestum, mentiri, & peierare, iam pridem in ipsum irruptiones fuisse facturos: Verum ab hoc abstinere, sua potissimum causa: Orare autem omnes deos, ut eum Persæ furorem immittant, qui fuerit maiorum ipsius, quod si animo hæc ille cœperit uoluere, nequaquam inueniet uos negligenter reipublicæ consuluisse. Neque non uidet, de bello gesto cum maioribus suis, felicitate & amplitudine auctam ciuitatem uestram: antè que illud & in ocio, nulla Græciæ, sicut hoc tempore, ciuitate fuisse præstantiorem. Præterea non latet illum, requiri à Græcis autorem concordia, uel uolentibus, uel inuitis: atque hunc ipsum illato bello, se excitaturum esse sentit. Itaque cum nota, tum uerisimilia audi-

*Artificioſa de  
hortatio.*

*Persæ non expo  
dire, ut Græci  
milite Græciã  
uincat.  
Thebanorũ pro  
ditionem non ef  
ſe metuendam.*

*Etiã ſi Theba  
ni cum Barbaro  
ſe coniungant,  
tamen ipſe eſſe uã  
ſoria.*

*Barbaricum bel  
lum exoptandũ  
potius quã for  
midandũ.*

*Artificioſa de  
hortatio, ne  
Græci Perſarũ  
amicitiã expe  
tant.*

*Diſſuadet, ne bel  
lum Perſæ infe  
rant.*

*Inſtructionẽ A  
thenienſiũ Per  
ſæ fore formida  
bilem.*

*Externis be illis  
intestinis diſſen  
ſiones abolitur.*



Epilogus.

tu illi omnia erunt, quæ nunciabuntur. Sed ne ego, Athenienses, uobis nimium prolixitate orationis meæ sim molestus, memoratis capitibus sententiæ meæ, discedam. Sic igitur censeo faciendum uobis, ut erga uestros hostes instructi sitis. His autem copijs utamini aduersus regem, atque adeo quoscunque, qui uim uobis afferre conabuntur. Principes uerò non este neque dicti, neque facti iniqui. Res quas nos geramus, eæ quidem ne indignæ sint maioribus nostris, non forensi dictioni operam demus. Quæ si feceritis, & uobis ipsis, & his qui diuersa subiiciunt, consulueritis. Serenim fuerit indignatio uestra, si hoc tempore in fraudem atq; errorem sitis impulsæ.

DEMOSTHENIS ORATIO DE  
CLASSIBVS, IOANNE LONICERO  
interprete.

## ARGVMENTVM.

**A**thenienses ciues, ne, priusquam magnus Persarum rex noui quicquã molitur, ad arma prouocent, hortatur. Erant enim persuasi, regem ita inuasurum Græciam, ut nunquam antea. quare circa Lydiam occurrere decreuerant, ut Libanius etiam annotauit. Oratio est generis deliberatiui. Status coniecturalis. Porro consultationem hanc suam, apparatusq; bellicum in tria diuidit: nimirum in triremium præfectos, et facultates ipsorum atq; triremes: deinde in facultates ciuium Athenas incolentium, à quibus sumptû fieri oporteat: postremo in locum, seu naualia. Hoc enim apparatu futurû putat, ut ipsi sint parati occurrere regi: tum regem consternatû iri, ne facile Athenæos adoriatur. Bona pars autem orationis huius in diuisione & multiplicatione uersatur. Quare arithmetices hic necessitas elucet, citra quam hæc sanè oratio intelligi haudquaquam potest.

a Exordium in-  
sinuatione cons-  
tat. Nam conci-  
tatum populum  
non audens aper-  
tè ab institutore  
trahere, arte uti-  
tur, rerum gesta-  
rum ab maiori-  
bus mentione fa-  
ciens, ut eos ad  
uirtutem inhorre-  
teur, ut rectius  
ante factum des-  
liberent.

b Itq; obseruan-  
dum, quòd Dem-  
osthenes orati-  
oni huic ab ana-  
pæsto trimetro  
deficiente, prin-  
cipiû ducat, quû  
inquit, si uis  
περὶ τὴν πόλιν  
ἐπεὶ ἀβλαβεί. Si  
mul autè ab alio-  
rû oratorû (quos  
Athenæum tem-  
poris haud pau-  
cos habuerunt,



**Q**ui maiores nostros laudibus uehunt, ciues Athenæi, orationem mihi eligere uidentur gratam quidem, nec ramen illis commodantem, quos commendant. De rebus enim ordientes dicere, quas nemo sanè pro dignitate accedere possit, aut exprimere uerbis, ipsi certè eo quòd existimatur bene & appositè dicere, gloriam referunt. Virtutem autem, resq; præclarè, nec minus fortiter gestas, minorem uideri apud auditores, quàm putabatur, efficiunt. Ego uerò illorum laudem ex temporis procurfu maximam reddi arbitror, cuius tamen multum elapsum sit, nemo tamè interim mortalium, maiora admittere ac suscipere potuit, quàm illi (maiores dico) re & facto sint persecuti. Ipse autem periculum faciam, ut modum, quo mihi maximè iudicamini posse uos ad bellum parare, indicem. Nam sic se res habet, quod etiam si nos omnes, qui huc ante cõspectum uestrum longè iucundissimum prodire solemus, graues atq; potentes dicendo uideremur: res uestras propterea nihil melius habituras bene noui. Sin quisquam qualiscuncq; fuerit, hanc cathedram conscendens, docere possit, ac persuadere, quæ nam instructio, quantus apparatus, & unde nam conciliatus urbi nostræ commodet, omni præsentem rempublicam metu exuerit. Ego uerò hoc ipsum, si modò uires meæ tulerint, facere tentabo: ubi paucis prædixero, qua sim imbutus sententiâ erga regem. Censeo sanè, communem hostem omnium Græcorum esse regem. non tamen propterea uos adhortabor, ut soli præ alijs, aduersus ipsum bellum moueatis. Neq; enim ipsos Græcos, mutuò inter sese amicitia uinculo omnes colligatos uideo. Verùm nonnullos plus illi fidei adhibere, quàm quibusdam suorum. Arbitror autem ex his, quum talia sint, prodesse uobis, principium belli obseruare, ut iustum sit, & ut apparetis omnia quæ opportuna sunt: hocq; consilij mei argumentum esto. Existimo nanq; uiri Athenienses, Græcos (si modò perspicuum fuerit, & apertum, quòd rex eos adori-

ri ue-  
inter quos Hyperides & Eschines præ cæteris insignes extiteret) reprehensione & imminutione, ab auditorum ita persona beneuolentiam concilians. b A persona maiorum beneuolentiam conciliat. c Propositio, cum docilitate. d Attentio, ἀκούειν ὁμοθυμῶν. e Syllogismus, maior. f Minor, conclusio manifestæst, igitur omittitur. g Hac propositione concedit populo impetum suum, ut quasi iustus esse uideatur. ac statim eos reuocat clanculum, dum eis non tutum esse adferit, solis aduersus tantum arma cedere regem. h Ratio, cur non liceat solis Atheniensibus facere bellum. i A causa dissuadet. k Aliud argumentum à causa, qua statum consultationis exprimit. a Duo monet obseruanda. alterum, ut iustum sit bellum: alterum, ut omnia prius præparèt, quàm adorianiur regem. Antithesi constat hæc bimembris coniectura. b A facto euidenti.



ri uelit) et copias auxiliares præbituros, & magnam simul habituros gratiam illis, qui pro ipsorum salute, & cum ipsis hostem istum propulsent. <sup>c</sup> Sin quicquam, quum isthuc adhuc obscurum sit, cœperimus priores infensi esse nos, ac nonnihil moliti fuerimus: metuo, ô ciues Athenæi, ne aduersus regem solum, uerum etiã contra istos beligerari cogamur, quorum tamen salus nobis curæ erat. <sup>d</sup> Rex nanq; quæ uoluit adsecutus, <sup>e</sup> ubi Græcos inuadere decreuerit, pecunias quibusdam illorum <sup>f</sup> elargietur, amicitiam ita prætexens, illi uerò priuata bella componere in animum inducentes, eo imbuti affectu, publicam omnium salutem negligent. <sup>g</sup> Ad hanc autem turbationem & imprudentiam, admoneo urbem nostram, ne prior sese demittat. <sup>h</sup> Neq; enim eandem <sup>i</sup> & alijs Græcis & uobis sententiam esse uideo, erga regem. Verùm plerisq; illorum contingit, ut dum priuatas suas res administrant, alios Græcos posthabeant. Uobis uerò ne iniuria quidẽ adfectis, ab uim facientibus honestum est hanc sumere pœnam, ut permittatis eos Barbari potentia subiuuari. <sup>k</sup> Quia uerò hæc ita <sup>l</sup> habent, considerandum est, ne nos in bello inferiores reddamur: ne ue ille, quem nos insidiari putamus Græcis, amicus esse credatur. <sup>m</sup> Quo modo igitur hæc contingent? <sup>n</sup> Si potentia urbis explorata & instructa cunctis palam cernatur, ac iusta uideatur cogitare, super hac deliberatione. <sup>o</sup> Temerariè uerò & audacter loquentibus, at nimirum promptè bellum gerere mandantibus, illud dico: Quòd non sit difficile, neque quando consultatione opus fuerit, fortitudinis opinionem sumere: neque quando periculum ingruerit quoddam, operosum est dicere, isthuc arduum uideri. cæterum illud & difficile & conueniens est, periculorum tempore, adeoq; in ipsis periculis fortitudinem commonstrare. In consultatione uerò, posse alijs quiddam sapientius & melius commemorare. <sup>p</sup> Ego uerò ô ciues Athenæi, censeo sanè bellum aduersus regem urbi nostræ difficile: quod uerò omnium unanimi uoto certamè Græcorum, ex bello per regem primum illato suscipitur, facile futurum arbitror. Ecquid ita? Nam omnib. prælijs puto necessariū esse, ut sint instructa triremibus, pecunijs & locis. Quæ omnia illum uberius habere nobis inuenio. Certamina uerò, quæ cõmuni consensu suscipiuntur, nulla uideo alia re adeò indigere, atque bonis uiris. hos uerò tum nobis, tum illis qui nobiscum commune periculum subituri sunt, in maiore esse copia reor. Hanc ob rem nulla ratione uos commonefacio, uti priores bellum faciatis, ad certamè uerò, atque adeò unanimes omnium contentionem, qua regi resistatis, aio instructos uos esse oportere. <sup>q</sup> Quod si alia quædam ratio esset potentia atq; apparatus, quo Barbari arceri à sinib. nostris possent, & cohiberi: alia uerò, qua Græci, meritò iam ex æquo secundum eam formam isti nos instructa acie opponeremus. <sup>r</sup> Postquam uerò totius expeditionis est idem modus, ac eadem oportet esse capita potentia: nimirum, hostes arceri posse, socijs & confœderatis opem ferre, conseruare partas facultates. Quid est quod alios inquiramus hostes, quum habeamus qui palam se ostendant & confiteantur huiusmodi? Quur non instruiamur aduersum istos, atq; ulciscimur nos de illo, si iniurius esse nobis cœperit? <sup>s</sup> Et nunc quidem uocate ad uos ipsos Græcos. <sup>t</sup> Sin quod <sup>u</sup> iubent illi, non feceritis, quippe quum nonnulli ex ipsis non sint perinde uobis beneuoli: quid est quod expectetis, quempiam uestri illis parituro? <sup>v</sup> An quia per loquem ab nobis audient, quod rex ipsis insidietur, cui rei illi non prospiciant? Scilicet id per louem putatis? <sup>w</sup> Ego quidem opinor. sed nondum maior est ille metus, quam qui ex dissensionibus erga uos & inter uos mutuò imminet & emergit. Nihil igitur aliud agent legati, quam quod circumeuntes dicent: Rex insidiatur Græcis, rex insidiatur Græcis. <sup>x</sup> Quod si tum, quæ nunc fieri decernimus, egeritis: nemo ex uniuersis Græcis tantum apud se sapientia clarebit, qui simulatque uideat, uobis mille esse equites, armatos autem pedites quot quisquam uoluerit, naues uerò trecentas: nō ueniat ad uos, preceturq; in societatem uestram recipi, cum tot tantisq; sese tutissimè exstimans conseruatū iri. <sup>y</sup> Proinde ex sequenti uocatione uestra, indigentia proueniet: & si uoti uestri non reddamini compotes, à scopo uos aberrare continget. Sin rerum

uestra-  
pugnandum.

<sup>b</sup> Concessio. <sup>i</sup> Concessionis reiectio ab sequenti inutili. <sup>k</sup> Id est, mandabunt uobis, quæ non placebunt, quare quū uos illis non parebitis, neq; illi uobis morem gerent. <sup>a</sup> Aduersariorum argumentum. <sup>b</sup> Dilutio. <sup>c</sup> Quæ ratione sint parituri ceteri Atheniensibus Græci. <sup>d</sup> Quid præsentē uocationē secutus sit, et quid maturam cum deliberatione consultationē iuxta excepturū, cum primæ propositionis cõclusionē.

<sup>c</sup> Ab obscuro & inconsequenti.

<sup>d</sup> Probatio eius quod dixit.

<sup>e</sup> Rex muneribus alios Græcos ad sese pertrahere potest, ut secum factus feriat contra uos, suamq; ac uestram hoc pacto salutem negligant.

<sup>f</sup> A possibili & corruptela.

<sup>g</sup> Conclusio argumenti ab obscuro.

<sup>h</sup> Ab imminente periculo dilatat epilogum.

<sup>i</sup> Collatio Græcorum aliorum, & Atheniensium metis, cū Antistheni.

<sup>k</sup> Epilogus dilationis.

<sup>a</sup> Non esse temerè per solos Athenienses regi repugnandum, nec regem Græcis amicum esse credendum.

<sup>b</sup> Εξάρτυμα.

<sup>c</sup> Subiectio.

<sup>d</sup> Oratoribus alyls bellū suadentibus, insigni nomine respondet per id dicitur.

<sup>e</sup> A difficultate & facili, discrimen inter bellū est. <sup>α</sup> δύσκολον hic facit. <sup>π</sup> δύσκολον est uel δύσκολον. <sup>π</sup> δύσκολον est difficile. <sup>α</sup> εύκολον est facile.

<sup>f</sup> η γενεαλογία.

<sup>g</sup> Badem est utrinq; apparatus bellicæ ratio, proinde non est, quod differamus bellū. Estq; hoc loci enthymematale. Manifestus hostis est rex Persarū, igitur aduersus eum est

uestra-

pugnandum.

uestra-

pugnandum.

uestra-

pugnandum.

uestra-

pugnandum.

uestra-

pugnandum.

uestra-

pugnandum.

uestra-

pugnandum.

uestra-

pugnandum.

uestra-

pugnandum.

uestra-

pugnandum.

uestra-

pugnandum.

uestra-

pugnandum.

uestra-

pugnandum.

uestra-

pugnandum.

uestra-

pugnandum.

uestra-

pugnandum.



e Docilitas.  
 f Proponit cau-  
 sa statum.  
 g *ἑπιπέρι.*  
 h Primū ad bel-  
 licā *παρασκευάζει*  
 caput, d uolun-  
 tate.  
 i Ratio suar cu-  
 iusq; uirtutis, &  
 fortitudinis.  
 k Manu adhibi-  
 ta, omnia prospe-  
 re succedunt: sin  
 manus amoucas  
 tur, & pro se  
 quisq; in aliū in-  
 tueatur, alijs sem-  
 per quod opus est  
 facere relinquens,  
 nihil fortunati  
 prouenire hinc  
 potest.  
 a *ἰππάρχαι* sunt,  
 qui utroq; paren-  
 te orbatū sunt.  
 b *καρχηδονοὶ* à re  
 publica selecti,  
 ut alantur.  
 c *νομιστῆς*,  
 Harpocratio ci-  
 uis hūc locum,  
 fratres significa-  
 re putat, quorū  
 patrimoniū non  
 sit diuisum. uel  
 eos qui negotiati-  
 onis societate &  
 cōmercia cōtras-  
 hūnt, nec possunt  
 ideo *τριεμίον*  
 præfeturam ad-  
 ministrare.  
 d Mille ducenta  
 taq; corpora in  
 uiginti partes,  
 cuique sexaginta  
 uiros tribuen-  
 do, dissecat. ha-  
 rum præterea ui-  
 ginti classium  
 quamuis, in quib;  
 narios, duodenos complectentem, subdividit. e Prima parte, nempe corporum symmoria absoluta, de nauium partitionibus agit. Ex 300.  
 itaque nauibus uiginti parteis per quindecim constituit: ut uidelicet numerus partitionis nauium, corporum symmoriae respondeat, treis trire-  
 mium centurias tribus pentadibus adiudicando. Porro cuilibet symmoriae uirorum, quindecim nauis: deniq; symmoriae cuius partium, nimio-  
 rum pentadi tres triremes attribuendas censet. f Sexies mille talenta, efficiunt trigestes centena millia coronatorum. Sexies mille per 60 diuisa,  
 faciunt centum. Quinquies sexaginta talenta faciunt centena millia, & 50. millia coronatorum. 60 uerò talenta, 3000 coronatos constituunt. Vt  
 census terræ Atticæ sit diuidendus. g Trierarchi opulentiores fuerunt ciues, qui sumptum facere in triremes cogebantur, publico isto munere  
 reipublica inferuientes: qui ex omnibus trecenti electi erant, ut est annotatum per Libanium in argumento orationis Demosthenis *ἡ ἐπιπέρι*  
*ἀδύνατος*, hoc est, de permutatione. hi si defessi fuissent, ostendere solebant aliquem se ditiozem, quo successore ab suo munere prior liberabatur: sin-  
 aliter inficiaretur sese opulentiozem, cogebatur omnium bonorum suorum cum aduersario facere permutationem. Hic uerò Demosthenes Athe-  
 niensibus mille ac ducentos trierarchas seu triremium principes fuisse dixit, quorum corpora uel in centum triremes per duodecim & sexaginta  
 talenta diuidit, uel in ducentas per sex trierarchas & triginta talenta: uel in trecentas naues, per quatuor trierarchas, & uiginti talenta diducit.  
 h De armis & instrumentis bellicis & nauticis. i Epilogus consultationis de armis.

e Docilitas.

f Proponit cau-  
 sa statum.

g *ἑπιπέρι.*  
 h Primū ad bel-  
 licā *παρασκευάζει*  
 caput, d uolun-  
 tate.

i Ratio suar cu-  
 iusq; uirtutis, &  
 fortitudinis.

k Manu adhibi-  
 ta, omnia prospe-  
 re succedunt: sin  
 manus amoucas  
 tur, & pro se  
 quisq; in aliū in-  
 tueatur, alijs sem-  
 per quod opus est  
 facere relinquens,  
 nihil fortunati  
 prouenire hinc  
 potest.

a *ἰππάρχαι* sunt,  
 qui utroq; paren-  
 te orbatū sunt.

b *καρχηδονοὶ* à re  
 publica selecti,  
 ut alantur.

c *νομιστῆς*,  
 Harpocratio ci-  
 uis hūc locum,  
 fratres significa-  
 re putat, quorū  
 patrimoniū non  
 sit diuisum. uel  
 eos qui negotiati-  
 onis societate &  
 cōmercia cōtras-  
 hūnt, nec possunt  
 ideo *τριεμίον*  
 præfeturam ad-  
 ministrare.

d Mille ducenta  
 taq; corpora in  
 uiginti partes,  
 cuique sexaginta  
 uiros tribuen-  
 do, dissecat. ha-  
 rum præterea ui-  
 ginti classium  
 quamuis, in quib;

narios, duodenos complectentem, subdividit. e Prima parte, nempe corporum symmoria absoluta, de nauium partitionibus agit. Ex 300.  
 itaque nauibus uiginti parteis per quindecim constituit: ut uidelicet numerus partitionis nauium, corporum symmoriae respondeat, treis trire-  
 mium centurias tribus pentadibus adiudicando. Porro cuilibet symmoriae uirorum, quindecim nauis: deniq; symmoriae cuius partium, nimio-  
 rum pentadi tres triremes attribuendas censet. f Sexies mille talenta, efficiunt trigestes centena millia coronatorum. Sexies mille per 60 diuisa,  
 faciunt centum. Quinquies sexaginta talenta faciunt centena millia, & 50. millia coronatorum. 60 uerò talenta, 3000 coronatos constituunt. Vt  
 census terræ Atticæ sit diuidendus. g Trierarchi opulentiores fuerunt ciues, qui sumptum facere in triremes cogebantur, publico isto munere  
 reipublica inferuientes: qui ex omnibus trecenti electi erant, ut est annotatum per Libanium in argumento orationis Demosthenis *ἡ ἐπιπέρι*  
*ἀδύνατος*, hoc est, de permutatione. hi si defessi fuissent, ostendere solebant aliquem se ditiozem, quo successore ab suo munere prior liberabatur: sin-  
 aliter inficiaretur sese opulentiozem, cogebatur omnium bonorum suorum cum aduersario facere permutationem. Hic uerò Demosthenes Athe-  
 niensibus mille ac ducentos trierarchas seu triremium principes fuisse dixit, quorum corpora uel in centum triremes per duodecim & sexaginta  
 talenta diuidit, uel in ducentas per sex trierarchas & triginta talenta: uel in trecentas naues, per quatuor trierarchas, & uiginti talenta diducit.  
 h De armis & instrumentis bellicis & nauticis. i Epilogus consultationis de armis.



diffimē opinor cūm acquiri, tum præparari. Vnde autem hæc & apertè & faciliè imple-  
ri possint, deinceps dicam. Censeo itaq; locos ab ducibus naualium decem deligen-  
dos esse, locos dispiciendo, ut inter sese per triginta, nō multum remoto, sed maximè  
uicino intervallo dislocentur ipsa nauium receptacula. Hæc simulatq; fecerint, duas  
classes, trigintaq; triremes cuius horum locorum attribuendas statuo, deinde accen-  
tere tribus, ac quemlibet trierararchum, secundum quodlibet nauale, ut sint classes duæ,  
triemes triginta, tribus una. ac quemcunq; locum tribus naçta fuerit, eum trifariam  
diducendum censeo. Naues pari ratione. pōst adtribuere illis ternarios, ut quælibet  
tribus constituat uniuersorum naualium partē unam: sectionis autem cuiuslibet ter-  
tiam partem, ternarius complectatur. Nouisse igitur uos hoc modo oportebit, si qua  
re opus fuerit, primū ubi nam tribus collocata sit: pōst, ternariū, tum qui sint trire-  
mibus præfecti, ac quot quantæ uel triemes: nempe quod tribus una triginta trierar-  
chas, quilibet uerò ternarius decem triemes contineat. Quod si hæc ita constituta  
sint, si quid etiamnum prætermisimus (haud enim facile est, omnia iam exactè inue-  
nire) res ipsa sibi suppeditabit, eritq; eadem coordinatio nauium uniuersarum, & par-  
tis earundem. De pecunijs, ac manifesto tributo, inexpectatum quidem sermonem  
esse noui, quem dicturus sum, dicetur tamen. Credo enim, si quis rectè secum hæc re-  
putauerit, me solum & uera, & quæ sint euentura, commemorare uideri. Atqui nunc  
non esse necessarium duco, de pecunijs uerba facere. A desse nanq; tributum, si res ita  
ferat, magnum & pulchrum & iustum: quem si iam quidem inquiramus, non præsto  
esse nobis existimabimus, adeo multum à conquirendo aberimus: sin iam collectio-  
nem intermiserimus, aderit. Qualis autem erit illa contributio, quæ iam quidem non  
est, tunc uerò futura est? Aenigmati enim planè simile est isthuc. Næ uobis illud ex-  
plicabo. Videtis urbem ciues Athenæi hancine? In hac pecunia sunt, quæ cum om-  
nibus alijs propemodum certare queant ciuitatibus. Qui has possident, ea sunt imbu-  
tamente, ut etiam si omnes, qui hic ante conspectum uestrum prodeunt oratores, per-  
terrefaciant eos dicendo, quod rex ueniet, quod iam præsto sit, quod non fieri possit  
ut ista se aliter habeant: ac etiam si uatum numerus, qui diuinis responsis populū con-  
sternit, oratorū multitudinem adæquet, non solum tamen non cōferent, sed ne mon-  
strauerint quidem, neq; cōfitebuntur se possidere. <sup>a</sup> Verūm si quæ nunc uerbis horri-  
fica, re ipsa perfici geriq; senserint, nemo adeo stolidus est, qui non quantum satis erit  
det, & primus contribuat. <sup>b</sup> Quis enim est, qui malit potius seipsum, & uniuersas suas  
facultates perire, quàm partem rerum cūm pro sese, tum pro uniuersis bonis, adeoq;  
reliquis contribuere? <sup>c</sup> Pecunias itaq; tum adesse censeo, quum reuera ijs opus fuerit:  
citius autem haudquaquam. eam ob causam, non commonefacio uos ut colligatis.  
<sup>d</sup> Quæcunq; nanq; iam collegeritis, si colligere uolueritis, plus ridiculū sanè est quàm  
aliud quicquam. Age uerò centesimam aliquis uestrūm partem exigēdam decernet.  
Nunquid sexaginta talenta hac ratione constituentur? Atqui quinquagesimā quisq;  
bonorū suorum pendere & contribuere statuetur? duplicatus sanè census est. Non-  
ne uerò centum & uiginti talenta hinc cōflabuntur? At quid hæc efficient ad ducen-  
tas & mille camelos, quas regi pecunias uehere aiunt illi. Sed fingamus. Est ne cor-  
di uobis, duodecimam contribuere, ut quingenta talenta resiliant inde? At neq; to-  
leraueritis: neq; si tantum deposueritis, dignæ bello pecuniæ conflabuntur. Est itaq;  
necessariū, ut reliqua paretis: pecunias uerò nunc possessoribus suis relinquatis. Nus-  
quam enim cōmodiori uia salus obtinget urbi. Quod si unq; occasio illa uenerit, tum  
suapte sponte censum adferentibus illis, eum accipite. <sup>e</sup> Hæc autem possibilia sunt, o ci-  
ues Athenæi, faciūq; honesta & cōmoda, aptaq; ut regi de uobis denūcientur. <sup>f</sup> Nec  
parum pauoris apprehēdet illum ex hisce. Nouit sanè trecentis triremibus, quarū nos  
centum exhibuimus, <sup>g</sup> maiores ipsius mille perdidisse naues. Audiet præterea trecen-  
tas ipsos uos apparasse triemes. Quocirca non omnino, nec si prorsus quidem insa-  
niat, existimauerit faciliè esse, nostram urbem inuisam facere sibi. <sup>h</sup> Ac etiam si propter  
argenti copiam elatiore sit animo, & hanc tamen imbecilliozem uestra occasione re-  
periet. Ille quidem aurum, ut aiunt, circumuehit: hoc autem si distribuerit, inquirat.  
<sup>i</sup> Nam & fontes & putei deficere solēt, si quis ab ipsis simul omnia, adeoq; multa hau-

NN ferit,

De armamento  
rys, & nauū lo-  
cis decem.

Proponit sese  
de contributio-  
ne pecuniarum  
dicturum, ac sta-  
tim tamen eam  
consultationem,  
uel contributio-  
ne tanisper dif-  
ferendā suadet,  
dū necessitas ad-  
uentantis hostis  
postulauerit.

<sup>a</sup> Quando opes  
suas non sint oc-  
cultaturi Athe-  
nienses.

<sup>b</sup> Ratio cur im-  
pressionē facien-  
te hoste, Atheni-  
enses diuitias su-  
as sint ultro pro-  
laturi, ut quantū  
par est contri-  
buant.

<sup>c</sup> Conclusio con-  
silio, de dilatione  
contributionis.

<sup>d</sup> Quod nō pro-  
fit iam impone-  
re tributum ciui-  
tati, incertum e-  
nim, quanta sum-  
ma sit exigēda.  
Ingens uis gazæ  
regiæ.

<sup>e</sup> Conclusio ar-  
gumentorum de  
instruētiōe Athe-  
niensium, à possi-  
bili, honesto, ue-  
tuli.

<sup>f</sup> Proponit regē  
in trepidationē  
consciendum, si  
talem audierit  
Atheniensium in-  
struētiōem.

<sup>g</sup> Probatio pro-  
positionis ab e-  
xēplis maiorū.  
<sup>h</sup> ad uenētiā.

<sup>i</sup> A simili.

ras probè infirmas  
an sunt, bellè uicini  
nullam quidem rem  
Solliciti ergo con-  
editio & infirmo  
uoluerit, ut  
gitor & maximè  
ne ad rationem uel  
ecorum opponen-  
entes, quod  
quicq; per se con-  
Quæcunq; uero  
i pro se quicq; fac-  
bis cōtingit, ad  
oq; concitatio-  
à millibus circiter  
linem demōstrare  
lius est, qui parum  
Ex his igitur abier-  
t, ut quilibet in  
uis diducit, ubi  
ximè egens ad  
causam ista sic  
Triemes potro  
per quindē  
runda ac ter-  
re quindē  
s adiungere. Quam-  
e talenta continet  
m censo, ita ut  
sexaginta talenta  
triremibus, sum-  
cti duo decim  
tis erunt, sex uero  
it, uiginti sanè  
nt. Eandem ad  
estimates, omni-  
um classium con-  
coiq; suarum par-  
parte, hæc ipsa ex-  
ere, probèq; appa-  
nq; exactionem

e ratione paritatem  
um symoniam respōdit  
nq; symoniam ciui-  
uaturum. Scio mil-  
den, 5000 coronas  
emus exēbentur  
o ueratiōe Demost-  
e ab suo monere  
tionem. Ex uero  
n triemes per  
trierum q; uiginti



f Marathō At  
tica campis, in  
quo Atheniēses,  
instruētis 10000  
ciuum, & Pla-  
taenſibus auxi-  
liarijs mille, ad-  
uerſus ſexcenta  
millia hoſtium in  
praelium egre-  
diuntur, ut iuſti-  
nus in ſecūdo ha-  
bet. et poſtea ſub-  
dit: Ducenta mil-  
lia Perſarum eo  
praelio ſine nau-  
gio amiſerunt.  
Herodo. In ea ad  
Marathōnē pu-  
gna ceciderunt  
ſex millia uirum  
& quadringen-  
ti, Atheniē. 102.  
g. Alia reſuſci-  
tio, quod Perſa  
nō poſſit magnā  
externi militis  
manū colligere.  
h Græcum mili-  
tem ei non pro-  
futurum.  
i Thebanos non  
auxilium lau-  
ros regi.  
k Gnome, qua  
mitigat odiū A-  
thenienſium in  
Thebanos.  
a A cōtrario per  
antiſenagogen.  
b Bellum nō eſſe  
metuendum col-  
ligit.  
c Ratio propoſi-  
tionis per Anti-  
theſin.  
d Ab experien-  
tia, ab legitimo  
& honeſto.  
e Subiectio.  
f Ab iniuria in-  
ferenda dehorta-  
tur.  
g Hoc eſt, ne iu-  
dicāſſem quidem  
uos iniurios eſ-  
ſe regi: tantū ab  
eſt, ut uetiſſim  
omnino queſcē-  
dum Græcis.  
h Ratio quietis.  
i A cōſequenti.  
k Ab inutili.

ferit. Nobis autem cenſum regionis huius occaſionē eſſe, ad ſexies mille talēta audiet,  
A qua terra quomodo Perſas, quum hanc inuaderēt, repulerimus, qui in Marathō-  
nia pugna ceciderunt maiores eius maximē nouiſſe queant. tantisper autem, dum te-  
nuerimus ciuitatē noſtram, non eſt q̄ pecuniæ nos deficiāt. <sup>g</sup> Inſuper, neq̄ q̄ nonnul-  
li metuunt, externorū militum ingentes copias ipſum cōſcribere: ut qui pecuniarum  
abundē ſatis poſſideat, uerū mihi eſſe uideat. Exiſtimo quidem ad Aegyptū & Oron-  
tem, & quosdā alios Barbaros, pleroſq̄ iam Græcorū uelle ſtipendiū facere apud illū,  
non ut ille horū nonnullos capiat, ſibiq̄ in poteſtatē redigat: cæterum ut abundantia  
quandā quilibet ſibi poſſidens, a præſenti paupertate liberet: apud reliquā aut Græ-  
ciam, neminē iſthuc uelle arbitror. Quorſum aut ſe tandem ipſe uertet? in Phrygiā  
profectus ſeruiet. Non enim pro alia quapiā re bellū aduerſus Barbarū ſuſcipitur, q̄  
de regione & uita & morib. & libertate, omnibusq̄ talibus. Quis igitur ad eō eſt in-  
fortunatus, qui ſeipſum, parentes, monumenta, patriā, exigui lucri gratia prodere ue-  
lit? Ego profectō. <sup>h</sup> Ego ſanē neminē fore puto. Neq̄ porro prodeſt ei, exteros tenere  
Græcos. Noſtri enim uincere conſueti, illo iam olim præſtantiores ſunt. Sed num ille,  
ſi nos nō uincat, alios accedet, pro auxilijs accerſendis? Maximē omniū. Si uerō neq̄  
hoc ſucceſſerit, ſeruis ſuis, quos habet, dominabitur. <sup>i</sup> Si igitur quiſpiā exiſtimet, The-  
banos eius partes ſecuturos, difficile nobis eſt hac de re uerba facere. quia enim odi-  
ſtis ipſos, neq̄ ueri quicq̄, neq̄ boni quicq̄ de ipſis audiueritis. <sup>k</sup> Enim uerō precium  
eſt operæ, eos qui de arduis rebus deliberant, nullam cōmodantem rationē aliqua ra-  
tione prætermittere. <sup>a</sup> Tantū itaq̄ ego abeſſe opinor, ut Thebani cum rege Græcos  
inuadant, ut uel multis, ſi fieri poſſit, pecunijs emant, nō nihil ſibi occaſionis dari, quo  
priora aduerſum Græcos delicta diluant. Sin quis omnino Thebanos ad eō calamito-  
ſos putat, illud iam ſanē omnes noueritis, q̄ ſi Thebani quæ ſint in rem regis tenta-  
rint, neceſſariō eorum hoſtes, quæ ad Græcorū ſalutem pertineant, cogitare. Puto aut  
hanc ordinatiōnē iuſtitia & æquitatis noſtrā, ac eos qui hanc ſuſceperint, proditorib.  
iſtis & Barbaro, imō quibuslibet alijs hoſtibus eſſe præſtantiores. <sup>b</sup> Quare neceſ-  
ſum eſt, uos ultra mediocritatem haudquaq̄ expauere: neq̄ perſuaderi, ut priores  
cieatis bellum, atq̄ neq̄ aliorū Græcorum quenq̄ meritō, hoc belli metuere uideo.  
<sup>c</sup> Quis enim ipſorū ignorat, q̄d tantisper dum illum publicū hoſtem ſuſpicati, unani-  
mes inter ſe manebant, <sup>d</sup> minimē paucorū bonorū domini ſunt conſtituti: quando ue-  
rō amicū ipſum ſibi putantes eſſe, mutuis inter ſe diſſenſionibus flagrarunt, quanta  
ne execrans aliquis eos, non excogitaſſet, tanta ſunt perpēſi mala. Deinde quem for-  
tuna numenq̄, amicū inutilem, cōmodum uerō hoſtē declarat, iſtum nos metuimus?  
<sup>e</sup> Nequaq̄. <sup>f</sup> At enim ne iniuriā primi inferamus, cum noſtri cauſa, tum ob aliorū Græ-  
corū turbationē & ignorationē, qua quid agatur nō tenent exploratū. Nam ſi liceret  
unanimiter iunctis Græcorū copijs uniuerſorū, ipſum ſolū inuadere <sup>g</sup> ne iniurios qui-  
dem uos contra illū poſuiſſem. Quū uerō hoc ita ſeſe non habeat, obſeruare puto nos  
oportere, ne occaſionē demus regi, q̄d iuſtum ſit, pro alijs Græcis inquirēdi. <sup>h</sup> Sin uos  
quieti māſeritis, ſuſpectus ſit neceſſe eſt, huiusmodi quicq̄ tranſigēs. <sup>i</sup> bellum autem  
uobis prioribus facientibus, haud immeritō cæteris Græcis amicus uideri uelle poſ-  
ſit: propter inimicitia, quam erga uos gerit. <sup>k</sup> Ne igitur conuincatis, q̄ Græca malē ha-  
beant, dum conuocatis eos, quibus nō perſuadebitis, bellumq̄ gerentes, quando nō  
poteritis. <sup>a</sup> Verū eſtote quieti, confidentes, uosq̄ apparantes. ac uelit is annunciari  
de uobis apud regem, non (ita me Iupiter amet) q̄ hæſitent, aut trepident, aut turben-  
tur oēs Græci, & Athenæi propemodum: <sup>b</sup> ſed q̄ niſi æquē turpe eſſet Græcis & men-  
tiri & peierare, quemadmodum illi pulchrū & honeſtum, iam dudū aduerſus ipſum  
proficiſceremini. in præſentia uerō id non facietis, ueſtri ipſorū cauſa. <sup>c</sup> Precamini aut  
Deos uniuerſim oēs, ut eandem accipiat dementiā ipſe, qualē olim maiores ipſius ha-  
buerunt: atq̄ hæc uſuueniat, conſiderare ipſum. ſic fiet, ut haud nequicq̄ uos delibe-  
rantes inueniat. Ex bellis ſanē aduerſus maiores ſuos geſtis, nouit is, urbem noſtram  
ſœlicem & auguſtam redditam. Ex quiete autem quam ante ea bella geſſit, nullam  
Græca-

a iniuriā inferere cum Antitheſi. b A' federe & legitimo. c dicitur, ut rex maiorum ſuorum inſœlicem pugnam ſecum reputet, orat.



<sup>a</sup> Græcarum aliarum urbium adeò exuperasse, quantum nunc. Porro Græcos animaduertit indigere, uel uoluntario uel inuoluntario reconciliatore. Illum ipsum autem nouit apparere eis, si bellum cieat. Quare & cognita & credibilia ab nunciatis, ipsum audire contingeret. <sup>b</sup> Sed ne, uiri Athenienses, æquo prolixius dicendo nimium uos inturbem, capita de quibus deliberamus repetens, abibo. <sup>c</sup> Instrui sanè, & commodè præparari uos aduersum præsentis hostes iubeo: arcere etiam cum regem, tum quosuis, si iniurijs esse attentauerint. Hac potentia cenfeo opus esse. dominari uerò in neminem, neque uerbo neque opere iniusto. considerare deinceps, ut opera nostra respondeant maioribus nostris, non orationes, quæ ex cathedra dicuntur. Quòd si hæc feceritis, & uobis ipsis, & diuersum suadentibus, utilia perficietis. Non enim iracundia in istos concitabimini <sup>d</sup> in posterum, si iam nunc contra eos delinquantis.

*Ab iniuria cauendum. Quintum, non orationum splendorem considerandum, sed enim maiorum facta fortia sanè imitanda. d Si oratoribus ceteris bellum suadentibus Athenienses obtemperant, ac priores lacesant regem, penitebit eos facti: simulatq; senserint incommoda sua, indigna buntur oratoribus, qui illis persuaserant. Verum si iam aduersum huiusmodi oratores delinquant, hoc est, si illorum consilio posthabito Demosthenem sequantur, peccabunt quidem in alios, sed isthuc peccati cedet in reipublicæ salutem.*

*a Ab inconfectu, à personarum exploratione regis. b Propositio perorationis. c Caput primū, ipse apparatus. Secundū, regem et hostem nimium arcendum. Tertium, classes trierarcharū nauium, & nauis lium. Quartum,*

## DEMOSTHENIS ORATIO DE RHODIORVM LIBERTATE, CHRISTOPHORO Hegendorphino interprete.



**A**RBITROR uos, ô uiri Athenienses, de rebus magnis, grauibus, consilia ineuntes, oportere cuilibet dare libertatem consulendi quæ uelit. Ego uerò non unquam magni negotij esse putauī, uos quæ optima sunt, docere. Ut enim quod sentio simpliciter dicam. Omnes mihi quæ facta opus sint, compertum habere uidemini: sed persuadere, ut quæ optima uisa sunt, factis exprimatis, difficile existimaui. Postquam enim aliquid uobis optimum factu uisum est, & communibus suffragijs decretum, tantum abest ut fiat, quantum aberat, priusquam uobis faciendum uideretur. Inter alia uerò, quorum nomine uos dijs gratias debere cenfeo, hoc unum est, quod ij qui non ita diu cum summa illorum contumelia bellum uobis intulerunt, nunc in uobis solis salutis suæ spem ponant. Id quod cum alijs, tum isto tempore dignum est, quod animaduertatur. Si enim consilia, quæ oportet de re illa diuina, quod aiunt, uirgula, uobis oblata ceperitis, execrationes, quibus plerique nostram urbem detestati sunt, ipso facto, cum clara nominis uestri gloria diluere contingeret. Conquesti enim sunt Chij & Byzantij, & Rhodij, nos ipsis insidias ponere, & ideo bellū hoc postremum aduersus nos adornarunt. Porro certum est Mausolum, cuius & ductu & suasu omnia geruntur, qui se amicū Rhodiorum esse simulat, ipsorum libertatem ablaturum. Chij uerò & Byzantij ostentantes se Rhodijs communi belli fœdere obstructos, rebus ipsorum adeò afflictis nulla ope succurrunt. At uos qui illis timori fuistis, soli omnium salutis ipsis autores estis. Id quod si omnibus quaquauersum populis innotuerit, hoc futurum est, quod multi in nullis non urbibus, certissimum salutis ipsorum signum habituri sint, si illis uobiscum amicitia intercedat, quo ecquod maius bonum nobis accidere poterit? quàm quod tam multorum & quidem ultro neorum amicitiam non prouisam adipiscimur. Ceterum hoc mihi mirum uidetur, quòd uideo Byzantios iuxta ac Chios, Aegyptiorum salutem consulentes, ut urbem illorum sibi deuincirent, diuersum adeò à sententia regis facere. In Rhodij uerò populi libertate recuperanda, illum ipsum uirum formidare, cum illos Græcos esse, omnes exploratum habeant: hos uerò in imperio regis dispersos, neminem lateat. Nec opinor, plerosque uestrum fugere, quod cum de negotijs regis consilia conferretis, ego primus in medium progressus consuluerim, & ni fallor solus, aut certè secundus dixerim, uos mihi sapere uideri, si non propter oblatam uobis armorum & reliqui apparatus belli occasionem, cum rege inimicitia ansam quæreretis, sed præpararetis

NN 2 uos,



uos, aduersus inimicos, si qui emergerent: arceretisque regem illum, si uos iniurijs onerare aggrediretur. Et hæc quidem dixi. Vobis uero non rectè dicta putabant: quamuis uobis hæc quæ à me dicebantur, cordi erant. Quod uero id temporis dixi, etiamnum dico. Si enim rex me in consiliorum suorum ordinem cooptaret, non aliter ipsi consulerem, atque uobis consului, nimirum ut pro rebus suis ipsius asserendis, bellum conferret, si quis Græcorum illi aduersari uelit. Porro illorum, quæ sibi minime conuenirent, nec imperium uendicare æquum esse. Si igitur, uiri Athenienses, penitus cognouistis, quàm uiribus rex ipse creuerit, nimirum quòd aliquos in urbibus anteuertat, quod furo factò, aliquos in urbibus commorantes, suis bonis exigat: non rectè, ut mea fert quidem sententia, cognouistis. Siquidem uos citra huius operam subsidiariam, nec ius uestrum belligerando tueri posse, & æqua, iniqua, ab illo tolerari oportere putatis. Principiò hoc minus illius auxiliarijs copijs uobis pus erit, quanto magis ea quæ supra de rege dixi expenderitis. Deinde, quæ oportet, sapere uidebimini. Enim uero quòd nihil noui in præsentiarum dico, dum iubeo, ut Rhodios in libertatem uindicetis: neque uos etiam, si à me persuadeamini, facietis: ego uobis memoriam illorum, quæ olim facta sunt, & quæ olim tulistis, renouabo. Vos ô uiri Athenienses, aliquando Timotheum emisistis, ut Ariobarfanem bello adiuuaret, decreto adiungentes, ne fœdera cum rege disrumperet. Ille uero cum Ariobarfanem à rege manifestò desciuisse conspicatus esset, insulam Samum à Cyprothemide, quem Tigranes regis præfectus, illic collocarat, præsidijs munitam esse, Ariobarfani non auxiliarem in bello operam præstare improbum duxit. Samum uero insulam obsidione premens, & bello cum Tigraue commisso, liberam reddidit: & in hodiernum usque diem, propter hoc Timothei factum non ullum belli incendium exarsit. Non enim ullus tam ferociter pro rerum pomærio propagando, quàm pro rebus, quas aliquandiu possedit, in possessione retinendis bellum gerit. Si rebus nostris aliquid decedere uideatur, pro uiribus nemo non belligeratur. At uero ubi pro rerum ipsarum finibus dilatandis decertatur, non itidem uires intenduntur omnes. cupiunt quidem multi, si illis liberum est, rerum suarum fines latius circumscribere: sed si prohibeantur, nulla iniuria se ab illis qui illorum conatibus obstiterunt, adfectos existimant. Et cum nec Artemisia uxor Mausoli, urbe uestra in armis existente, obstare mihi uideatur, quo minus Rhodijs succurratur, pauca, ubi à me dicta audieritis, æqua lance perpendite, an bene hæc, an malè animo reputem meo. Hoc mihi uidetur, quòd, cum rex in Aegypto nihil non, quod uelit, faciat, Artemisia manibus pedibus conetur, quo ipsi insulam Rhodum uendicet: non quia regi adeò bene uelit, sed quòd apud illum, qui iam prope illam in locis finitimis commoratur, magni beneficij gratiam inire cupiat, ut quàm familiarissimè ipsa à rege domum redeunte amplexetur. Ad hoc, cum rex, ut prædicatur, in Aegypto sedulò quidem omnem moueat lapidem, sed ijs quæ aggressus est, frustretur: censeo ego Artemisiam, putare hanc insulam, uel unam, regi, præsentis rerum statu, utilem esse, ac imperij ipsius repugnaculum, adeò firmum, ut nullo modo ullis hostium insultibus concuti possit. Proinde hæc mea est sententia, uos magis quàm regem posse illam insulam occupare, cum propter alia, tum ob id maxime, quòd non manifestò illi est dedita. Nec uero arbitror Artemisiam ullo auxilio affuturam esse. quod si fecerit, malè & prauè fecerit. deinde & regem quicquid tandem molietur (non enim per Iouem mihi dicere integrum est) probè noui. E' re igitur urbis nostræ est: an potius urbe Rhodiorum, an non. id quod à me argumentis manifestum esse factum, affirmarim. Non enim solum cõsilia capienda sunt, ut Rhodij uobis uendicentur: sed & uestre ipsorum salutis, & omnium consulendum Græcorum est. quamquam nonnunquam uobis autor fuerim, ut per eos Rhodios qui iam in urbe commorantur, urbem capiatis, neque etiam, si se omnia facturos esse promittant. Principiò enim uideo, quòd illi populum pessunderint, aliquos iam ciues iterum in urbem recipientes: deinde ubi hæc fecerint, de integro eos ex urbe eijcientes. Illi uero, cum nullis fidi fuerint, qui nam uobis constantes in bello socios fore putauero? Et hæc quidem



dem non dixerim unquam, si è re Rhodiorum tantum esse existimarem. neque enim illorum uirorum in mea domo diuertit ullus, nec ego hospes priuatim apud uillum diuersatus sum. & licet utraque hæc essent, tamen non dixerim, nisi uobis quoque commodum esse putarem. Porro congratulor Rhodijs, ob ea quæ illis acciderunt, si modo hoc fas mihi est, qui ipsorum salutem patrocinator, dicere: congratulor, inquam, quod studio auferendi uestra præ inuidia quadam aduersus uos, libertatis ipsorum iacturam fecerint. & decorum erit ipsis Græciæ populis, maxime uobis, qui inter illos principes estis, ut ex æquo auxiliarem in bello operam commodetis Rhodijs, qui seruiunt barbaris & seruis, quos in arces intromiserunt. Quid? quod penè dixerim, quod hæc mala Rhodijs acciderunt, ut uestræ erga illos uoluntatis documentum daretis? Rhodij dum fœlices erant, nescio an unquam rectè sapere uoluerunt. Iam uerò re ipsa experti & edocti, amentiam multorum malorum multis autorem esse, faciliè, si quod uoluerint, obtigerit, posthac prudentiores futuri sunt. Ut sapiant posthac, istam calamitatem, qua iam premuntur, non parum adiumenti esse arbitror. Et ut quid uelim, intelligatis: Hoc uolo, ut omnis detur opera, quo uiri hi seruentur. Nec uolo uos iniuriarum præteritarum memoriam refricare, animo reputantes, quod & uos non raro ab illorum insidijs ludificati sitis. Vos sanè nihil, quod in uos commissum est, dignum esse putaueritis, ob quod poenam dent. Et illud o uiri Athenienses uidete, quod uos multa bella gesseritis, & aduersus populi imperium, & paucorum dominationem. Et hoc uel ipsi exploratum habetis: sed quorum nomine aduersus utrosque uobis bellum gestum sit, hoc fortasse nullus uestrum reputat. Quorum igitur nomine tot bella sæpè exhausimus? dicit aliquis. Audite. Aduersus quidem populos bella gesseritis, aut dimicantes de priuatis criminibus, quæ publicè dilui non poterant: aut de terræ parte, aut finibus, aut de gloria, aut de principatu: aduersus uerò paucorum dominationem, pro nullo, iam à me enumerato, bellum uobis gestum est, sed pro reipublicæ statu, ac libertate recuperanda. At uerò ego quidem non grauabor dicere, me putare magis è re uestra esse, uniuersos liberos Græciæ populos uobiscum bello decernere, quam illos primates, penes quos totus imperij cardo uertitur, uobiscum amicitia iunctos esse. Nam uos cum populis liberis, non ita magno negotio, quando cunque uolueritis, pacis fœdera inire posse arbitror. Cum paucis uerò imperij primatibus nec firmam amicitiam esse puto. nullo enim pacto pauci, qui multis imperitare ambiunt, ijs qui ex æquo iure uiuere constituerunt, bene uelle possunt. Porro miror nullum uestrum reputare, quod cum apud Chios & Mitylenæos, & iam Rhodios, penes paucos imperij summa sit: & cum penè dixerim omnes populi sub seruitutis iugum missi sint, non & uestram rempublicam aliquid simul periclitari. Miror quod nec hoc quis perpedit, quod nulla ratione fieri potest, ut, si aliæ urbes uniuersæ in paucorum principatum redactæ sint, uester populus liber esse permittatur. Compertum habent illi libertatis populorum osores, nullos alios populos, iterum ad libertatem recuperandam arma sumpturos. A quibus uerò illis aliquid malè accidere posse existimant, hos funditus subuertere uolēt. Cæterum alios quidē, qui in quosdam ciues iniurij sunt, hostes ipsorum, qui iniurijs afficiuntur, existimare oportet. At illos qui rempub. pessundant, ac è libertate in paucorum dominationem traducunt, communes admoneo ut hostes habeatis. Nam omnes libertatis cupidi estis. Deinde & iustum est, o uiri Athenienses, uos liberos ita adfectos uideri erga populos infortunio oppressos, ut alios erga uos adfectos uolueritis: si, quod omen dii auertant, tale quid contingeret. Etenim quamuis quis dicere posset, Rhodios meritò tantis malis expositos esse, tamen isto tempore istud dici non conuenit. Mea hæc est ratio, illos qui prospero fortunæ statu utuntur, oportere semper optimè uideri uelle his, quibus fortuna reflat. Siquidem quid futurū sit, omnib. hominib. ignotū est. Ego quidē hic nō raro aliquos dicere audio, qd cū urbs nostra olim periclitata sit, pleriq; illā seruare cōmunibus cōsilijs statuerint. Ex quib. ego in presentia solū Argiuorū, & quidē paucis, mentionē renouabo. Nō enim uelim uos, qui semper cōmendati estis hoc nomine, qd infortunio laborantes seruaretis, in hac re Argiuis inferiores uideri: qui cum



regionem, regioni Lacedæmoniorum finitimam habitarent, & illos terra iuxta ac mari potitos conspicerent, non moram interposuerunt, non reformidarunt erga uos beneuoli uideri, quid? quod cum legati aliqui è Lacedæmone, ut prædicant, profecti, aliquos ex uestris profugis postularent, communibus suffragijs decreuerunt, ut nisi ante solis occasum abeant, se illos hostium numero habituros. Iam ô uiri Athenienses, an non turpe erit, cum multitudo Argiuorum non imperium Lacedæmoniorum illis temporibus formidaret, neque fortitudinem, si uos Athenienses Barbarum hominem, maximè si fœminam formidaueritis? Atqui Argiui negare non possunt, se non rarò à Lacedæmonijs uictos, uos uerò regem sæpenumero uicistis. Victi estis, ne semel quidem, nec à seruis regis, nec à rege ipso. Quod si rex urbe potitus est, aut pessimos quosque Græcorum & proditores ipsorum pecunia corrumpendo potitus est, aut nullo modo aliter potiri potuit: quamquam nec hoc quidem ipsi contigit. quinetiam comperietis ipsum, urbem Lacedæmoniorum omni suo robore exuturum, & de imperij sui summa, bello aduersus Clearchum & Cyrum sumpto periclitaturum. Neque uerò manifesto Marte unquam uicit, nec per insidias sibi uincere contigit. Video plerosque uestrum, Philippi quasi regis nullius precij sæpenumero curam abijcere. Regem uerò Mausolum quasi inimicum uiribus pollentem, in his quæ sibi elegerit, formidare. Quod si illum, ut homuncionem leuis monetæ, non arcemus, huic uerò, ut formidando omnia concesserimus, aduersus quos ô uiri Athenienses signis collatis pugnauerimus? Non desunt apud nos rhetores, qui oppidò quàm grauius dicunt, pro alijs aduersus uos, quibus ego consiliùm dederim, ut tam grauius, tam eloquenter pro uobis aduersus alios, quæ iusta sunt, dicere meditentur: ac ut ipsi, quæ recta sunt, primi factis declarant. Admodum enim absurdum est, aliquem uos quæ iusta sunt, docere, ipsum uerò non iustitiæ officijs occupari. Nec est iusti ciuis, in meditato quidem habere orationes contra uos, sed nullas quæ in rem nostram esse possunt. Agite igitur per deos, perpendite. Quid uerò tandem rei est? In Byzantio nullus est qui doceat illos, ne Chalcedonem occupent, ut quæ regis quidem est: uos uerò occupatis eam, & non honestè ab illis occupari potest. Nullus est qui doceat, ne urbem uestram Sylimbriam, aliquando belli sociam, ipsis tributariam faciant, & ne regionem istam Byzantij sibi ascribant, præter iuramentum & pacta, in quibus liberi esse populi scripti sunt. Neque dum Mausolus in terris superstes est, neque ubi in fata concesserit, Artemisiam ullus docturus est, ne Coum & Rhodum, & alias urbes Græciæ occupet: quarum urbium, fœderibus cum Græciæ populis initis, & rex illarum dominus, & pro quibus Græci, qui quondam floruerunt, multa pericula, præclara certamina exhauserunt, non stetit. At uereor, quòd non dicitis, ut æquum est, audituri sint, etiam si de utrisque aliquis dicat. Ego uerò æquitati consentaneum esse duco, ut populum Rhodiorum exulem in patriam reducamus. Quinetiam etsi æquitati non consentaneum esset, tamen quando ea quæ faciunt, aspicio, conuenire arbitror, ut admoneam uos, quòd populum extorem in patriam restituantis. Cur ita? inquiet aliquis. Nimirum quòd cum nulli non populi, quæ iusta sunt, facere uelint, nos solos non uelle turpe, futurum sit: tum quòd quando alij uniuersi in hoc se accingunt, ut iniurijs homines grauare possint, nos solos, nullius rei ratione habita, iustitiæ studia præ nobis ferre, non iustitiam, sed fortitudinem arbitror. Video enim uniuersos ad præsentem uim ferri, & ea quæ iusta sunt, uelle. Cuius rei exemplum uobis omnibus cognitum commemorare possum. Sunt duo fœdera, quorum urbs nostra autor est, quæ Græci cum rege iniuerunt, quæ nulli non laudibus tollunt: & postea Lacedæmonij, qui quæ accusant fœdera, eadem laude ferunt. In his uerò utrisque nonne hæc iura comprehensa sunt? Priuati in Republica iuris, leges, communem & æquabilem potestatem, & è mediâ plebe populis & primatibus concesserunt. Iuris uerò publici optimates, infimatibus finitores constituti sunt. Cæterum cum iura uobis & scire & condere contigerit, ut & factis ostendere in uobis sit, considerandum est. Ut uerò quæ iusta sunt, factis exprimatis, hæc remedio fuerint, si animum induxeritis uestrum,



uestrum, uos libertatis omnium cōmunes præsides esse. Nō iniuria quidem mihi maximi negotij esse uidetur, ut uos quæ decora uobis sunt, factis ostendatis. Nam cæteris hominibus unum certamen aduersus hostes manifestos propositum est, quos si uicerint, nihil obstat quo minus rerum potiantur. Vobis uerò, ô uiri Athenienses, duo certamina cōstituta sunt: alterum quidem, quod & alijs. Accedit & alterum illo iam dicto & prius & maius. Etenim oportet uos uelle uincere eos, qui apud uos cōstituerunt ea facere, quæ urbi uestræ exitio futura sint. Cum uerò tyrāni isti, Reipub. uestre oppressores, adeo inualuerint, ut per hos nihil eorum quæ decent, fieri sine magno labore, & ut dicitur, citra puluerem, possit, uestrum multos toto cælo deerrare contingit. Faciunt & forsitan priuata commoda, quæ pleriq; accipiunt, ab illis qui mercede homines corrumpunt, quod multi intrepidè istum reipub. statum eligunt. Quinetiam & quis culpā perturbati ordinis reipub. meritò in uos transferre posset? Oportebat enim, ô uiri Athenienses, uos eam de Reipublicæ ordine sententiam habere, quam de ordine militari habetis. Et quæ ista sententia est? dicet aliquis. Audite, uos illum qui ordinem sibi à duce exercitus destinatum deserit, infamem esse oportere putatis, & indignum qui cum ullo rerum communium particeps sit. Oportet igitur & eos qui ordinem reipublicæ, à progenitorius uestris traditum, deserunt, & qui rempublicam sub paucorum principatum detrudunt, in ordinem redigere, & honore uobis cōsulendi priuare. Tam uerò ipsos inimicos sociorum belli, & amicos uobis iuramenti fœdere obstrictos, putatis uobis bene uelle, quàm quos maximè. Inter reipublicæ moderatores, quos manifestò urbis uestre hostes destinatos esse compertum habetis, hos fidelissimos existimatis: sed non difficile est inuentu in uobis, quod quis damnet, & alia quædam ob quæ quis uos obiurget. Cæterum excogitare quibus rationibus, aut quibus factis ea in pristinum gradum reponantur, quæ iam suo mota sunt loco, hoc opus, hic labor est: nec forsitan hoc præsens tempus patietur. At si quæ proposita uobis sunt, honesta quadam ratione corroborare poteritis, & alia forsitan singulatim se melius habitura sunt. Ego uerò uestri officij esse arbitror, strenuè harum rerum satagere, facere quæ urbe uestra digna sint: illud animo reputantes, quod gaudio uobis sit, si quando audiat progenitores uestros laudari, & quæ olim gesserint narrari, & illorum uexilla commemorari. Agite ciues, putate progenitores uestros, hæc apud uos deposuisse, non ut illorum facta, uexilla spectantes, admiratione tantum duceremini: sed ut etiam uirtutes illorum, qui hoc apud uos deposuerunt, factis exprimeretis.

## DEMOSTHENIS ORATIO FV-

NEBRIS, IOANNE LONICERO

Interprete.

## ARGVMENTVM.

**M**agnam sanè ciuibus ad uirtutem, in primis uerò fortitudinem, inclinationē peperit apud Atticos publicæ funeris pompa. Fiebat conuentus urbis, edebantur gymnica spectacula, laudabatur uirtus pro patria interemptorum, ante uniuersi populi ora. Si qui orphani aut pupilli, quia uel liberos uel patres in prælio amiserat, se commodum sustentare non possent: è publico ærario, ad certum usq; tempus, dum alicunde uictus illis suppeteret, alebantur. Perinde ac ex Isocratis oratione τὸ δὲ εἰσέλων, & alijs passim Demosthenicis planū sit. Quare audenter nunquam nō hostem adoriebantur, uel uictoriam, si superstites manerent, uel præconiū publicum, si mortem oppeterent, sperantes. Adeo autem religiose hoc obseruabant, ut corpora cæsorū ciuium, etiam in bello procul Athenis dissito, referri in patriam curarent. Ac in duces, fusorum in prælio negligenter, uel nullam eorum qui in reditu, tempestate, uel alia quadam calamitate, dum in armis essent, perirent, curam gerentes, grauius animaduertent: usque adeo ut è decem ducibus, è uictoria apud Arginusam aduersum Lacedæmonios ob-tenta, reuersis, sex supplicio afficerent. quatuor enim aufugerant, pro quibus Chorus Aristophanicus ὁ Βαρυγῆς Atheniensibus supplicat, ut obliti iræ exules, duces patriæ, reddant, ut Scholia illic adseruant.

Laudat



Laudat itaque Demosthenes ciues in praelio pro salute patriæ suos, Epidictica ratione, locis nempe personarum. Nec me clam est, Libanium & Dionysium Alicarnassæ de inscriptione huius orationis dubitare, quandoquidem uim & maiestatem illam Demosthenicam præ sese non ferat. citat λόγον ἑσῶν Harpocration Demosthenis nomine: sed addit, εἰπερ γινώσκῃ. Verba Libanii sunt: ὡδὶ δ' ἐκτικῶς δὲ ἐκ ἑρμῆν αὐτῆς λόγους. εἰδὲ γὰρ φερόμενος, ἔπισυπέον εἶναι δημοσίου, τὸν ὡδὶ τὰς ὁλοὺς καὶ τὸν ὁρατικόν. πολὺ γὰρ τ' ἰκεῖν διωάμεως ἀφ' ἑλπίων τ'· καὶ ἄχ' ἡμετέρων γνώμων λέγεμεν, ἀλλὰ διονυσίου ἀλικαρνασσῆος ἑσῶν σιωδοκῆ. Ἐπι μὲν γὰρ εἰπερ ὡδὶ τὰς ὁλοὺς λόγους δημοσίου, ὡς ἐλάττω. ἐμὲ δ' ἑσῶν εἶναι εἶναι ὑπ' ἐκείνου φησὶν τα. Demosthenico tamē nomini adimere hanc non libet, dum alius huius autor non præsto sit. Oratio est mea quidem sententia minimè contemnenda, quum quòd filium Epidictici generis hic intueri liceat, tum quòd præter cætera decem tribuum (quæ Athenis florere) capita proferat.

PARADIGMA GENERIS  
Demonstratiui.

Ciues Atticos, qui uitam suam in bello occumbentes patriæ propinarunt, hac oratione coniunctim Demosthenes laudat.

Ab officio bene uolentiam conciliat, à sua item et auditorum persona.



À difficultate rei attentos facit.

Magistratū sibi conciliat, dū circa ciuium salutem & commotitatē se aded sollicitū prædicat. À legis latōne.

Quir lex de cæsis in praelio prædicandis lata.

Dociles reddit. Quid enim, & quantum laudatur sit, exponit. Propositio. Genus. À maioribus.

Comparatio Atheniensium ciuium, cum aliarū urbium incolis. Ab inuentis.

VIA uisum est urbi, uiros, quorum iam nunc funera coram cernuntur, quòd in praelio fortiter pro patria dimicando succubuerint, publicis exequiis tumulare: nobisq; iniunctum, ut lege decreta eos oratione celebremus: continuo circumspiciebam, qua ratione fieri posset, ut debitam sibi laudem & iusta præconia consequerentur. Atq; diu hic uaria cogitabundus exploro, animiq; oculis perlustro, quoniam pacto encomium hoc instituerem, adornarem, conficeremq;: ut uita defunctos illos pro dignitate prædicarem: hoc ipsum grauius esse deprehendi mihi imperatum munus, quam ut humeri mei & uires meæ ferre queant. Siquidem dum cunctis mortalibus insitam uiuendi cupiditatem neglexerunt, achonesse potius mortem oppetere uoluerunt, quam uitali spiritu fruentes, Græciam conspiciari infortunij maleuolentia & insultu cōcuti, adeoq; infœlicem esse, Deum immortalem, qui non profum orationi, nullis non dicendi uiribus inimitabilem planè & inexplicabilem suam ipsorum uirtutem reliquerunt? Mihi tamen æquè hic atq; cæteris, qui non in dissimili argumento antehac uersati dixere, differendū est. Parendum enim tam iusto tamq; pio uenerandi magistratus imperio. Proinde præclarè huius urbis circa eos qui bellis occubuerunt sollicitudinem, cum ex plerisq; alijs intueri licet, tum ex hac uel maximè lege, cuius decreto eligit oratorē, qui publica hæc funera publicis etiā laudibus prosequatur, cōmendet, prædicet. Nam dum cōstet apud frugi ciues illos rerū suarū facultates, ac quib. uita sua uti possent, uoluptates despectas, eorumq; cupiditatē & animū omnem eò spectasse, ut & uirtutem & res laudabiles adipiscerentur: operæ precium esse duxerunt patres huius urbis, ut ea ratione illos ipsos honorarem, qua uoti sui, quod dum spirarent adhuc flagrabāt, maximè compotes fierent, ac ea quæ desiderassent, illis obuenirent: ut quam uiuentes obtinuerunt celebritatem, eadem defunctis ipsis redderetur. Quòd si fortitudinem duntaxat in ipsis ad uirtutem progredientibus conspicerem, sua illam laude deueneratus, à reliquis mihi temperās discederē. Postquam uerò præclarè illis nasci, moderatè educari, ac iuxta liberaliter uiuere contigerit, ex quibus eos haud immeritò ad uirtutē propēiores esse oportuit: non parua me ignominia maneret, si quicquam horum uiderer prætermittere. Quocirca à generis ipsorum initio principium ducam. Claritudo enim natalium ciuium horum, iam inde à non parum est multo tempore cunctis mortalibus satis perspecta. Non enim cuiuslibet naturam ad suos cum parentes, tum maiores & proauos referre tantum modò licet: sed ad totam generatim patriam, cuius ciues indigenas & ex ipsa progenitos esse, in confesso est. Nam soli omneis inter homines eam terram, ex qua nati sunt, incoluerunt, suisq; tradiderunt cum nepotibus, tum posteris. Ut non iniuria quispiam eos qui ad exterarū & aduenas ciuitates peruenerint, earumq; ciues appellētur, similes esse filijs adoptatijs iudicet: hos uerò nostros, genuina et germana genitura patriæ suæ ueros ciues haberi. Stat sententia penes me, quòd hoc ipsum nimirum, quòd fruges (quibus homines uictitant) primū apud nos apparuerint: præterquam quòd maximum



num erga quosuis mortaleis beneficium sit, evidentissimum iuxta signum esse eius rei: nempe quod hæc regio & mater & parens maiorum nostrorum existat. Quandoquidem omnia quæ pariunt, alimoniam simul à se creatis naturæ instinctu suggerunt. id quod hæc terra fecit. Quæ igitur ad auitū genus pertinent civium horum, talia semper sunt. Quæ uerò siue fortitudinē siue alias uirtutes concernunt, omnia percensere non inclinatur animus, ne intempestiua prolixitas orationi huic nostræ accrescat. Quæ uerò iam antea scientibus commodant, ut reminiscantur, ad uerè memoriam reuocent & ignorantibus auditu iucundissima, & pulcherrima, multūq; æmulationis habent, prolixitatis, omnisq; tædij ac tristitiæ expertia sunt: hæc summam dicere periculum faciam. Tales enim in præsentia civium generis, & maiores & patres et eorum cognomina & appellationes per successionem tenentes, quibus à sua quisq; familia tribuq; discernitur, nemini unquam neq; barbaro neq; græco iniuriam intulere. Verum erga omnes homines honesti, boni, imò & iustissimi semper esse decernebant. Hostem à patrijs mœnibus & agro repellentes, se suosq; defendēdo, & multas & præclaras res gesserunt. Etenim Amazonum exercitum, qui in fines nostros ingruerat, ad eò superauerunt, ut extra Phasin fluuium planè eijcerent. Eumolpi præterea & multorum aliorum expeditionē, nedum ex propria domo, sed ex aliorum Græcorum regione protruderent. Quos qui ante nos ad occidentum solem habitauerunt omnes neq; sustinuerunt, neq; prohibere ab incursione & uictoria potuerunt. Ad hæc & liberorum Herculis, qui alios tamen seruauit, illi maiores nostri seruatores nominati sunt, quando ad hanc regionem supplices uenerunt, Eurysthei iram declinantes. Ac præter hæc omnia & pleraq; alia & multa præclara facinora, non permiserunt, ut legitimis defunctorum iustis iniuria fieret, quando septem illos apud Thebas tumulo condi uetaret Creon. Multis igitur rebus clarè gestis (quas Poetæ fabulis suis celebrauerunt) omisissis, horum tantum negotiorum memini, quorum ad eò quodlibet pulchris & multis honesti exemplis abundat, uti celebriores poetæ ac iuxta historici operum suorum argumenta, res illorum gestas sibi desumpserint. At enim quæ rerum gestarum præstantia iam commemoratis nihilo sunt inferiora, neq; tamen quia tempore uiciniora sunt, poetarū fabulis inseri uoluerint, ea iam nunc præteribo. Verum ea quæ & à priscis, ijsq; optimis poetis atq; scriptoribus fide dignis tradita comperimus, breuiter attingens non omittam. Igitur illi ex uniuersa Asia uenientem expeditionem, bis cum terra tum mari repulerunt, perq; priuata sua pericula communis Græciæ salutis fuere autores. Et quanquā ab alijs quod iam dicturus sum, iam antea demonstratum sit, indignum tamen foret iusto ac merito præconio priuare. Tanto enim ijs qui apud Troiam belligerati sunt, præstant, quanto tum illi ex tota Græcia optimates per decem continuos annos unam regionem, imò unam urbem oblidentes, agrè tandem ceperunt. Hi uerò nostri ex tota Epiro aduenientes, exercitum sollicitum omnibus copijs suis subuersum nedum ulti sunt, uerum etiā supplicio, pro eo reatu quo alijs uim fecerant, multarunt. In ipsis insuper Græcis immodicam plura habendi cupiditatem, circumscribentemq; auaritiam prohibentes, quicquid periculorum contingeret pertulerunt: iusto moderamine, si modò alicubi institutum esset, usque ad hodiernā ætatem, ad nostra usq; tempora sese ipsi gubernantes. Ac nemo existimet, quia hæc enumerauerim, me nihil habere, uel saltem dubitare, quid de quoq; in prælio fusorum dicam. Nam si omnium minimè adipisci potuisssem honesta & præclara, quæ adsciscerem argumenta, illorum tamen uirtus non paucas, easq; pulchras res, quibus eos ad sidera tollam, succenturiat, quas facillimum sanè mihi fuerit connumerare. Atqui constitui mecum maiorum ipsorum, suiq; generis claris imaginibus primū ad memoriam reuocatis, hac ratione demum illorum egregijs facinoribus orationem hanc adglutinare: ut quemadmodum natura fuerunt congeneres, sic iuxta communibus eos laudibus exornem: ratus hæc & illis non ingrata futura, imò non parum utriq; placitura, si mutua uirtute, nedum natura uerum & præconijs communicent. Nam & operæ præciū erat interim res antehac à maioribus gestas, præsentibus indicare, atq; eo pacto, eos qui funus comitati sunt, & ad genus horū nihil pertinent, nobis ut bene uellent permouere. Si publicè mihi cōmissum sit, ut monumen

o o tum

εὐλογισμῶν.  
 ἰστορικῶν πρῶτον  
 κεφαλῆς, nempe  
 generis ἑὺ μα  
 ἰορων.  
 προδιέβωσι, ἑ  
 παράκλησις.

Ratio præter  
 tionis.  
 συναρτῶσι μὲν  
 καὶ πολλοὺς δὲ  
 τῶν.  
 Excitat simul et  
 attentum efficit  
 auditorem de in  
 tegro.  
 Reiteratio lau  
 dis maiorum ab  
 iustitia.  
 Præclara maio  
 rū facinora spe  
 ciatim enume  
 rat.  
 Proponit.

Quod proposuit  
 narrat.

Comparatio ma  
 iorum qui contra  
 Xerxem, et eoa  
 rum qui contra  
 Troiam pugna  
 runt.

A iusticia rebus  
 domi gestis.

προκατάκλησις,  
 cum Digressio  
 ne.  
 Ratio προκατα  
 κλήσεως.  
 Propositio 1.  
 ὑπερφανῶς.

Quo cōsilio ma  
 iorum res gesta  
 cōmemoret, uel  
 ratio εὐνοίας.  
 Propositio 2.  
 Redditio, ut exci  
 tentur qui ad fa  
 miliam casorū  
 non pertinent.







virtutibus, uel insperata & ardua quadam fortuna, suiq; ducis arte, audacia & animo factum, quod strenue sese gesserint in praelio: neminem adeo imprudentem ac temerarium fore, qui gestis per illos rebus audeat contra uenire, uel ea sibi uedicare. At enim quoniam nume ipsum, in cuius potestate cuncta sunt, pro diuino arbitratu, illis finem uitae nobisq; pugnae dedit, eorum exemplo dignum iam fuerit caeteros, qui superstitiosos mansere, omni sane posthabita ignauia, ad fortitudinem animari.<sup>a</sup> Quod uero dux hostium superauerit hos, qui in hoc instructi erant, ut fortissime hos iuuaret, aliquot cum e nostris, tum sociorum copijs, merito quispiam accusauerit. <sup>b</sup> Quod si aliquis inquam est mortalium, qui propterea Thebanos in iudicium uocados putet, quibus hoc demandatum erat, ut hic non segnes essent: nonne aliquot cum e nostris, tum ex illis, haud iniuria sunt accusandi? <sup>c</sup> Qui accepta ui, cui animus inuictus foret, & qui nullam hosti uictoriae occasionem daret, qui nihil periculi detrectaret, cui par etiam ad gloriae cupiditatem studium, nullo tamen horum recte, adeoque cum laude sunt usi. Sed haec & alia, ut quisq; secum iudicauerit, sic aestimantur. Quod uero cunctis hodie uiuentibus in bonum cecidit, & salutis causa extitit, id nimirum est, quod tota Graeciae libertas istorum ciuium animis seruabatur. Postquam ergo fatum nobis illos ademit, nemo ceterorum hostibus restitit. Absit autem inuidia dicto. Nam si quis huiusmodi ciuium Graeciae animam fuisse dicat, omnino uerum narrare mihi uidetur. Simul enim & horum spiritus a proprijs discessere corporibus, & Graeciae dignitas, neq; non a uirtute sublata est. <sup>d</sup> Ingenti fortasse hic excessu uidebimur uti, edisserendum tamen. <sup>e</sup> ut enim si quis e consistenti mundo lumen eximat, laboriosa iuxtaq; difficilis reliqua sit futura uita: sic his uiris interemptis, omnis (qua antehac fulserunt Graeci) claritudo in tenebras & multam incelebritatem incidit. Et cum multarum rerum causa fortes & magnanimi fuerint, potissimum tamen reipub. nomine non minima uirtuti operam impendere. Si quidem in paucorum manu constituta potestas, timorem quidem ciuib; incutit, sed reuerentiam non commendat. Hinc belli periculis imminetibus, sese unusquisq; facile seruat, ut qui sciat, si dominos suos uel muneribus uel quouis alio commercio placauerit, & si turpissima designet, parum opprobrij per caetera sibi etatem fore. At uero in Democratia res se longe secus habet. Vbi multa, & honesta & iusta sancta consistunt, quae prudentem ac patriae suae beneuolum apprehendere ac firmiter tenere oportet. Hic neq; libertatem loquendi ex ueritate pendentem, uerum indicando auertere licet. Nec fieri potest, ut omnes ijs qui turpe quiddam admiserint, in gratiam reconcilientur. Nec ibi duntaxat uere opprobrium obijciens uel recitans contristat delinquentem. Enimvero & hoc permolestum est, esse qui tamen nihil blasphemii dixerint, ipsi alium tamen dicentem talia nedum libenter audiant, sed uoluptatem inde capiunt. Quae omnia timentes nostri, merito propter insequentium opprobriorum ignominiam, imminens ab hostibus periculum sustinuerunt: mortemq; pulchram potius optarunt, quam turpem uitam. <sup>f</sup> In quibus igitur cuncti hi ciues nostri enituerint, ut praeclearam & honestam mortem oppeterent, hucusq; dicta sunt: nimirum genus, educatio, bonorum studiorum, honestorumq; conatum consuetudo, candidus illorum erga reipub. affectus. <sup>g</sup> Quae autem per suam quemq; tribum admonuerint fortes esse, ea iam commemorabo. Norant omnes Erechthide suam sibi principem cognomine Erechthea pro tum regionis, tum patriae salute suas ipsius filias, quas Hyacinthidas uocant, manifeste, praecipue oculis apparenti morti impendisse. <sup>h</sup> Quare turpe arbitrabantur, si is qui ab immortalibus genus duceret, omnia, ut patriae libertatem tueretur, fecisset: ipsi uero pluris uideantur aestimare mortale corpus suum, quam immortalis gloriam. Non ignorabant Aegidae Thesea, Aegei filium, qui primum urbi & reipublicae cum formatum nomen dedit. Difficile igitur putabant, illius proderet institutum: mori potius maluerunt, quam ea dissoluta urbe apud Graecos uitam ducere, ubi animae suae amantes uideantur. Acceperunt Pandionidem, quomodo Progne & Philomela Pandionis gentis Terea puniuerint, quod ipsis uim fecerat. Non hoc enim sibi pulchrum rebantur neque commodum, nisi congenerem illis animum habere iudicarentur erga Graeciae hostes, per quos Graeciae iniuriam inferri animaduertent. Audiuerant Leontidae, memoriae prodi de principis sui Leonis filiabus, quod sese ipsae uictimam tradiderint

tionē: Cives sua uirtute & indole fortes fuisse, non ducis seu fortuna impulsu. Conclutio uirtutis ciuui, cum parans ad emulationē erga uiuentes. <sup>a</sup> Alia arguunt e a uis, uel praoccupatio, cum translatione culpae, quod ciues isti obierint: in eos qui auxilio non uenerant. <sup>b</sup> Reiteratio eius de praecipuis, seu translationis, cu indignatione aduersus ignauiam ductu, qui suppetias ferre debuerunt. <sup>c</sup> Ductu ignauiae exaggeratio. <sup>d</sup> Praoccupatio Hyperbolen. <sup>e</sup> Comparatione amplificatio. <sup>f</sup> Digreditur ad laudem reipub. Democratiae. <sup>g</sup> Amor uirtutis. <sup>h</sup> Magnanimitas. <sup>i</sup> Odium ignauiae & uitiorum in Democratia. <sup>k</sup> Iniquitas. <sup>l</sup> Tantus est candor in Democratia, ut neque ij ferantur, qui aliorum detractatione oblectentur. <sup>m</sup> Iniquitas. <sup>n</sup> Iniquitas in argumentorum laudis. <sup>o</sup> Transitio cum propositione. <sup>p</sup> Quibus exemplis permoti sunt ad fortiter pro patria occubendum.

ATIO  
alij quibusdam  
hoc alacritate  
& decorum  
mea depraecatio  
diuersus atq; op  
his similia, fult  
n ipsi quibus ab  
beneuolentia ind  
re, neq; non grat  
simus dicendo, ab  
in promptu opor  
nt, non immo  
uod na primo lo  
fficilem iudicij  
e ordinem rerum  
aris institutionis  
exercitantes, om  
iret, nimirum pa  
nicorum conuolun  
n parua imitandi  
nissimos uideret.  
bi uirtus acris  
n concis iuxta mo  
intellectus, firmis  
exploratur: illa u  
telligentissimos p  
n Graecis, hi prim  
t. Quae res, mem  
eliquorum ciuium  
lu non acceret, ar  
enolceret, alia uer  
onos uiros decepi  
merunt. Sed enim  
opora, pecunia d  
euz quidem pep  
lo praelio comm  
e hic praetermitt  
umbor acie oppo  
Nam qui in prae  
acceptu referre  
cille existimatur  
pus eo inclinara  
s, ea belli fortuna  
non ne animo &  
et eius esse bene  
s fecerint, praeter  
uirtute causam  
alu uirtu nolitari  
m nostris cum mo  
os occurrat, par  
una referre. Cui  
s enim nobis fort  
acis occasionem &  
ueni, num exillim







109

# DEMOSTHENIS ORATIO PRO CTE-

SIPHONTE, DE CORONA, LEONAR-

do Aretino interprete.

ARGUMENTVM.

**A**Duersus Philippum Macedoniae regem, Graeciae dominatum sibi uedicantē, restiterunt Athenienses: & pro sua, atq; cōmuni Graecorum libertate, complures annos pugnauerunt. Demum tamen & ipsi si perati sunt, & reliqua omnis Graecia in Philippi potestatem concessit. Subactis itaq; Athenis, potentia quidem Demosthenis, quod ipse in primis auctor Philippo resistendi fuerat, cessauit: gratia tamē ac beneuolentia eius apud ciues suos non cessauit, sed in quantūcumq; subacta ciuitate, & in reliquis ipsis Reipub. quaecunq; agenda erant, ea sermē omnia per Demosthenem gerebantur. Creatus ergo ad reparanda mœnia curator, magnā eius operis partem ex suo patrimonio perfecit: ob quam liberalitatē motus Ctesiphon ad populū tulit, ut Demosthenes ob praestantem animum, & egregiā uoluntatem, per quam & beneficia olim Reipub. multa contulerat, & conferre paratus erat, uirtutis gratia corona aurea donaretur, celebrareturq; eius coronatio in theatro. Hunc Demosthenis honorem indigne ferens Aeschines, Ctesiphontem accusauit, quod is contra leges huiusmodi honorem decreuisset. Primò, quia nulla essent Demosthenis merita in Rempub. sed cōtrā pernicies et clades, cum auctor & causa fuerit malorū omnium, quae per id tempus Athenienses pertulerant. Deinde quia leges eum qui publicē quid administrasset, ornari uetarent, priusquam rationem administratorū reddiderit. Fuisse autē Demosthenē publico murorū operi praefectū, nec rationē ad illam diē reddidisse. Tertiò, quia in theatro coronationē celebrari leges prohiberent. Haec erāt accusationis capita. Demosthenes Ctesiphontē defendit, uera de se scripsisse probat, criminib. respondet, lacepsentēq; accusatorē pro maledictis ulciscitur. In his tota consistit oratio: quam si ritē et accuratē leges, nihil ornatius, nihil elegātius, nihil copiosius te unq; legisse, aut audisse cōfiteberis.

EX CICERONIS LIBELLO DE  
Optimo genere Oratorum.

Conuerti ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias, Aeschinis, Demosthenisq; nec conuerti ut interpretes, sed ut orator, sententijs iisdem, et earum formis tanquam figuris, uerbis ad nostrā consuetudinē aptis: in quibus nō uerbū pro uerbo necesse habui reddere, sed genus omniū uerborum, uinq; seruaui: non enim ea me annumerare lectori putauī oportere, sed tanquā appendere. Hic labor meus hoc asequetur, ut nostri homines, quid ab illis exigant, qui se Atticos uolunt, & ad quam eos quasi formulā dicendi reuocent, intelligant. Et paulo post:

Quum esset lex Athenis, ne quis populiscitum faceret, ut quisquam corona donaretur in magistratu, priusquam rationes detulisset: et altera lex, eos qui à populo donaretur, in cōcione donari debere: quia in senatu Demosthenes curator muris reficiendis fuit, eosq; refecit pecunia sua: de hoc igitur Ctesiphon scitum fecit, nullis ab ipso rationibus relatis, ut corona aurea donaretur: eaq; donatio fieret in theatro, populo cōuocato, qui locus non est concionis legitimae: atq; ita praedicaretur, eum donari uirtutis ergò, beneuolentiāq; quam erga pop. Atheniensem haberet. Hunc igitur Ctesiphontem in iudiciū adduxit Aeschines, quod contra leges scripsisset, ut & rationibus non relatis corona donaretur, & ut in theatro, & quod de uirtute eius et beneuolentia falsa scripsisset, quoniā Demosthenes nec uir bonus esset, nec bene meritus de ciuitate. Causa ipsa abhorret illa quidem formula consuetudinis nostrae, sed est magna. Habet enim & legum interpretationem satis acutam in utraq; partem, & meritorum in rempub. contentiōnem sanē grauem. Itaq; causa fuit Aeschini, quoniam ipse à Demosthene esset capitis accusatus, quod legationē ementitus esset, ut ulciscendi inimici causa nomine Ctesiphontis iudicium fieret de factis famaq; Demosthenis. Non enim tam multa dixit de rationibus non relatis, quam de eo quod ciuis improbus, ut optimus laudatus esset. Hanc multam Aeschines à Ctesiphōre petijt quadriennio ante Philippi Macedonis mortem: sed iudicium factū est aliquot annis post, Alexandro iam Asiam tenēte. ad quod iudicium concursus dicitur è tota Graecia factus esse. Quid enim aut tam uisendum, aut audiendum fuit, quam summorum oratorum in grauisima causa, accurata, & inimicitijs incensa contentiō? Quorum ego orationes si, ut spero, ita expressero, uirtutibus utens illorum omnibus, id est sententijs, & earum figuris & rerum ordine, uerba persequens eatenus, ut ea non abhorreant à more nostro (quae si è Graecis omnia conuer-  
sa non erunt, tamen ut generis eiusdem sint, elaborauimus) erit regula, ad quam eorum dirigantur orationes qui Atticē uolunt dicere.

OO 3 Primūm





Rimùm quidem, uiri Athenienses, deos atq; deas omnis precor, ut quantum beneuolentiæ ipse semper habui, & erga hanc urbem & erga uos, tantum mihi nunc à uobis præstetur in præsentem certamine. Deinde ut quod maximè in re uestra futurum sit, & pro uestra pietate atq; gloria, id uobis dii in animo ponant: non autem inimico meo pareatis, quemadmodum me audire oporteat admonenti (nam acerbum quidem id esset) sed legibus atq; iure iurando, in quo præ ceteris multis, hoc quoq; iustissimè scriptum est, ut ambos pariter audire debeatis. Id autem est, non solum nihil ex præsumptione contra quemquam iudicare, nec parem beneuolentiæ utriusq; impertiri: uerum ut quem ordinem, & quod genus defensionis quisq; decertantium elegerit, eo uos suo arbitrio uti permittatis. Multa sunt igitur in quibus ego deteriori loco sum, quam Aeschines, in hac causa: sed præcipue duo, eaq; permagna. Primùm, quòd non de equali re nobis certamen est. neq; enim est par, nunc mihi uestra beneuolentiæ priuari, et huic in sua accusatione non obtinere. Sed mihi quidè. nolo autè quicquam triste dicere in principio orationis meæ. Hic uerò ex superabundantia quadam ad accusandum accedit. Secundum, quod hominibus cunctis natura inest, ut crimina ac maledicta in alios libenter audiant: eos uerò qui se laudant, permolestè ferant. Horum itaq; quod uoluptatem quandam in se habere uidetur, penes hunc est: quod autem uniuersos (ut ita dicam) cõturbat, id mihi relinquitur. Et si hoc cauens, ea quæ à me gesta sunt reticebo, nihil habere uideor quod accusatori respondere queam, nec quas ob res me honore dignum ostendere: si autem ea referam sepe mihi de ipso dicam necesse est. conabor uerò perquam modè id facere. Quod autè res ipsa ac necessitas cogit, huic meritò imputare debebitis, qui huiusmodi causam introduxit. Reor equidè, iudices, uos planè confiteri, communem esse mihi hanc causam cum Ctesiphõte, nec minoris omnino curæ mihi esse debere. Nam omnibus quidem spoliari, durum est, atque acerbum: maximè autem, si ab inimico hoc fiat: præsertim uerò beneuolentiæ atq; charitate uestra, cuius potiri quam maximum est. Cum eiusmodi igitur causa sit, uos oro atq; obsecro iudices, ut me accusatori respondentem, quemadmodum leges præcipiunt, audiat: quas is qui à principio illas condidit Solon, uir studiosus uestri, maximèq; popularis, non solum promulgatione atq; scriptura firmandas esse censuit, uerum etiã iure iurando eorum qui iudicaturi forent. Non quia arbitraretur uobis fidem deesse, sed quia crimina atq; calumnias, ab eo qui priori loco dicit, assertas, nullo modo reus effugere posset: nisi quislibet uestrum, iudices, religionem erga deos conseruans, eum qui postremo loco dicit, beneuolè audiat: atque ita se æquum communem que utriusque præbens, summam totius rei diligenter inspiciat. Cum autem & totius priuatæ uitæ, & eorum quæ in Republica gessi, ratio (ut dixi) uobis hodierno die à me reddenda sit, uolo, quemadmodum à principio feci, ita nunc rursus deos inuocare, & in præsentia uestra precor. Primùm, ut quantum beneuolentiæ semper habui erga hanc urbem, & erga uos omnes, tantum nunc mihi à uobis in hac causa præstetur. Deinde, ut quod uobis profuturum sit, & ad gloriam communiter omnibus, & ad religionem singulis uestrum, hoc dii ut decernatis efficiant. Si igitur ea duntaxat quæ accusatorio iure persequeretur, accusauisset Aeschines, ego etiam ad ea ipsa singulatim respondiissem. Verum cum ipse nò pauciora uerba in alijs rebus consumpserit, multaq; contra me mentitus sit, iustum simul ac necessarium esse arbitror, pauca de his præmittere: ne fortè quis uestrum illius uerbis seductus, ea quæ ipse dicam, parum beneuolè suscipiat. Ad ea igitur quæ in priuatam uitam meam contumeliose iactauit, uidete quam planissimè iusteq; respondeam. Si uos me talem esse cognoscitis, qualè ipse affirmat (neq; enim alibi ego uixi, quam apud uos) nulla sit mora, etiã si Rempub. plus quam optimè gesserim, quo minus me uestris sententijs condidatis. Sin autem multo meliorè quam istum, ac ex melioribus ortum, & ut nihil immodestius dicam, mediocribus ciuibus, me, ac meos nihil deteriores esse putatis, atq; cognoscitis, huic ne in alijs quidè fidem adhibete. Cõstat enim, ipsum omnia eodem modo esse mentitum, Mihi uerò quam omni tempore beneuolentiæ in multis certaminibus



minibus præstitistis, eandem nunc præstetis. Tu flagitiose Aeschines, stultè nimium putasti, me ijs que in Repub. gesserim relictijs, ad tua maledicta totum conuerti. Non faciam certè id, non ita tumeo: sed publica prius perscrutabor, quæ tu falso calumniatus es. De maledictis autem tuis impudentissimis, si istis placebit, postea dicemus. Crimina igitur multa sunt & grauiâ, & quorum pleraq; leges magnis atq; ultimis uin dicant pœnis. Hæc autem accusatio eiusmodi est, ut aduersarij contumeliam, procacitatem, petulantiam, atq; eiusmodi simul omnia contineat. Horum tamen si maximè uera sunt, nō liceat Reipub. dignam pœnam accipere. Non enim decet auferri ius populum adeundi, nec in odij ac malevolentia loco istud ponere. Non enim re-ctum, nec iustum, nec ciuile est fieri, Athenienses. Sed si ita pestiferè in Republica uersatus sum, ut iste nunc clamitabat, legitimas pœnas ascribere debuit: si delatione digna fecisse me cognouerat, deferendo: si aliquid contra leges decreuisse, de hoc ipso crimine accusando, & hoc modo in iudicium me ipsum uocare. Neque enim Cresiphontem accusare debuit pro me. Me autem si accusari posse arbitraretur, illum nunquam in iudicium uocasset. Atqui si quid ex his quæ nunc tot uerbis narrabat, me fecisse intelligebat, in omnibus quidem iudicia sunt atque leges, quæ magnas ac proprias statuunt pœnas, quarum omnium postulare me reum poterat: quod si faceret, non occulta esset aduersus me accusatio. Nunc autem recta atque legitima uia relicta, & iuxta res ipsas examine de industria uitato, tot iam elapsis temporibus, conuicia & iurgia colligens, me quidem accusat, hunc autem sententijs iudicum subijcit. & cum in tota hac causa inimicitiam meam præ se ferat, mihi tamen ipsi obuiare non uult: sed alium quærit, quem pœna afficiat. Profectò, iudices, præter cætera, quæ quis pro Cresiphonte dicere potest, hoc in primis attendendum est, quod inimicitia nostra par fuerat, ipsos inter nos periculum facere: non autem omiſsa inter nos contentione alium quærere, quem malo afficeremus. Ex his igitur quæ dicta sunt, faciliter intelligi potest, uniuersa hæc crimina nec iustè, nec uerè consistere. Volo autem singularim ad unumquodq; eorum respondere, maximeq; ad illa quæ de pace ac legatione mentitus est, quæ ipse cum Philocrate patratuſ est, mihi ascribens. Est uerò necesse, uiri Athenienses, qui tunc esset rerum status memorare, ut ad conditionem temporis cuncta referatis. Phocensibus aduersus Thebanos bellum gerentibus non me quidem autore (nondum enim tunc in Republica uersabar) uos Athenienses sic eratis animati, ut Phocensium quidem rebus, quamuis iniustè pugnantium, studeretis: Thebanorum autem quibuscunq; aduersis lætaretur. Nec uos immeritò id facere uidebamini. nam uictoria qua in Leuctris potiti erant, non modestè utebantur. Peloponnesus uerò omnis diuisa erat: nec ij qui Lacedæmonios oderant, ita ualebant, ut eos euertere possent: nec qui antea propter illos potentes fuerant, dominabantur: sed erat apud hos atque cæteros omnes dubium quoddam & ambiguum certamen. Hæc autem attendens Philippus (neque enim erant obscura) singularum ciuitatum proditoribus pecunia corruptis, adinuicem eos collidebat, omnesq; conturbabat: ac deinde ipse paratus hoc obseruans, in turbationibus atque calamitatibus aliorum semper ipse suboriebatur. Vt uerò longitudine belli afflictos, tunc quidem superbos, nunc autem miseros Thebanos, manifestum erat ad nos confugi-turos esse: ne hoc fieret, ne ue hæc duæ ciuitates iungerentur, nobis pacem, Thebanis auxilium Philippus pollicetur. Quid ergo illi suffragatum est, ad nos sponte ferè nostra decipiendos? Cæterorum Græcorum siue oportet malitiam, siue ignauiam, siue utrumque simul dicere, qui longum ac graue bellum gerentibus uobis, id que pro utilitate communi (ut omnes intelligebant) facientibus, neque milites, neque pecuniam, neque ullum omnino auxilium præstiterunt. Quibus uos meritò infensi, pacem Philippo non inuiti concessistis. Fuit igitur pax tunc concessa istis de causis, non autore quidem me (ut iste narrauit) sed horum dona atq; corruptelas in ipsa pace, si quis rectè consideraret, præsentium malorum causam esse comperiet, ut paulo post uerissimè ostendam. Quod si maximè in facienda pace aliquid fraudis interuenisse uideatur, nihil certè ad me id attinet. Nam primus eius autor fuit Aristodemus: promptissimè secutus est, & seipsum addixit Philocrates

Agnusius,



Agnusius, tuus ô Aeschines sodalis, non meus: nec si disrumparis, id mentior. Faue-  
 runt aut uobis (qua tãdem de causa, dicere omitto) Eubolus & Cresiphon, ego autẽ  
 nequaquam. Veruntamen cum ita sit, cumq; ueritas horum ita pateat, in id impuden-  
 tia processit, ut dicere auderet, me præterquam quòd pacis faciendæ cum Philippo  
 autor fuerim, etiã prohibuisse ciuitatem, quo minus in communi collegio Græco-  
 rum foret. Deinde ô. Quid autem si dixerit quispiã, rectẽ te appellabit? an tualiquo  
 loco, cum me eiusmodi societatem tam opportunam impediẽtem uideres, graui-  
 tulisti, aut unquam conquestus es? aut quæ nunc accusas, tunc ostẽdisti? Atqui si ego  
 corruptus à Philippo hanc societatem impediẽbam, tibi non silere reliquum fuit, sed  
 clamare atq; attestari, & id ciuitati palãm facere, quod nunquã fecisti, nec te unquam  
 dicentem de his rebus audiuit quisquam. Nec uerò tunc aberat ulla legatio ad quen-  
 quam Græcorum missa, sed iam pridem omnes redierant, nec in hoc quicquam synce-  
 ri narrauit. Et præterea aduersus ciuitatẽ calumniã maximã inducit, falsã tamen.  
 Nam si uno ac eodem tempore ceteros quidem græcos ad bellũ prouocabatis, uos  
 autem legatos uestros pacis firmandæ gratiã ad Philippum mittebatis, Eurybatis id  
 erat facinus, non ciuitatis, nec honorum uirorum. Sed non est ita, nõ est. Nam quam  
 ob causã in eo tempore uocauissetis? Ad pacem? At erat omnibus. Ad bellum? At  
 ipsi de pace consiliũ ceperatis. Ergo nec ut in principio fieret pax, dux, aut autor fuis-  
 se reperior: nec cetera in quibus me calumniatus est, uera esse apparent. Post pacem  
 uerò cum Philippo factã, uidete quid uterq; nostrũ sibi sumpserit agendũ. Ex hoc  
 enim intelligetis, quis fuerit Philippi fautor ad omnia perficienda, et quis pro uobis  
 atq; commodis uestris omnia gerebat. Ego igitur sententiã mea tunc decreui, ut lega-  
 ti celeriter ad ea loca nauigarent, in quibus Philippum fore audirent, ac iusiurãdum  
 ab eo reciperent. Hi autem nec cum me autore decretum esset, facere uoluerũt. Quid  
 uerò id refert, iudices, ego ostendam. Philippo quidem cõducebat, quamplurimum  
 temporis mediũ fore, antequam iusiurandum præstaretur, nobis autẽ ut quãbre-  
 uissimum esset. Quãobrem? Quia uos quidem non solum ex quo iurauissetis, sed  
 ex quo sperauissetis pacem esse faciendam, omnem apparatus belli dissoluistis: ille  
 uerò omni tempore hoc uel maximẽ captauit, putans id quod erat uerissimum, que-  
 cunq; ex nostris cepisset prius quã iusiurandum præstaret, ea omnia se esse retentu-  
 rum, nec ob id pacem uiolatã dici posse. Quod ego prospiciens atq; considerans, sen-  
 tentiã mea decreui, ut legati ad Philippum celeriter nauigantes, iusiurandum accipe-  
 rent, ut habentibus socijs nostris Thraciã loca quæ iste nunc subtraxit, Serrhium ui-  
 delicet & Mirgium & Ergiscem, iusiurãdum reciperetur, nec anticiparet ille in locis  
 maximẽ opportunis ad bellum gerendum occupãdis, ne ue inde pecuniarum ac mi-  
 litum copiã nancisceretur ad cetera euertenda. Sed hæc non memorat Aeschines,  
 nec decretum hoc recitat. Si uerò legatos Philippi recipiendos censui, hoc reprehendit.  
 Quid agere debui? an discernere ne reciperentur ij qui ea de causã uenerãt, ut no-  
 biscum loquerentur? aut ne architectus locum eis in theatro daret? At pro duobus  
 nummis id sibi comparassent, si non decreuissem. Ea scilicet quæ paruã utilitatem  
 Reipub. afferebant, curare me oportuit: uniuersa uerò quemadmodũ isti uenalia ha-  
 bere, nequaquam. Recita igitur decretum hoc, quod iste sciens prudensq; præterijt.  
 DECRETVM. Hoc me tunc decernentem, & utilitatem Reipublice, non Philip-  
 pi sequentem, contemnentem isti boni legati, tres menses totos in Macedonia desede-  
 runt, quoad rediret Philippus, omnibus in Thracia locis per uim occupatis, dum lice-  
 ret eis à principio decem diebus, immo aut tribus aut quatuor in Hellepontum pro-  
 fectis iusiurandum accipere, & loca illa ab omni periculo liberare. Neq; enim ea teti-  
 gisset præsentibus nobis Philippus, aut iusiurandum non recepissemus. Itaq; nec u-  
 trumq; simul haberet, & pacẽ, & oppida. Prima igitur in ipsa legatione Philippi qui-  
 dem fraus, corruptela autem pessimorum hominum huiusmodi fuit, cuius gratiã &  
 tunc, & nunc, & semper me istis profiteor inimicum. Aliud deinceps etiã maius &  
 grauius facinus animaduertite. Postquam iusiurandum præstitit Philippus, amissã  
 prius Thracia istorum culpa, qui meo decreto parere noluerunt, rursus emit ab istis,  
 ne antẽ Macedonia decedant, quã exercitum contra Phocenses parauisset, ne ea re  
 huc nun-



huc nunciata, & consilio eius cognito, uos intra Pylas nauigantes (ut prius fecistis) aditū clauderetis, sed audiretis ipsum Pylas ingressum, cum iam nihil impedire ualeretis. Verum quia timebat ne Pylis etiā occupatis, antequam Phocenses euerteret, auxiliū mitteretis, atq; ita res ipsum frustraretur, rursus istū mercede cōducit, nō iam unā cum cæteris, sed separatim, ut ea uobis nūciaret, per quæ omnia periere. Obsecro uiri Athenienses, ut in tota hac causā meminertis, quod si nihil uagatus fuisset Aeschines extra terminos accusationis suæ, nec ego uerbum de alijs rebus fecissem. Sed cum maledictis aduersus me omnifariam sit usus, necesse est mihi quoq; ad unūquodq; pauca respondere. Quæ igitur fuerunt uerba, quæ tunc ab isto dicta omnia subuerterunt: Non esse ob id trepidandū, quia Philippus Pylas intrauerit. nā omnia euentura esse quæ cuperetis, si quietem ageretis. Audituros enim duobus aut tribus diebus, quibus ut hostis uenerit Philippus, eisdem amicū factum: quibus uerō ut amicus, hostem. Non enim uerba firmare amicitias, inquit, sed idem conferre. Conferre autem tam Philippo, quā Phocensibus, quā uobis, ut insolentia ac petulantia Thebanorum comprimeretur. Hoc multi læto animo audiuerunt, propter eam quæ tunc nobis erat cum Thebanis dissensionem. Sed quid paulo pōst euenit? Miseri Phocenses deleti sunt, eorumq; urbes euerse: uos autem hoc autore atq; irafore quietem agentes, ex agris omnia reportare, & in tutum conferre necessitatem habuistis. Hic uerō aurum accepit, & præterea inimicitia aduersus Thebanos nobis remansit, gratiā uerō horum factorum Philippus adeptus est. Ut autem ita fuisse uideatis, recita mihi Callisthenis decretum, ac Philippi epistolam. Nam ex his duobus omnia erunt nobis manifesta. Dic.

**DECRETVM.** An ad hoc pacem fecistis, uiri Athenienses? An hoc uobis mercenarius iste nunciavit? Recita nunc epistolam, quam postea Philippus huc scripsit.

**EPISTOLA.** Audite quā manifestē in hac epistola socijs suis ostendit, se hæc inuitis ac dolētibus uobis effecisse. Quamobrem si rectē sapiant Thebani & Thessali, hos inimicos putare debent, mihi autem credere, quæ licet non ipsidem uerbis scribat, eandē tamen habent sententiā. Itaq; sic eos sibi obnoxios fecit, ut nihil posthac suspitionis aduersus eum susciperent, sed sese illi credere non uererentur, omniaq; eius fidei permittere. Ex quo factum est, ut miseri Thebani in presentes inciderint calamitates. Hic uerō qui fautor & adiutor fuit Philippi, qui falsa renunciando uos decepit, ipse nunc Thebanorum calamitates deplorat, eorumq; exitum ut miserabilem enarrat: cum ipse Thebanis & Phocensibus, & cæteris Græcis causā fuerit malorum omnium. Te uidelicet Aeschines Thebanorum angit casus, eorumq; te miseret, qui possessiones & bona habes, ipsorumq; agros colis: ego uerō gaudeo, qui confestim postulatus sum ab eo qui ista perfecit. Sed in eiusmodi uerba incidi, quæ paulo pōst fortasse magis conuenient. Itaq; redeo ad id quod inceperam ostendere, horum scelera atq; corruptelas presentium malorum causā fuisse. Nam uobis per huiusmodi homines, qui in legationibus corrupti, nihil sanū renunciabant, deceptis etiā miseris Phocensibus, eorumq; urbibus euerlis, statim factum est, ut detestabiles Thessali, & amentes Thebani amicū, patronum, & bene de se meritum Philippum nuncuparent, omniaq; in illo uno ponerent, nec uocem cuiusquam audirent, qui contrā monere uellet. Vos autem hæc insipientes, quanquam grauiter ferretis, pacem nihilominus seruabatis. Soli enim nihil facere possē uidebamini. Et cæteri Græci eodem modo ipsi quoque decepti, & spe illorum quæ crediderant destituti, pacem itidē libenter agebant, iam antea quodam modo à Philippo superati. Nam cum Illyrios & Triballos & nonnullos etiam Græcorum subegit Philippus, & ingentes copias sibi parauit, & quidam ex ciuitatibus Græciæ sub pacis licentia illum adeuntes (quorum iste unus fuit) corruppebantur, tunc omnes contra quos ista preparabat, oppugnabant. Quod si non intelligebāt, alius est hic sermo, nec ad me quidē attinet. Nam ego prædixi, et protestatus sum et apud uos et apud omnes, ad quos legatus sum missus: sed ciuitates ipsæ uarijs morbis laborabāt. Nam & ij qui Rempub. gerebant, pecunia erant corrupti, & priuati, ac multitudines partim non intelligebant, partim quotidiana quiete facilitateq; allecti. Cum hic esset communis morbus, nec tamen ullus putaret hoc malū sibi potissimū euenturum, sed ceterorum periculis sua in tuto fore arbitrentur, tandem euenit ut populi ipsi ac mul-

PP titudines



titudines pro breui quiete libertatem perderent: principes uerò cum alios uēdere pu-  
 tarent, se ante omnes uenditos agnoscerent. Nam pro hospitibus & amicis qui tunc  
 nominabātur, cum munera capiebāt, assentatores, & scelesti, & cetera huiusmodi (quē  
 admodum decet) appellari se audiunt. Nemo enim pecuniam dando proditoris qua-  
 rit utilitatē: nec cum earum rerum, quarum gratia pecuniam tradebat, potitus est, in cæ-  
 teris rebus agendis proditoris consilio uti. Nihil enim proditore esset felicius. Sed nō  
 est ita, non est. At cum ille qui dominari querebat, rem perfecit, ipsius quoq; prodito-  
 ris dominus factus, ac improbitatem eius cognoscens, illum odit, ac reijcit. Considera-  
 te enim (nam etsi rerum ipsarum tempus præterijt, intelligendi tamen atq; cognoscen-  
 di semper est tempus sapienti) eousq; Laschenes, amicus Philippi uocabatur, donec  
 Olynthum tradidit: eousq; Timolaus, donec Thebas euertit: eousq; Eudicus, & Si-  
 mus Larissæ, quousq; Thessaliam Philippo subiecerūt. Sed postea expulsi, & abiecti,  
 & summis incommodis affecti, uniuersum orbē proditoribus impleuerunt. Quid Ari-  
 stratus in Sicyone? quid Perilaus in Megaris? non ne & ipsi eodem modo despecti?  
 Ex quo manifestē intelligi potest, illum qui maximē patriam tuetur suam, et se istis plu-  
 rimum opponit, eum esse qui uobis Aeschines proditoribus mercede corruptis præ-  
 stat accipiendi pecuniam facultatem: & beneficio eorum qui uestris consilijs aduersan-  
 tur, salutem simul ac lucrum retinetis. Nam quantum in uobis est, iam dudum perisse-  
 tis. Ac de ijs quæ tunc gesta sunt (quanquam multa præterea dicere possem) finem fa-  
 cio putans etiā plura quā satis est, à me dicta fuisse. Cuius tamen rei iste causa est,  
 qui tanquam sentinam aliquam uitiorum suorum in me superuertit, quæ necesse fuit  
 iuniorum causa refelli. Nam uobis cæteris fortasse tædio fui, quibus prius etiā quā  
 uobis quicquam dicerem, nota fuerat huius mercenaria locatio. Quanquam ipse qui-  
 dem amicitiam, & hospitalitatem ipsam appellat, & nuper quodam loco ait, me hospi-  
 talitatē Alexandri tanquam probrū sibi obijcere. Ego tibi hospitalitatem Alexandri?  
 Vnde? aut quomodo illam consecuto? Nec te Philippi hospitem, nec Alexandri ami-  
 cum nuncuparem unquam, non ita desipio. Nisi fortē messores, ac ceteri operarij, qui  
 pecunia conducuntur, amici, atq; hospites nuncupandi sunt. Sed non est ita, non est.  
 At te Philippi primò, & nunc Alexandri mercenarium appello: nec solum ego, sed isti  
 omnes. de quo si fortē dubitas, interroga. Immo ipse ego id pro te faciam. Vtrum uobis  
 ō uiri Athenienses uidetur mercenarius, an hospes Alexandri esse Aeschines? Audis  
 quid respondēt? Volo igitur iam ad ipsam accusationē proficisci, & res à me gestas me  
 morare, ut licet sciens Aeschines, audiat tamen quæ nam illa sint, ob quæ his qui nunc  
 decreti mihi sunt honores, ac etiā maioribus me dignum esse ducam. Recita mihi ac-  
 cufationem ipsam. **ACCUSATIO.** Hæc sunt, uiri Athenienses, quæ accusator  
 persequitur. Ego autem ab hoc ipso arbitror manifestum uobis faciendum, me ad om-  
 nia iuste responsurum esse, quòd hunc ipsum sequens scripturæ ordinem, ad singula  
 deinceps respondebo, nec quicquam eorum sponte mea præteribo. Quod igitur scri-  
 psit, me uerbo & opere semper Atheniensi populo profuisse, paratumq; esse bene face-  
 re, atq; ea de causa me esse laudandum: horum examen in publicis rebus esse arbitror.  
 His enim discussis, uera ne an falsa sint quæ Ctesiphon de me scripsit, apparebit.  
 Quòd uerò non adiunxit demum, quum rationem publicè administratorum reddide-  
 rim, tunc fore coronandum me, quodq; in theatro coronationem faciendam esse cen-  
 suit, pertinere & hoc puto ad ea quæ in Republica gessi, an dignus sim corona, &  
 theatri præconio, nec ne. Leges etiā ostendēdæ uidentur, per quas huic ea scribere  
 licuerit. Per hunc equidē modum uiri Athenienses, iuste atq; rectè accusatori responde-  
 restatui. Pergo itaq; ad illa quæ ipse gessi. Nec tamē quisquam putet me ab accusatio-  
 ne ipsa sermonē distrahere, si in res Græcorū incidero. Nam qui eā partē prosequitur,  
 in qua scriptū fuit, me uerbo et opere benè facere, is necessitatē mihi imponit huiusmo-  
 di res à me gestas referendi. Deinde quū multæ sint partes, & quasi membra Reipub.  
 ego eam partē mihi assumpsi, quæ ad res Græcorum pertinebat, quare ex eis ipsis pro-  
 bationes me facere conuenit. Quæ igitur Philippus antequam ego ad Rempub. me  
 cōferrem occuparat, omitto. Nihil enim ad me id spectare arbitror. Quæ uerò ex quo-  
 die in hoc loco constitutus sum, prohibitus est, hæc ego referam, & eorum rationem  
 reddam,



reddam, hoc tamen præmissio. Magnum adiumentum, uiri Athenienses, temporum conditio Philippo attulit. Non enim apud hos uel illos, sed per uniuersam simul Græciam, tanta proditorum ac malorum hominum copia hoc tempore fuit, quantam nemo unquã prius recordatur fuisse: quibus fautoribus & ministris usus Philippus, Græciã populos iam antea haudquaquã adinuicem pacatos, nec trãquillos, etiã magis turbauit: & hos decipiendo, illis donando, quosdam uerò penitus corrupendo, in multas partes discidit, quum una cunctorũ esset utilitas, obstare scilicet ne ille magnus fieret. In hoc itaq; statu rerũ, atq; in hac ignoratione nascentis atq; crescentis Græcorum omnium cladis, considerandum à uobis est uiri Athenienses, quid hæc ciuitas facere, quid ue eligere debuit, ac huiusce deliberationis à me ratio postulanda. Nam ego has partes Reipub. mihi assumpseram gerendas, utrum debeat Aeschines dignitate sua ommissa, instar Thessalorum atq; Dolopum, Philippo auxilium præstare ad Græciã subigendam, & sic maiorum res gestas, gloriamq; perimere: an uerò hoc quidem non facere. nam nimis id certè graue: sed quæ uentura cernebat, si nemo prohiberet, hæc qualiacunq; forent negligere? At equidem ab eo qui maximè consilium tunc sumptum reprehendit, libenter nunc peterem, cuius partis uellet hanc ciuitatẽ fuisse. Vtrum eius quæ Philippo coniuncta præsentium malorũ causa fuit: cuius partis Thessali, et eorũ complices dici possunt. An eius quæ propriæ commoditatis spe neglexit hæc euentura: in qua Arcades, Messenios, & Argiuos poneremus. At horum plerique, immo uerò omnes grauiora quàm uos perpelli sunt. Etenim si simulatq; uicerat Philippus, euestigio abiisset, & postea quietem egisset, nulli nec sociorum, nec cæterorum molestus, tamen esset aduersus eos qui se illi non opposuerunt, querela quædam atque reprehensio: sin pariter omnibus dignitatem, imperium, libertatem ademit, ciuitates etiam quantum potuit destruxisset, cur non optimum à nobis consilium sumptum fuisse, me autore atq; adhortatore, confitendũ est: Sed illuc redeo. Quid hunc populũ, Aeschines, facere decuit, quum cernebat Philippum dominationem atq; tyrannidem sibi in Græcia comparantem: aut quid me ciuem & consultorem Athenis: nam id quidẽ plurimum refert decernere, qui sciebam ex omni tempore usque ad illam diem, in qua ego suggestum ascēdi, semper de principatu, de honore, de gloria patria certauisse, pluresq; & uiros & pecunias consumplisse pro dignitate, & communi Græcorum utilitate, quàm reliqui omnes Græci pro se ipsis consumpserint. Videbam insuper Philippũ ipsum, cum quo nobis erat certamen pro dominatu atq; potentia, oculo altero perfollo, fracto humero, manu atq; crure debilitatis, quãcunq; corporis partem abijcere libenter paratum, ut reliquum tempus cum honore atq; gloria uiueret. Atqui nemo unquam dicere auderet, huic quidem in Pella, loco tunc ignobili ac paruo, educato, tantam magnitudinem animi conuenisse, ut Græcorum dominatum affectaret, & hoc in mente sua poneret: uobis autem Atheniensibus, qui quotidie in cunctis sermonibus, cunctisq; spectaculis monimenta uirtutis maiorum uestrorum intueremini, tantam ignauitã adesse debuisse, ut Græciã libertatem sponte uestra Philippo addiceretis. Nemo certè ista diceret. Reliquum erat ergo, omnibus quæ contra uos ille per iniuriam faciebat, iuste repugnare. Hoc uos quidem ab initio rectè atq; ordine fecistis: ego autẽ dum in Reipub. uersarer, hoc idem suasi: fateor id quidẽ. Sed quid oportebat me facere? lam enim abs te peto, cætera omittens, Amphipolim, Pydnam, Potidæam, Halonsum, omnium horum obliuiscor: Serrium, atq; Doriscũ, & Peparethi direptionem, ac alias huiusmodi iniurias prætereo: nec si unquam fuerint, scio. Quanquam tu modo asseruisti, me ista dicentem hos in bellum coniecisse: cum Eubulũ, & Aristophontis, & Diopithis sint ista decreta, non mea. O' quæcunq; cupis, faciliter asserēs: nec tamen in præsentia de his loquar: sed qui Eubœa occupata, oppugnaculum aduersus Atticam instituerat, qui Megarã tentarat, qui Oreon occupauerat, qui Porthmion diruerat, qui in Oreo Philistidem, in Eretria Clitarchũ tyrannos posuerat, qui Hellepontũ tentarat, qui Byzantiũ obsederat, qui urbes Græciã alias euertebat, in alijs exules reducebat, utrum quum ista faceret, iusiurandum contemnebat, & pacẽ rumpebat, an non? Et utrum hoc prohibere quenquam Græcorũ oportuit, an non? Si nullũ oportuit, sed miserorũ (ut aiunt) præda fuit Græcia cõcedenda uiris Atheniensibus, atq; extantibus



superuacua fuerunt meae curae, superuacua etiam ciuitatis opera, quae mihi assensa est. Omnia haec meae culpae atque meo errori ascribantur. Sin autem oportuit quenquam his se opponere, quem alium quam Atheniensium populum magis decebat: Horum igitur ego tunc autor fui, et aduersus illius impetum, quo cunctos mortales in seruitutem rapiebat, ipse restiti, semper admonens, atque obtestans, hoc Philippo nequaquam esse concedendum. Pacem tamen ipse rupit, naues capiendo, non ciuitas, Aeschines. Affer decreta ipsa, & Philippi epistolam, & per ordinem recita: nam ex eorum cognitione quis cuiusque rei causa fuerit, manifeste apparebit. **DECRETVM.** Huius igitur decreti Eubulus autor fuit, non ego. Proximi uero Aristophon, deinde Egelippus, postea rursus Aristophon, postea Philocrates, postea Cephisophon, postea omnes alij: ego autem nequaquam. Recita id decretum. **DECRETVM.** Ve ego igitur haec decreta ostendo, sic tu Aeschines aliquod meum decretum ostende, per quod ego uidear belli causa fuisse. Sed non potes. Si enim posses, nihil prius attulisses. Atqui nec Philippus ipse de hoc bello me accusat, cum caeteris succenseat. Recita epistolam Philippi. **EPISTOLA.** Hic Demosthenis nulla mentio, nec aliquo modo me in crimine adducit. Cur igitur alios increpans, me non commemorat, quia sibi ipsi conscius uerebatur, ne si me per literas suas lacepsisset, ego eius iniurias nudarem. Nam probe illas tenebam, ipsique me opposueram. Primum enim legationem in Peloponnesum decreui, cum ipse primum Peloponnesum subiuit. Deinde aliam in Euboeam, cum ille Euboeam attigit. Deinde in Oreon, non iam legationem, sed auxilium urbanarum copiarum. Deinde in Eretriam, quum ille tyrannos in his urbibus constituit. Deinde omnes classes, nisi per quas & Cherrhonesus, & Byzantium, atque caeteri socij nostri ab illius conatibus fuerunt defensi. Ob quae uos o uiri Athenienses laudem, gloriam, honores, gratias, coronas, ab illis qui beneficia acceperunt, adepti estis. Hi uero qui opprimebantur, seruati sunt, qui uobis crediderunt. Qui autem aspernati sunt, ea tulerunt quae uos saepenumero eisdem praedixeratis: intellexeruntque uos non solum bene uolos erga se fuisse, uerum etiam prudentes & uenturi praescios, quum omnia euenissent ut antea dixeratis. Atqui quod magnam pecuniam dedisset Philistides ut Oreon haberet, magnam Clitarchus ut Eretriam: magnam ipse Philippus, ut haec contra uos ipse possideret, & in alijs non argueret, nec audirent eius facinora, nemo penitus ignorat, & tu mihi me omnium Aeschines, qui legatos Clitarchi atque Philistidis huc missos domi tuae habuisti. Quos ut hostes atque iniqua postulantes, ciuitas repulit, tibi erant hospites, atque amici. Non igitur horum quicumque est factum o improbe calumniator, qui me pecunia recepta silere dicis: sed quum absumpta est, tunc rursus clamare. At tu non quidem ita, sed clamas quum acceperis: nec unquam cessabis, nisi te hodie damnatum isti cessare faciant. Quum me igitur tuorum gratia coronaretis, quum eisdem syllabas tunc Aristonicus decreto suo, quas nunc Ctesiphon perscripsisset, quum in theatro huiusmodi coronatio per praconem publica retur, non contradixit Aeschines: nec illum qui tunc autor fuerat, accusauit. Cape hoc decretum, & recita. **DECRETVM.** Est igitur quisque uestrum, qui sciat uerecundiam aliquam Reipublicae ob hoc decretum euenisse, aut subsannationem, uel risum, ut iste nunc futurum predicabat, si corona donaretur? Atqui quum recentes sunt res, atque omnibus notae, tunc si recte sunt, gratia: si aliter, poena solent potiri. Ego uero (ut apparet) gratia tunc potitus sum, non autem poena, aut reprehensione. Igitur usque ad illa tempora, in quibus haec gesta sunt, semper recte fecisse uideor, & uincendo in consultationibus, quum de Republica consuleretur, & perfectione rerum, ex quibus etiam coronarum honores, & ciuitati, & mihi, & uobis omnibus euenirent, & pro rebus prospere gestis supplicationes decretae. Quum igitur Philippus ex Euboea pulsus est, armis quidem a uobis, consilijs autem atque decretis (etsi isti disrumpantur) a me, aliud contra hanc urbem oppugnaculum quaesiuit. Nam uidens nos ultra omnes homines frumento importato uti, atque cupiens transmissionem huiusmodi in suam potestatem redigere, in Thraciam profectus, a Byzantijs, qui per id tempus illi erant socij, postulauit, ut una secum uobis bellum inferrent. Quod quum illi negarent, nec ea de causa societatem coisse dicerent, machinis instructis, uallosque circumdato Byzantium obsedit. Quae quum ita essent, quid uos agere deceret, non amplius percontabor: nam id quidem manifestum, sed quis Byzantijs auxilium



lium tulit? quis ipsos seruauit? quis Hellespontum retinuit? Vos quidem, uiri Athenienses. Quum uos dico, ciuitatem dico. Quis autem hæc in Republica consuluit, decreuit, & sese in reb. totū sine ulla exceptione dedit? Ego. Hæc uerò quantum utilitatis attulerunt uerbis, probandum non est, quum re litis experti. Nam præter gloriã quã affecti fuistis, uilitas annonæ maior in illo bello fuit, quã nunc in præsentî pace, quã isti boni uiri contra patriam quadã spe ducti conseruant: quæ spes eos fallat, nec fiant eorum compotes, quæ uos à dijs immortalib. optatis: nec uos experiri sinãt, quæ illi exoptãt. Recita Byzãtiorū & Perinthiorū coronas, quib. hæc ciuitatē donauerūt. **DECRETVM** Byzãtiorū & Perinthiorum. Recita & eas coronas quæ ex Cherrhoneso missæ sunt. **DECRETVM** Cherronesiorum. Non solum ergo ut Byzantiū Perinthiaq; seruari tur, nec ut Hellespontus ex faucibus Philippi eriperetur, & honores pro ijs rebus meo consilio gestis ciuitati haberent, mea opera factū est, uerū etiã cūctis mortalibus ostensum, quæ esset huius ciuitatis uirtus, & Philippi fraus. Ille enim Byzãtios amicos ac socios palàm obsidebat, quo nihil turpius ac sceleratius fieri potuit. Vos autem quū multa iuste succensere eisdem haberetis, quæ contra uos ingratè commiserant, obliti iniuriarū, eos perire nō permisistis, sed manifestè seruauistis, ex quibus gloriã & beneuolentiã apud omnes uobis cōparastis. Atqui quòd multos iam ex ciuib. coronauistis, manifestū est. Quòd autē per alium ciuitas ipsa coronata fuerit, consultorem dico & oratorē, præterq; per me, dici nō potest. Ut igit̃ maledicta quæ aduersus Eubœos ac Byzãtios iecit, si quid durius ab illis cōtra uos factum erat, memorando, non solum falsa ostendam (nam id quidē uos intelligere arbitror) uerū etiã si maximè uera essent, ita ut ego decreui, in his rebus faciendum fuisse: unum aut duo de his quæ præclarè maiores nostri gesserūt, breuissimè commemorare uolo. Nam & priuatim singuli, & publicè uniuersū ad exemplum eorū quæ bene ac laudabiliter gesta sunt, cetera omni conatu prosequi debent. Vos igitur uiri Athenienses Lacedæmonijs terra mariq; dominantibus, atq; omnia circa Atticam suis magistratibus, præsidijq; tenentibus, Eubœã, Tanagram, Bœotiã totam, Megaram, Aeginam, Cleonas, aliasq; insulas, quū nec naues, nec mœnia hæc ciuitas haberet, in Haliartū existis, & haud multo post rursus in Corinthū, cū & Thebanis & Corinthijs meritò posset nostra ciuitas succedere pro his quæ in derelicto bello utriq; effecerāt: sed nequaquã ita fecerunt. Hæc ergo Aeschines tunc nec pro benemeritis gessere, nec sine periculo esse uidebāt. Sed nequaquã ea de causã supplices ad se fugientes abiecerūt: sed pro gloria & honore res arduas sponte susceperūt, rectè atq; honestè consulentes. Nam cunctorū quidem hominū finis est mors, etiam si in cubiculo quis seipsum includens conseruet. Decet uerò probos uiros semper res magnas & præclaras aggredi, bonamq; sibi spem proponere: quemcūq; autem euentum Deus dederit, generosè perferre. Hoc maiores nostri fecerunt, qui Lacedæmonios nō amicos, non bene merentes, qui magnis iniurijs hunc populum affecerant, cum Thebani post uictoriã in Leuctris partem eos delere pergerent, se opposcentes seruauerunt, non potentiam formidantes, nec reputantes quæ fuissent opera eorum, pro quibus pericula susciperent. Verū enim uero cunctæ Græciæ ostenderūt, quòd quanquã uos quis iniurijs affecerit, si illi seruitutis, aut excidij periculum imminet, in hoc tēpore iniuriarū acceptarū nō meministis, sed iram uestram ad alia reseruat. Nec in his solum eiusmodi fuistis, sed rursus quum Thebani Eubœã inuaderēt, non despexistis: nec illorum quæ à Themisone, ac Theodoro, apud Oropon contra uos facta erant, meministis: sed auxilium tulistis præfectis nauib., quorum unus ego fui, tūc primum uoluntariè profitentibus. Sed nondum de his. Atqui præclarū fuit, insulam illam seruare: præclarior tamē, quòd quum & homines, & urbes eius insula in potestatē uestram peruenissent, illis qui uobis iniuriati erāt, sine ulla controuersia reddidistis, nulla iniuriarum ratione habita, in quibus uobis se crediderāt. Multa prætereo, quæ cōmemorare possem, pugnas nauales, terrestres exercitus, bella & superiori tēpore & nostra ætate ab hac ciuitate suscepta ob libertatē, ac salutē ceterorū Græcorū. Ego igitur qui uidebã in rãtis ac tam arduis reb. pro alienis cōmodis populū Atheniensem certauisse, cū de proprijs ipsius quodammodo consulere, quid decernere mea sententiã debui? An infensus esse aduersus eos, qui ad uos confugiebāt, & causã querere, per quã omnia perderētur?



Et quis me iuste non necasset, si gloriam huius urbis, uel uerbo solum deturbare conatus essem? Nam re quidem ipsa uos certe scio non fecissetis. Si enim uoluissetis, quid obstabat? An non licebat? An non erant isti, qui hoc uobis suaderent? Volo igitur redire ad ea quae in Rep. gessi. Et rursus in his considerate, quid ciuitati conducebat. Nam quum uiderem, uiri Athenienses, rem naualem uestram plurimum dissolutam, & locupletes quidem penè immunes esse, mediocres autè & egenos ita onerari, ut perire cogentur, et ob hoc nihil suo tempore in hac urbe fieri, legem tuli per quam locupletes iusta facere coegi, pauperes uerò ab iniquo onere liberaui: & quod Reip. utilissimū erat, res ut suo tēpore fieri posset, disposui. Qua de re cum dies mihi diceret, quòd contra leges scripsissem, ad uos cōfugiens euasi, nec quintā partē sententiarū accusator reportauit. At quā multā pecuniam princeps Simmoniarū, aut secūdos & tertios putatis mihi duros fuisse, ne huiusmodi lex à me promulgaretur, uel ut saltem eam promulgatam deseruissem? Tantā, uiri Athenienses, quantam equidem referre uobis non audeo. Nec immeritò id facere uidebantur. Nam ex prioribus legibus sedecim simul munus subibāt: sed ipsi quidē nihil uel parū soluentes, egenos ciues suo onere premebant. Ex mea autem lege factū est, ut quisq; secundū uires patrimonij contribueret: & qui prius sextus & decimus cōtributor unius fuerat, ex mea lege duarum nauū prefecturus subiuit. Antea enim nō prefecti appellabant, sed cōtributores. Quare ut dissolueretur lex, nec ipsi iustū onus subire cogent, nihil est quod nō dedissent. Recita mihi primū decretū ipsum, ob cuius causam dies est mihi dicta. Deinde catalogū, tum ex priori lege, tum postea ex mea. **DECRETVM.** Recita catalogū illū preclarum. **CATALOGVS.** An parum uobis pauperib. opē tulisse uideor? An pauca diuites fuisse duros putatis, ne hec lex ferret? Nō igit ob id solū gloriari mihi licet, quòd nō omisi, nec quòd accusatus euasi, uerum etiā quòd utilē tuli legē, ut experimēto docui. Nam quū durate bello semper classe Respub. uteretur, nec deprecationem posuit praefectus quisquam, nec ligatus est, nec nauis ulla in portu relicta, cum nauigare non posset, nec in nauigādo amissa, quae secundum priores leges saepenumero eueniebāt, pauperibus sua munera obire nequeuntibus. Ego ex inopibus ad opulentos hec onera traduxi, ex quo omnia (ut decens erat) processerunt. Atq; ea de causa me laude dignum duco, quòd eiusmodi rerum semper autor fui, ex quibus gloria, honor, & potētia ciuitatis creuit. Malignitas, obrectatio, aut acerbitas in rebus à me gestis nunquam reperietur, nec abiectum aliquid, aut Repub. indignum. Eandemq; mentē in Republica nostra, atq; in communibus omnium Graecorum rebus seruaui. Neq; enim in hac urbe locupletum hominum gratia plus apud me ualuit, q̄ Reip. cōmoda: neq; in rebus communibus dona, aut hospitium Philippi uniuersae Graeciae commoditatibus antetuli. Reliquū esse arbitror, ut de praerogatiua ac rationibus reddendis dicam. Nō bene gessisse in Rep. & beneuolum fuisse, promptūq; benefacere, satis abundè superius demonstratū puto: quanquā maximam partem rerum à me gestarū praeterierim, cūm quia deinceps accusatori respondere uolo, tum quia etsi nihil de reliquis rebus gestis meis dicā, tamē quisq; uestrum simile propositū in illis concipere debet. Quae igitur iste sursum, deorsumq; differuit de legibus, contra quas scriptū esse à Ctesiphōte asserit, nec uos reor intellexisse, nec ego magna ex parte ea assequi potui. Simpliciter igitur & recta uia de iuribus disputabo: tantū enim abest, ut me obnoxium legibus esse negem, quod nūc iste dictitabat, ut etiā per omnem uitam me obnoxium illis fore profitear pro his rebus, quas uel administraui, uel in Republica gessi. Eorū tamen quae ex proprio patrimonio ipse populo donauit, rationem nullā à me reddi oportere dico, nec pro illis ullā diem esse obnoxium. Audis Aeschines? Nec aliū quenq; de nouem magistratib. quicumq; is sit. Quae enim lex tam iniusta, ac tam inhumana reperiri potest, quae eū qui ex suo patrimonio liberaliter donauit, nō solū omni gratia priuet, uerū etiam accusatorū calūnijs subijciat, computisq; & calculis donatorē obnoxium faciat? Nulla certè. Quod si negas, ostēde, ego ac quiescā, atq; tacebo. Sed nulla est huiusmodi lex, uiri Athenienses. Laudauit, inquit, illum senatus rationibus reddendis obnoxium. Nō de illis quidē, ob quae obnoxius erā, sed de ijs quae insuper donauerā, Calūniator: At murorū urbis curator fuisti, inquit. At ob



At ob hoc ipsum meritò laudatus sum, quòd de meo expēdī, nec computaui. Ratio enim datorū & acceptorū examē requirit, donatio uerò laude atq; gratia potiri debet, quamobrē hęc iste de me scripsit. Et hoc ita esse, ac nō solum ex legibus, uerumetiā ex uestris morib. ita disponi, ego facile ostendā. Nā & Nauficles prator ob ea quę ex proprio cōsumperat, pluries apud uestros coronatus fuit. & Diotimus quū scuta donauit, & post eū Charidemus, ea de causā coronati fuerūt. Post hos iste Neoptolemus, quū multis rebus gerēdis præsuisset, pro ijs quę donauit, honore potitus est. Etenim absurdum esset, atq; impium, si hominī magistratū aliquem gerenti aut donare per magistratum non licebit, aut pro gratiā ob liberalitatē habenda, ad rationem datorū reddendam cōpellatur. Et ut hęc quę dixi uera esse intelligatis, recita mihi decreta de his rebus facta. **DECRETA.** Horū quisq; Aeschines, magistratus quem gessit rationē reddere tenebatur: eorū uerò ob quorū gratiā coronatus fuit, nō tenebat. Nec ego igitur eodem modo: idē enim ius in me quod in ceteris est. Donauit, laudor ea de causa, nec teneor eorū quę donauit rationē reddere. Magistratū gessi, huius gestionis rationē reddidi, non eorū quę donauit. At malē gessisti. Quare igitur quum publicē examē de me factū est, tu præsens nō accusasti? Ut igitur intelligatis hoc mihi testimonium ferre, ex quib. rebus rationē reddere nō teneor, me nūc coronari, cape decretū hoc p me scriptū, & totū recita: quę enim accusare omisit, in ijs illa quę persequit, falso criminatus apparebit. **RECITA. DECRETVM.** Ergo de his quę ipse donauit, nihil persequeris: quę uero mihi à senatu eorū decreta sunt, ea persequeris. Accipere quidem liberalitatē, legitimū statuis: gratiā uerò pro acceptis referre, cōtra legem putas. Homo perditus & impius & malignus obtrektor eiusmodi esset per deos immortales, nō huiusmodi. De præconio autē in theatro faciēdo, mille millies fuisse concessum prætermitto, & pluries ipsum corona prius fuisse donatū. Sed per deos Aeschines usq; ad eò rudis et insensatus es, ut nō intelligas coronā eundē honorē afferre ubi cūq; publicetur, sed gratiā eorū qui coronant in theatro fieri, ut ij scilicet qui præconiū audiūt, ad uirtutē incendant: ubi qui gratias referāt, plus laudant, q̄ ipsi coronati. Ea de causā lex hęc facta est, quā cape, & recita. **LEX.** Audis Aeschines legē dicentem, Præterquā si populus, aut senatus decernat: nam tum præconiū fieri debere. Quid ergo miser calumniaris? quid uerba fingis? quid te ipsum helleboro nō purgas? non erubescis Aeschines, inuidię causa, nō iniurię cuiusq; accusare, et legū uerba partim cōmutare, partim abscondere, quas totas recitare oportuit, ut qui iurati iudicaturi sunt, sententiā rectē ferre possēt? Deinde quū hęc feceris, cōmemoras ea quę populari uiro adesse cōuenit, tāq; statuā per descriptionē effingens, quę quū nō habeat ea quę debet, illa quę desūt ex libello reportat, quasi nō reb. nec uita populares, sed uerbo cognoscāt. Vociferas dicēda & reticēda, quasi ex rheda pferēs ea quę tibi ac generi tuo assunt, nō mihi. Atqui, uiri Atheniēses, ego iurgiū ab accusatiōe hoc differre arbitror, quòd accusatiō crimina cōtinet, q̄rū in legib. pœnæ scriptæ sunt. Iurgiū uerò maledicta, quę inimici ad inuicē iactāt. Arbitror etiā maiores nostros hęc iudicia edificasse, nō ut in illis cōueniētes ob priuatas similtates malē ad inuicē diceremus, sed ut redargueremus eos qui publicē quid mali fecissēt. Hoc etsi nō ignoraret Aeschines, tamē me lacessere maledictis q̄ accusare maluit. In quib. ipse melioris cōditionis esse nō debet, nec minus q̄ maledixerat malē audire: ad q̄d iā pergā tātū antea pcontatus, utrū te quis Aeschines Reip. hostē, an meū putare debet? Meū uidelicet. Cur ergo quū liceret tibi p leges me accusare, & si deliquerim, pœnis subijcere, in reddēdis rationib. inferēdis sentētijs, in alijs iudicijs dudū omisisti: nūc autē quū sim legib. tēpore. p iudicio, redargutiōe uestra, qui sepe me accusantes, nihil omnino à me im. pbē factū. pbare potuistis, liberatus, ciuitati, ad quā rerū publicē gestarū gloria pertinet, obuiare conaris? Vide ne horū quidē hostis sis, meū uerò te fingas. Quū igitur pia ac iusta sententiā omnibus ostēsa sit, oportet me iā, ut uideēt, licet minimē p caccē, p multis ac falso in me dictis, quātū necessitas cogit, pauca de ipso dicere, et q̄ ipse, et ex qb. ortus sit, ex qb. facile in nitiū maledicēdi fecit, et uerba ita magnificē iactat, ostēdere. Si em̄ Aeacus, aut Rhadamāthus, aut Minos esset accusator noster, ac nō fabula, & tritura fori, & uilissimus scriba, haud eq̄dē reor grādiora dixisse, nec rigidiora uerba ptulisse, uelut in tragœdiā

exclā



exclamans: O terra, ô sol, ô uirtus, & huiusmodi cætera. Et rursus: O intelligentia atq; doctrina, per quam honesta atq; turpia dignoscuntur. Hæc uos ipsum audistis dicentem. Tibi pollute quicquam cum uirtute aut honestorum, aut turpium ulla cognitio: Vnde? aut quomodo? Quis tibi fas est disciplinam commemorare? qua qui præditi sunt, nedum talia de se ipsis profiterentur, uerum etiam alio dicente, erubescerent. Qui uero alieni sunt, ut tu, simulant quidem ob stultitiam, & audientibus molesti sunt. Sed cum quid de te, ac de tuis dicendum sit, minimè ignorem: ignoro tamen unde sit incipiendum. Vtrū ne ut pater tuus Tromes Elpiæ seruiuit, ei qui apud Thesei templum literas docebat, compedes ferens & baculum: an ut mater tua in claustrum apud Catamytum quotidianis nuptiis te pulcherrimam statuam, & summum pugilem tertiarum partium educauit: an ut Phormio tibi cenam Dionis Phrearij seruus, ab hoc præclaro quæstu eam abduxit? Per Iouem, & deos alios, uereor ne dum te digna dicam, me indigna proferam uerba. Itaq; hanc relinquo, & à te ac à uita tua incipiam. Num erat ut quiuis, sed ut ij quos populus detestatur? Serò enim tandem, serò autem, immò uerò heri atque pridie ciuis simul & orator factus, duabus additis syllabis pro Tromite Atromitum patrem: matrem uerò Glaucotheam nominauit, quā omnes Empusam sciunt prius nuncupatam, ex eo uidelicet quòd omnia faceret ac pateretur. Vnde enim aliàs? Sed tamen usque adeò ingratus ac prauus es, ut ex seruo liber, & ex inope locuples, horum beneficio factus, nedum nullam gratiam habeas, sed mercede accepta contra eos omnes geras. Et de quibus ambiguitas quædam esse potest, omitto: que autem pro hostibus manifeste gessit, memorabo. Nulli puto uestrum incognitus fuit Antiphon, qui se incensurum naualia nostra Philippo pollicitus in urbem uenit: quem in Piræo latitantem, quum ego cepissem, & in concionem traxissem, clamando iste, & uociferando me in libera ciuitate rem facere intolerabilem, quòd calamitosos ciues persequeretur, & domos alienas sine senatus decreto adire, ut dimitteretur effecit. Et nisi cōsiliū Ariopagi re audita, & populi ignoratione cognita, hominē quæsiuisset, & rursus captum ad uos reduxisset, ille pœnas nunquam dedisset, sed per huius operam euasisset: quem postea tormentis confectum extremo supplicio affecistis, ut iste etiam unā cum eo merebatur. Itaq; postea quum uos istum in Delum eadem ignoratione ducti qua multa perierunt, syndicum elegistis, ut Ariopagitis potestatem eius rei dedissetis, confestim hunc ut proditorem remouerunt, & Hyperidem in eius loco posuerunt. Hoc fecit senatus Ariopagitarum, ab ipsa ara ferens sententiam: quo in loco nullus inuentus est, qui hunc scelestum remouendum non censeret. Et quòd hæc uera sint, testes cita. **TESTES.** Quum igitur hunc ad dicendum electum senatus remouit, alteriq; commisit, tunc proditorem & inimicum uestrum iudicauit. Hoc unum ab isto forti uiro in Rempublicam gestum, nequaquam ijs simile est, de quibus me criminatur. Alterius autem uos meministis. Nam quum Pytho Byzantius, & legati omnium sociorum à Philippo missi huc uenissent, ut ciuitati uerecundiam inferrent, arguerentq; eius iniuriam, ego tunc Pythoni maximè elato, plurimumq; aduersus uos fluenti, non cessi, neq; effugi, sed surgens restiti: & iura ciuitatis non prodidi. immò iniurias Philippi sic nudaui, ac patefecit, ut ipsius socij eas fateri cogerentur. Iste uerò Pythonem adiuuit, & contra patriam testimonium tulit, & falsum quidem. Nec satis id fuit, sed postea cum Anaxino speculatore se coniunxisset, in Thraconis deprehensus est domo. At quisquis speculatore ab hostibus missi solo solo congregatur, & colloquia habet, is natura speculator, atque hostis patriæ existit. Harum rerum testes mihi uoca. **TESTES.** Multa insuper de isto referre possum, quæ prætermitto. Etenim sic res est. Multa enim referendi habeo facultatem, quæ per id tempus hostibus obsequendo, & me persequendo molitus est. Sed non resident ista in memoria uestra diligenter. nec quod decebat odium, horum gratia concepistis: sed mala quadam consuetudine magnam licentiam præstitistis, quicumque uelit Reipublicæ ac uestris commodis studentem supplantare atq; calumniari, uoluptatem contentionum ac maledictorum pro utilitate Reipub. commutantes. Itaque semper facilius ac tutius fuit inimicis obsequentem mercedem capere, quàm pro utilitate uestra certantem in Reipublica uersari. Et fauisse quidem Philippo antequam apertè esset hostis, quanquam sit



sit grave (Nam quid aliud dici potest?) aduersus patriam, tamen date huic, si uultis, date ueniam huius. Sed palam nauibus subtractis, Cherrhoneso populata, quum iam Attica inuaderetur, nec ambiguum erat bellum, quid unquam pro uobis a se factum, pessimus iste memorare potest: Nullum enim decretum, nec maius, nec minus pro utilitate Reipub. autore Aeschine est factum: uel si quod esse dicit, in mea ostendat aqua. Sed non est ullum. Atqui alterutrum necesse est: aut quod ea quae per id tempus a me gerebantur, nullo modo reprehendere poterat, nihil aliud decreuisse, aut quod hostium utilitati studebat, commoda patriae tacuisse, nec in medium protulisse. At uero quem admodum nihil sententia sua decernebat, sic etiam quum aduersus Rempublicam dicendum erat, nihil loquebatur, immo nulli ad dicendum relinquebat locum. Verum cetera quidem quae erant obscuriora, ferre poterat Respublica: unum autem patratum est tale uiri Athenienses, quod omnibus prioribus finem imposuit, cum multis uerbis Amphisseorum dogmata narrauit, quasi contra ueritatem facta. Hoc certe eiusmodi non est. Vnde: quomodo: nequaquam. Nunquam exterges maculam illic contractam Aeschines, nunquam tantum dices. Voco autem omnes deos qui regionem incolunt, & Apollinem Pythium, qui huic urbi praesidet: atque pariter omnes oro, si uera sunt quae dicam, quae tunc apud populum dixi, statim quum sensu hunc scelestum talia moliri (cognoui enim celeriter, cognoui) mihi fortunam prosperam, mihi salutem presentent. Si uero aut priuatae dissensionis, aut simultatis causa, crimen aduersus ipsum falsum induco, cunctorum bonorum expertem me faciant. Quid ergo ista sic extuli, ac uehementer ostendi? Quia & quum literas habeam publice scriptas, ex quibus ista clare probare possum, & uos istorum sciam meminisse: tamen uereor, ne iste impar tantis facinoribus uideatur nunquam tanta mala efficere potuisse, quod antea euenit, quum miseros Phocenses sua opera euerit, falsa huc renunciando. Amphissei enim belli, per quod in Elatiam uenit Philippus, & per quod dux Amphictyonum electus, uniuersam Graeciam subuertit, hic fuit autor, & omnium maximorum malorum hic unus est causa. De qua re quum tunc apud populum uerba facerem, atque eum planissime attestarer, bellum Aeschines in Atticam inducis, bellum inquam Amphictyonicum: alij ex composito assidentes, non permittebant me dicere: alij admirabantur, & propter simultatem quae inter nos erat, uanum a me crimen confingi existimabant. Quales uero fuerint huiusmodi res, & cuius gratia ordinate, & quemadmodum gesta, nunc demum audite, quoniam tunc impediti fuistis. Videbitis facinus bene compositum, eritque uobis utile ad notitiam Rerumpublicarum: & quanta calliditas fuerit Philippi, cognoscetis. Bellum aduersus nos conficere nullo modo poterat Philippus, nec finem quem cupiebat imponere, nisi Thebanos & Thessalos inimicos nobis fecisset. Sed quanquam praetoribus nostris contra illum male pugnantibus, tamen & latronibus, & bello ipso multis incommodis afficiebatur. Nihil enim ex regionibus eius asportari poterat, nec ea importari quibus indigebat: nec mari praeualebat, nec in Atticam uenire poterat, Thessalis non sequentibus, nec Thebanis una euntibus. Fiebat autem natura ipsa loci, & rerum utrinque existentium, ut etiam ipso duces superate (omitto quales) tamen magnis incommodis afficeretur. Si ergo sui causa, aut Thessalos, aut Thebanos sibi coniungeret, non putabat fore, ut ex animo secum perseverarent. Si uero eorum causa dux eligeretur, partim decipere, partim suadere posse arbitratus est. Quid ergo molitur? Videbitis quam astute bellum excitat in Amphictyonibus, & circa Pyleam tumultum. Hoc enim facto, uidebat illos statim sui indigere. Si ergo hoc ab aliquo sociorum factum esset, putauit fore ut res ab eo composita animaduertetur, & Thebani ac Thessali ac caeteri omnes cauerent. Si uero a uobis aduersariis fieret, faciliter se id quod cupiebat consecuturum putauit, quod quidem euenit. Quo ergo pacto id agit? hunc mercede data conducit, qui nullo rem obseruante, nec suspicante quidem, quemadmodum consueuerunt apud uos pleraque eiusmodi fieri, prerogatiuam nactus, & a tribus uel a quatuor per suffragium subleuatus, Pylagoras eligitur. Ut igitur autoritate publica accepta in Amphictyonas peruenit, ceteris omnibus posthabitis, ea perfecit pro quibus mercedem acceperat. At uerba colorata fabulasque, ut Cirrhæa regio dedicata fuit, enarrans, hominibus insuetis uerborum



borum, & futurum minimè prospicientibus, suadet ut eā regionem, quam Amphissei  
 ceu propriam colebant, inuadant: atque eo quidem tempore, quum nihil omnino ad-  
 uersus nos Locri molirentur. quod hinc intelligere potestis, non poterant Locri sine  
 uocatione quicquam aduersus nos facere. Quis igitur uos uocauit? aut quando? no-  
 mina aliquem conscium. Ostende, si potes. At non potes, sed falsam causam mentien-  
 do adducis. Circumeuntibus ergo Amphictyonibus regionem, ut iste suaserat, insur-  
 gentes contra eos Locri, uniuersos penè confoderunt: quosdam etiam ex sacrificulis  
 arripuerunt. Ut uerò causæ odiorum iam suberant, ac bellum aduersus Amphisseos  
 gerebatur, primus Cottyphus exercituum dux, Amphictyonum copias delegit. Ve-  
 rum ut alij quidem non uenerunt, alij uenientes nihil profecerunt, in secundo conuen-  
 tu corrupti quidam homines ex Thessalia alijsq; ciuitatibus (ut antea composuerant)  
 Philippum uocandum censuerunt, affirmantes aut ab ipsis conferendum esse pecunias,  
 & conductum militem nutriendum, pœnaq; afficiendum eos qui hæc facere recusa-  
 rent, aut illū esse eligendū. Quid opus est uerbis? eligitur dux hoc modo, & confestim  
 delectu habito, copijsq; in unum coactis, quasi Cirrhæam adiens profectus, dissimula-  
 to itinere, & Cirrhæis & Locris relictis, Elatiam urbem occupat. Et nisi Thebanis  
 cognita confestim uobis adhæsilissent, tanquam torrens in hanc urbem tunc Philippus  
 incidisset. At eius impetum Thebani compescuerunt: idq; fecerunt maximè propter  
 alicuius Dei erga nos benignitatem: deinde quantum ad unum hominem attinet, pro-  
 pter me. Da mihi decreta, & tempora in quibus hæc facta sunt, ut uideatis quanta ma-  
 la hoc detestabile caput operatum, pœnas non dedit. **DECRETA** Amphicty-  
 onum. Recita etiam tempora. sunt enim, quum iste munus publicum in Pylis gere-  
 bat. **TEMPORA.** Da mihi epistolam: quam, postquam Thebani non parebant,  
 in Peloponnesum ad socios scripsit Philippus, ut intelligere possitis, illum contra Gre-  
 ciam, contra Thebanos, contra nos egisse, finxisse autem se ex communibus Amphi-  
 ctyonum decretis agere. Ille uerò occasiones ac facultates eiusmodi sibi ministrabat.  
**Recita epistolam. EPISTOLA.** Videtis quàm fugiat priuatas causas, & in Am-  
 phictyones confugiat. Quis ergo illum adiuuit? quis occasiones præbuit? quis omni-  
 um malorum causa fuit? nonne iste? Non dicatis ergo, uiri Athenienses, uniuersam Gre-  
 ciam ab uno homine tanta mala perpeffam fuisse. Non enim ab uno hoc factum est,  
 sed à multis, apud quos, licet improbis atq; corruptis, quorū hic est unus, quem si dici  
 fas sit, non dubitem equidem cōmunem pestem omnium appellare hominum, loco-  
 rum, urbium. Nam qui semen præbuit, is nascentium causa est. Itaque patientiam ue-  
 stram magnopere admiror, quòd non confestim surgentes, illum laceratis. Sed ueri-  
 tas apud uos obscura est, & quasi tenebris quibusdam præpeditur. Euenit autem mi-  
 hi dum ea quæ isti contra patriam fecissent, referrem, in eorum quæ contra eos ipse gef-  
 si, mentionem incidere, quæ multis ex causis æquum est uos audire uelle, maximè quia  
 turpe est, uiri Athenienses, si ego quidem res ipsas pro uobis toleraui, uos autem ne uer-  
 ba quidem eorum sustineatis. Nam cum animaderterem Thebanos, uos etiam quo-  
 dam modo ab ijs qui res pro Philippo gerebant, deceptos, quod erat utrisque formi-  
 dandum, & diligentissimè cauendum, Philippum augeri, negligentes, nec ulla in re id  
 obseruantes, sed inimicè sese adinuicem labefactare cupientes: ne hoc fieret, operam  
 ac studium meum interposui: nec id solum ex mea sententiā, sed Aristophontis atque  
 Eubuli, quos sciebam omni tempore cupiuisse hanc amicitiam firmare. & quum in cę-  
 teris rebus sibi ipsis persæpe dissentirent, in hoc tamen uno idem semper sensisse: quos  
 tu uiuentes assentando impudentissimè sequebare, mortuos uerò non dubitas crimi-  
 nari. Nam quæ tu mihi de Thebanis succenses, illis magis quàm mihi succenses, à qui-  
 bus ante me hæc societas fuerat comprobata. Sed illuc redeo. Quum bellum Amphis-  
 seum ab isto conflatum fuisset, ab alijs uerò eius adiutoribus inimicitia aduersus The-  
 banos esset inducta, euenit ut Philippus nos inuaderet, cuius rei gratia istæ ciuitates  
 ad inuicem colluserant. Quod nisi præsensissemus, nec recipere quidem nos potuisse-  
 mus: sic isti procul rem ipsam composuerant. Quemadmodum uerò res erant, ex his  
 decretis responsionibusq; cognoscetis, quæ mihi recita. **DECRETA.** Recita  
 & responsiones, **RESPONSA.** Quum per istorū operam Philippus ciuitates sic  
 adinuicem



ad inuicem disposuisset, eiusmodi decretis responsisq; elatus, putansq; fieri nullo modo posse, ut cum Thebanis posthac cōspiraretis, profectus cum suis copijs Elatiam occupauit. Quare huc nunciata, quanta trepidatio in urbe fuerit, licet pleriq; meministis, tamen ex me pauca, quæ necessitas exigit, audiatis. Vesper quidem erat, quum huc nunciatum est, Elatiam à Philippo captam: cuius rei nuncio exciti magistratus, alij ex scena surgentes, scenas in foro positas disturbant, igneq; immisso cremant. Alij prætores in forum cogunt, tibicinemq; uocant. tota urbs tumultu ac trepidatione impletur. Mane autem facto, magistratus in curiam senatum uocant. Vos autē in cōcionem frequentes iuistis: & prius quàm senatus quicquam decerneret, uniuersus populus in gradibus theatri confedit. Deinde ut senatus uenit, & quæ nunciata fuissent exposuit, nunciusq; ipse coram adductus, eadem ipse retulit: rogare cœpit præco, quis consulere uellet: nullus tamen surgebat. Sæpius tamen præcone rogante, nihilo magis quisquam assurgebat, quum omnes quidem prætores, omnesq; oratores adessent, uocante communi patriæ uoce, ut de sua salute consuleretur. Nam quam præco secundum leges uocē emittit, hanc esse communem patriæ uocem, putandum est. Atqui si eos qui Remp. saluam esse uellent, assurgere oportuit, uos omnes & ceteri Athenienses assurgere debuistis. Cuncti enim (ut bene scio) patriæ salutem uolebatis: si ditissimos, eos qui trecenti appellantur: si & beneuolos & locupletes, qui deinceps magna tributa pendunt. nam & charitate & diuitijs hoc agunt. Sed (ut uidetur) tempus illud atq; illa dies non beneuolum & locupletem ciuem duntaxat flagitabat, sed qui ab initio rem consecutus, iam præuidisset, cuius rei gratia hæc facta essent à Philippo, & quid ipse sibi uellet. Nā qui hæc iam antea non diligenter præmeditatus esset, quanquam beneuolus & locuples, nihil magis quid agendum foret cognoscere, aut uobis consilium afferre potuisset. Ego igitur in ea die huiusmodi apparui, & assurgens illa dixi, quæ uos duorum gratia audire uelle debetis. Primum, ut intelligatis me solum ex omnibus, qui in Repub. uersabantur, in rebus arduis, aduersisq; temporibus nunquam charitatem patriæ omisisse, sed dicendo et decernendo ea quæ utilia forent perquisisse. Deinde, quod pro paruo tēpore ad reliqua Reipub. negocia multo eritis paratior. Dixi ergo illos qui formidabant Thebanorum cum Philippo initam societatem, statum ipsam rerum penitus ignorare. Nam si hoc esset, iam ipsum non in Elatia, sed in nostris finibus audiremus esse. Me tamen putare, ac pro certo habere, illa de causa illuc uenisse Philippum, ut Thebanorum mētes, quemadmodum cupit, disponat. Nam quoscunq; Thebanos aut decepsisse, aut pecunia corrupisse potuit, sibi iam pridem ascuuisse. Esse uerò quosdā, quos in sententiam suam trahere nondum potuit: ea nunc de causa Elatiam occupasse, ut copias ostentando, & arma propius admouendo, cum suos extollat, & alacriores faciat, tum aduersarios deterreat, ut sic uel concedant ea quæ adhuc recusauerunt, uel certe compellantur. Si igitur et nos, inquam, uolumus, si qua in re molesti fuerunt unquā nobis Thebanis, eius rei nunc meminisse, nec illis ullo modo credere, primum ea faciemus quæ maximè cupit Philippus. Deinde illud uereor, ne mutatis ijs qui nunc aduersantur, atq; unanimiter cunctis in Philippum conuersis, ambo simul Atticam irrumpant. Si tamē mihi assentiemini, inquam, nec cupiditate animi, nec cōtentione, ea quæ dicā considerabitis, me uiam ostensurum arbitror, per quam hoc imminens Reipublicæ periculum dissoluatur. Quid ergo dico? Primum istum timorem esse deponendum, & mutata mente pro Thebanis suscipiendum, qui huic periculo sunt uiciniores. Deinde ab omnibus qui ætate sunt militari, in Eleusinam exeundum, & cum armis sese ostentandum, ut ij qui nobiscum sentiunt Thebanorum, æquè confidere possint, uidentes eodem modo uos sibi pro libertate certantibus opem ferre paratos, quemadmodum ijs qui patriam Philippo uendunt, adest in Elatia auxilium copiarum. Post hæc eligendos esse censeo legatos decem, ijsq; potestatem unā cum prætoribus dandam, & exeundi, et proficiscendū illuc quando eis uideat. Cum uerò Thebas adierint legati, quid obseruare debeant, diligentissimè animaduertite. Nihil à Thebanis suppliciter postulare debent, nō enim conuenit tempori: sed promittere uos auxiliū laturos, si ipsi postulabunt, cum ipsi sint extremo in periculo constituti: nos uerò meliore coniectura quid futurum esset prouiderimus. Ut si hoc recipiant, & nobis assentiantur, simul & quæ

QQ z cupiunt



cupiūt, consequant̄, & pro dignitate huius populi hæc sunt gesta. Si uerò perficere ne queamus, ipsi sibi imputēt errata sua: à nobis uerò nihil turpiter, aut abiectè factū dici possit. Hæc et his similia cum dixissem, cōsedi laudantib. omnibus, nullo cōtradicante. Nec dixi quiddē hæc, non autē decreuī: nec decreuī, non autē legatus abij: nec legatus abij, non autē persuasi Thebanis: sed de primo ad ultimū cuncta perfeci, in nullo mihi ipsi parcens, cum tanta pericula urbē circundarēt. Da mihi decretū tunc factū. Ad quē uis me Aeschines, & quem te illa die fuisse ponam: Vis me ponam eum quem tu per contumeliā appellare soles Batulum: Te uerò heroa quendam egregium Cresphōtem, aut Creontem, aut quem tu sæpe malè egisti Oenomaon: Tunc igitur in illo tempore ego Præanicus Batulus, te Oenomaos Cothocide, utilior fui patriæ. Nam tu nulla in re utilis fuisti, ego in omnibus quæ decent bonum ciuem. Recita hoc decretum.

DECRETVM. Hoc principium amicitia cum Thebanis fuit, cum antè semper odium inimicitiaq; istis autoribus uigissent. Hoc decretum, id periculum quod tunc Reip. imminabat, tanquam nubem aliquam dissipauit: erat boni ciuis, tunc ostendisse omnibus, si quid his haberet utilius, non hoc tandem tempore reprehendere. Calumniator enim atq; consultor, quanquā nulla in re cōueniant, in hoc tamen uno plurimū differunt, quòd consultor, ante rem gestam, sententiā suam ostendit, & fortunæ atq; tēporis sese apud eos quibus suadet, obnoxium præstat. Alter uerò, cum opus est consilio, silentium agit: si quid aduersi acciderit, malignè reprehendit. Erat igitur (ut ego dicebam) tempus illud uiri boni, & patriæ amatoris, iustorumq; uerborū: ego autē tantum superadiungo, ut si uel nūc ostendere quisquā possit, quòd illo sit melius, aut omnino aliquid ultra id quod tunc persuasi, me in crimine esse confitear. Si quid est quòd aliquis nunc faciendum fuisse uiderit, quòd tunc factum non sit, hoc ego dico me latè re nō debuisse. At si non est, nec dici potest etiā hodie, quid oportebat consultorē facere: nōne quæ uidebantur optima potissimāq; eligere? Hæc ego, Aeschines, feci, præcone flagitante quis consulere uellet, non quis accusare præterita, aut diuinare futura uellet. Te cum silētio per illud tempus in concionib. sedente, ego surgens cōsului. Sed quoniam tunc consiliū tuum non ostendisti, saltem nūc ostende. Dic quam rationem inire tunc oportuit, aut quòd tempus à me sit prætermisum, quæ societas, quæ res agēda: Atqui præteritū semper apud omnes relinquit, & nemo hoc in cōsultatione ponit, futurum aut præsens consiliū postulat. Tunc ego partim horum quæ futura erant, ut nunc uidemus, partim iam aderam: in quibus uide quid ipse consilij capiendū censuerim, nec ea quæ euenerunt, intorqueas. Nam finis rerum omnium ut fortunæ libuit imponitur, electio uerò cōsulentis ingenium ostendit. Noli mihi hoc crimen obiecare, si euenit ut Philippus in prælio uicerit. Nam in dei id erat, non in mea potestate. Sed quòd non cuncta secundum humani ingenij captum iuste simul atq; diligenter prouidi, & cum summo labore effeci, aut quòd nō honesta pro Reip. dignitate cōsului, hoc mihi modò obieca, atq; ostende, si potes. Si uerò hoc fulmen, atq; hic æstus, non solū nos, uerū ceteros quoq; Græcos uehementius inuasit, quid est agendum? Velut si quis nautam, qui omnia pro salute nauigantium diligentissimè comparauerit, & omnibus nauē instruxerit, quæ ad salutem uidebantur expedire: deinde fluctibus agitantibus, armis fatigatis aut fractis, naufragij accuset. At non eram gubernator, inquit, ut nec ego dux exercitus fui, nec fortunæ dominus: sed ipsa fortuna omnium. Verū illud uide, atq; attende, si unā cum Thebanis pugnantes superati sumus, quid illis Philippo coniunctis putandum est fuisse euenturum? pro quibus tunc Philippus tantos emisit clamores. Et si nunc pugna trium dierum iter procul ab Attica commissa, tantū periculum ac terrorem huic urbi attulit, quid expectandum fuit, si tibi intra fines nostros hoc euenisset? Consistendi enim & respirādi, ac multa de salute nostra prouidendi, unus, duo, tres dies nobis spacium dederūt. Tunc autem nec referēda quidem sunt illa, quæ nec experiri nos permisit deorum benignitas, et prouisio societatis huius quā iste calumniatur. Hæc autem omnia ad uos iudices respondendo, & ad illos qui circumstant, atq; audiunt. Nam quantum ad istum scelestum attinet, breuis ac planisatisfacit oratio. Si tu solus Aeschines hæc præuidebas, tunc palam facere debuisti, cū ciuitas de his reb. cōsultabat: si nō præuidebas, eidē cum alijs ignorationi obnoxius es.

Itaq;



Itaq; quid tu magis de hisce rebus mei accusandi ius habes, quam ego tui? Ego certe in hoc ipso melior quam tu, fui ciuis: in hoc dico, necdū de alijs dixero, quod ego me ad illa contuli, quae utilia fore uidebantur, nullius mei periculi rationem habēs. At tu nec meliora inuenisti: non enim haec secuti essent, nec ad haec ipsa te utilem quoquo modo praestitisti. Quod uerò improbissimus ac inimicissimus huius urbis fecisset, hoc tu fecisse, in his quae euenerunt comprobaris. Et simul Aristratus in Naxo, & Aristolaus in Thaso, huius urbis inimicissimi, amicos Atheniensium persequunt, & Aeschines Athenis Demosthenem accusat. At qui cui infortunia Graecorum splendori sunt, perisse dignior est, q̄ alium accusare: & cui tempora eadem quae hostibus ciuitatis utilia sunt, is patriae amator esse nullo modo potest. Constat uerò ex ijs quae dicis ac facis, quaeq; in Republica geris, & rursus quae non geris. Agitur quid ex ijs quae profutura uideantur: mutus Aeschines. Offendit quippiam, & fuit quale non oportuit: adest Aeschines: uelut contracta atq; disiecta, cum malum quid corpus habet, tunc & ipsa mouent. Sed cum euentibus maximè inhareat, uolo aliquid dicere incredibile: & nulli, per deos, miraculo sit: sed id quod dico, beneuolè recipiat. Si cunctis ea quae euenerunt, manifesta fuissent, omnesq; prauidissent, & tu praediceres, atq; attestareres clamando ac uociferando, qui nihil omnino dixisti, nec ita quidem haec ciuitas aliter facere debuit, uel si gloriae, uel si dignitatis maiorum, aut futuri seculi ratio est habenda. Nunc enim non processisse res, quod cunctis mortalibus commune, quando deo uideatur: tunc autem cum digua principatu haberetur ciuitas, sibi ipsi defuisse, & Philippo concessisse, ac omnes prodidisse argueret, si ipsa sine ullo certamine abiecisset, pro quibus maiores nullum unquam periculum recusarunt. Quis te non abominaretur? non enim Rempub. nec me: quibus oculis uenientes in hanc urbem aspiceremus, si res ut nunc sunt essent? Dux uerò & dominus factus esset Philippus: & ceteri Graeci, ne id fieret, praeter nos restitissent: Quanquam haec ciuitas nunquam ante hoc tempus glorioso periculo securitatem in gloriam anteposuit. Nam quis Graecorum, quis barbarorum ignorat, & Thebanos, & Lacedaemonios prius, ac Persarum regem libentissimè concessuros fuisse, ut haec ciuitas suis omnibus retentis, & alijs insuper quae uellet acceptis, iussum fecisset, concessisset quae alteri Graeciae principatum? Sed non erant haec Atheniensibus pacta, nec tolerabilia, nec conuenientia: nec potuit hic populus unquam adduci, ut dominantibus iustè coniunctus, securè seruire uellet: sed omne tempus deprimi ijs, de gloria, de honore certare non destitit. Haec uos & honesta, & uestris maioribus consentanea iudicatis, ut maiores qui haec fecerunt, maximis laudibus prosequamini: nec immeritò. Quis enim non amet uirtutem illorum, qui & regione, & urbe deserta, naues ingressi sunt, ne imperata cuiusquam reciperent: eumq; qui haec suaferat Themistoclem, ducem sibi elegerunt: & qui repugnabat, nec parere decreto uolebat, Cyrilū, nō solum ipsi ipsum, sed & uxores illorum illius uxorem lapidibus obruerunt, nec quae serunt tunc Athenienses oratorem, nec ducem, per quem seruirent fortunatè: sed nec uiuere quidem sine libertate uoluerunt. putabat enim eorum quisq;, se nō parentibus solum esse natum, uerum etiam patriae. Interest autem hoc, quod is qui duntaxat parentibus se natum arbitratur, fatalem atq; spontaneum uitae exitum expectat. At qui se etiam patriae natum putat, ne illam seruire uideat, morti se obijciat: contumeliamq; & infamiam, quam in patria seruienti tolerare necesse est, magis formidabit, quam mortem. Si ergo uos a me inductos, dicam, ut ea quae digna forent maioribus uestris faceretis, nullus est qui me iustè reprehendet. Sed ego uestras mentes eiusmodi fuisse ostendo, doceoq; etiam ante me huiusmodi propolitus huius populi fuisse, ministerij tamen per singula tempora gestorum me participem fuisse dico. Hic autem Aeschines me causam fuisse omnium affirmans, & uos mihi infensos facere nitens, quasi omnium formidinum periculorumq; autori, me quidem praesenti honore, uos autem perpetua gloria per omne tempus spoliare quarit. Si enim improbatis rebus in Republica gestis meis hunc damnabitis, errasse quidem uidebimini, non fortunae uitio haec pertulisse: sed non est causa cur erratis uiri Athenienses, pro libertate & salute omnium pericula subeuntes. Nam per eos qui in Plateis in acie steterunt progenitores, & qui in Salamina nauali praelio, & qui in Artemisio, & multos alios preclaros uiros,

QQ 3 quorum



quorum in publicis annalibus extat memoria, quos hæc ciuitas simili dignata honore, sepeliit. Aeschines, non illos duntaxat qui uictores fuerunt, sed omnes, nec immerito. Nam quod fuerat bonorum ciuium opus, omnes fecerunt. Fortuna uero sic uli sunt, ut fatum præparauit. Deinde me honore & gratia apud hos priuare quærēs, trophæa, pugnas, & antiquas res gestas commemoras, quarum commemoratione præsens certamen nequaquam indigebat. Me autem de principatu Reipub. consulentem, quam mentem induere oportuit: an eorum qui indigna huius populi censebāt: iuste me hercule interissem. Præterea nec uos o uiri Athenienses, publicas & priuatas causas eadem mente iudicare debetis, sed consilia priuatarum rerum priuatis legibus actionibusq; metiri, publica uero ad dignitatem maiorum referre: & quisq; uelstrum cum ea iudicantur, simul cum tabella mentem ciuitatis induere. Sed in maiorum mentionem lapsus, nonnulla decreta ac res gestas prætermisi. Redire ergo uolo illuc, unde digressus sum. Postquam Thebas peruenimus, offendimus ibi Philippi, & Thessalorum, & aliorum sociorum legatos: & nostros quidē amicos metu percussos, illius uero alacres atq; erectos. Et ut hæc me non dicere temporis causa uideatis, recita mihi epistolam, quam tunc legati scripsimus. Atqui iste eō calūniæ prouehitur, ut si quid bene gestum fuerit, tempori tribuat, non mihi: quæ autem aliter euenerunt, eorum fortunam meam dicat causam fuisse. Et ut uideatur, consultor ego atq; orator, eorum quæ uerbo atq; consilio bene gesta sunt, nullo modo uideor particeps: eorum uero quæ armis & exercitu infeliciter procellerunt, solus causa uideor ipse fuisse. Quis acerbior calumniator reperiri potest, aut detestabilior? Recita epistolam. **EPISTOLA.** Cum ergo concionem aduocauissent Thebani, illos prius introduxerunt propter societatem, qui aduentus uerba fecerunt, multa pro Philippo, multa contra nos dicentes, & quæcunq; feceratis unquam contra Thebanos commemorantes. Summa dicendi hæc fuit, ut pro beneficijs à Philippo acceptis, amicos se illi præstaret: pro ijs uero quæ à nobis iniuste perpersi erant, poenas capere uellent, aut per se inuadentes, aut unā secum Atticam irrumpentes. Addiderunt etiam ex ijs quæ ipsi sua debant, fore ut omnis generis præda ex Attica in Bœotiam traduceretur: ex ijs uero quæ nos essemus dicturi, & pecora, & homines, & cætera bona ex Bœotia auferri. Alia præterea multa in hæc sententiam differuerunt. Contra hæc quid nos dixerimus, singula quidem sic libenter referrem, ut pro ipsis referendis uitam paciscerer. Sed uereor, ne præteritum tempus tanquam diluuium aliquod harum rerum memoriam ita diluerit, ut molestus ac superuacuis hic sermo uideatur. Quæ tamen nos persuasimus, & quæ nobis illi responsa dederunt, audite. **RESPONSA THEBANORVM.** Post hæc igitur illis uocantibus, uos existis, auxilium tulistis: & ne media omittam, sic familiariter uos susceperunt, ut cum ipsorum pedestres equestresq; copiarum foris essent, intra urbem atq; domos, inter liberos atq; coniuges, & cætera charissima exercitum uestrum reciperent. Atqui de trib. præclarissimis rebus, illa die nos apud omnes homines Thebani commendauerunt, de fortitudine, de iustitia, de modestia. Nam bellum eligendo potius unā nobiscum, quam aduersus nos gerere, & fortiores esse, & iustiore habere causam quam Philippum iudicauerunt. Et quæ apud cæteros plurimæ custodiæ, liberos & coniuges nobis credendo, temperantiæ fiduciam de nobis se habere ostenderunt. De quib. omnibus uiri Athenienses, quantum in nobis fuit, recte eos existimasse apparuit. Nam tanto exercitu Thebas ingresso, nullus aduersus quenquam uestrum, ne iniuste quidē questus est, ita uos modestos præstitistis. Et bis cum hoste congressi prioribus pugnis, una super fluuium, altera apud Chimerinam, non solū fortes uiri, uerum etiam mirabiles apparuistis, ornatu, structura, audacia. Ex quibus ab alijs quidem uobis laudes, à uobis autem supplicationes atq; pompæ dijs immortalibus fuerunt. At quidem libenter peterem, cum pro ijs rebus gestis, gaudio ac gratulatione urbs erat referta, utrū in sacrificijs & lætitiā unā cū populo erat Aeschines: an tristis, & bonis publicis infensus, domi manēs affligebat. Si aderat, et unā cum cæteris particeps fuit, indignè facit, immo impiè, si illa quorum ut prospere gestorum deos testes uocauit, à uobis nūc improbāda censeret, qui deos iurati estis: si nō affuit, quomodo perire dignus est: nec semel, at pluries, si de quibus alij lætitiā susceperunt, ipse molestia afficiebatur. Recita hæc decreta. **DECRETA.** Nos itaq; tunc in festis



festis eramus, Thebani uero se à nobis salutem accepisse arbitrabantur: & factum erat ut qui auxilio indigere uidebantur, ipsi mihi assentiendo, alijs auxiliū ferrent. At quas nūc uoces emisit Philippus, & in quibus fuerit turbationibus istorum gratia, declarat eius epistola in Peloponnesum missa, quas nūc recita. Videtis quid assiduitas, & labores, & legationes, & decreta mea, quæ nūc iste uituperat, profecerūt. Atqui cōplures apud uos, uiri Athenienses, oratores ante me præclari fuerūt, Callistratus ille, Aristophō, Cephalus, Thrasylbulus, alij multi, nullus tamē istorum se omnino totū Reipub. tradidit: sed alter decernebat, non legationes obibat: alter legationes obibat, non autem decernebat. Relinquebat enim sibi quisq; partim facilitatem, partim refugium, si quid fortē accidisset. Quid ergo, dicit quispiam, tu usq; ad eō cum cūis, & magnitudine animi, & uiribus antecellis, ut unus omnia exequaris: Nō dico hoc. Sed tāta mihi uidebat periculi magnitudo, quod tūc imminere, ut existimare nullam propriæ salutis habendā esse rationē: & bene actū putari, si nihil omitendo ea quæ agenda forent, agerentur. Persuadam etiam mihi, stultē fortasse, attamen persuaserā, neq; sententiā dicēdo quenquam melius decreturū esse, nec legationes obeundo diligentius quenquam id agere: ea de causa me omnibus exposui. Recita epistolas Philippi. **EPISTOLAE.** In hoc coniecit Philippum opera mea, hanc ille uocem emisit propter me, multa & acerba prius contra urbem minitatus: ob quas quidem res iuste coronatus tunc fui, præsentē & non repugnante quidem te. Diondas qui tunc repugnabat, quintam partem sententiarum non reportauit. Recita mihi decreta, quæ tunc in accusationem deducta, non tamē ab isto attentata euaserūt. **DECRETA.** Hæc decreta, uiri Athenienses, eadem habent syllabas, atq; eadem uerba quæ prius Aristonicus, & nunc Ctesiphon scripsit: & hæc Aeschines ipse nō accusauit, nec accusanti fuit subscriptor. Atqui tunc Demomelē qui hæc decreuit, & Hyperidem, magis iuste quā hunc persequi licebat. Quamobrem? Quia nunc iste ad illos se referre, & res iudicatas, & istum non accusauisse, cum alij tūc accusarent, & leges non permittere, id de quo actum est, agi, & multa alia allegare potest. Tunc autem res ipsa per se iudicabatur, anteq; præiudicium fieret. Sed non licebat opinor tunc facere, quæ nunc facit: ex antiquis uetustisq; decretis multa colligere, quæ nec præuidere quisquam poterat, nec opinari, ab isto hodie referri, calumniari, & temporibus transpositis, & fallis causis pro ueris inductis asserere. Non licebat tunc ista facere: sed sub ista ueritate quæ recens erat, uobis res ipsas gestas memoria tenentibus, & quasi in manibus singula habentibus, omnia eius uerba nota fuissent. Quapropter redargutiones iuxta res ipsas fugiens, post tot elapsis temporibus uenit, rhetorum certamen (ut mihi uidetur) non rerum gestarum examen, & iudicium uerborum, non utilitatis cuiusquam Reipub. inducens. Deinde uos perstringere uolens ait, quam opinionem de nobis domo attulistis, eam in iudicio non esse attendendam. Quæ admodum enim inquit cum pecuniam alicui supereffe putatis, si posito diligenter calculo, nihil ipsi deberi reperiatur, conceditis: sic nunc ijs quæ ratio ostendit, inherendum esse: uidebitis quā fragile sit omne quod est à iustitia seiunctum. Nam ex hoc sapienti eius exemplo planissimè confitetur uos intelligere me pro patria certauisse, ipsum autē pro Philippo. Non enim dissuadere quæreret, ni talis de utroq; esset opinio. Quod tamen non iuste quærit hanc opinionem remouere, ego ostendam non positione calculorum (non enim hæc est rerum ratiocinatio) sed commemoratione breui rerum à me gestarum, calculatoribus simul & testibus uobis audientibus utens. Mea opera quam iste criminatur, cum Thebani unā cum Philippo Atticam inuasuri forent, ut nobiscū coniungerentur, ac illum prohiberēt, effecit: cum bellum in Attica futurum esset, ut septuaginta stadijs procul ab urbe in finibus Bœotia gereretur: cum latrones ex Eubœa prædaturi nos forent, ut maritima regio omni tempore belli pacata fuerit: cum Hellepontum occupaturus esset Philippus, Byzantio capto, ut nobiscum aduersus illum Byzantij pugnarent. An tibi instar calculi uidetur harum rerum commemoratio? An horum memoriā censet tolli oportere, ac non potius, ut in omne tempus firma sit, cogitare? Illud nō addo, quod crudelitatem, quam uidere licet in his quorū Philippus dominus est cōstitutus, alios experiri contigit: humanitatis uero, quā pro ceteris captandis erga uos simulauit, uos nec improbè fructū cōsecuti estis. Sed hæc omitto. Nec illud dicere uerebor;

uerebor;



uerebor, quòd si quis oratorem uelit iuste sine calumnia intueri, non qualia tu nuncere ferebas accusaret, exempla fingens & uerba, atq; gestus uelut in scena componēs. Valde nimirum, ut uidetur, res Græciæ periclitabantur, si ego hoc uerbum, ac non hoc protuli: aut si huc, non illuc manum traduxi. Sed hæc consideraret, quas uires habebat ciuitas, quæ ue auxilia, cum ad Rempub. me cõtuli, & quæ post hæc ipse comparauit: qualesq; forēt tũc hostiũ res. Ac deinde si ego minui has copias, me accusare: si auxi, nõ obtrectare debuisti. Cũ ergo tu hoc facere nolueris, ipse faciã. Et animaduerte, si iusto uitar sermone. Potentiam ciuitas habebat, insulares non tamẽ omnes, sed imbecilliores. Nõ enim Chius, nec Rhodus, nec Corcyra nobiscum erant. Pecuniarum uerò ordinationem ad quinq; & quadraginta talenta, & hæc iam prius erant absumpta: peditũ uerò aut equitem, præter domesticos, nullum. Quod autem deterrimum erat, & maximẽ hostibus accommodum, isti uicinos omnes sic disposuerant, ut inimici proprius essent q̃ amici, Megarenses, Thebanos, Eubœos. Hic erat tunc nostrarum rerum status, nec aliud præter hæc dicere quisq; potest. Philippi autẽ cum quo nobis erat certamẽ, quẽ admodum res erant considerate. Primum eorum qui sequebantur, dominabatur, ipse suo arbitrio eorum quæ ad bellum pertinent moderator, quod maximum est omnium rerum. Deinde isti arma semper habebãt in manibus, pecunijs affluebat, ex sua sententia res gerebat, nõ prædicens in cõsilijs, nec in aperto quod agendum foret disceptãs, nec obtrectantibus, aut iudicijs subiacens, nec causas fugiens, nec obnoxius cuiq;, sed ipse dominus, dux, imperator omnium. Ego uerò qui illis oppositus eram (nam hæc examinari conuenit) cuius eram dominus: nullius certẽ. Nam hoc ipsum dicere ad populum, quod solum in me fuit, unã cum istis, qui mercede corrupti erant, cõmune mihi feceratis. Et in quibus isti superabãt, quod sæpe accidit, qua tandem ex causã omitto, hæc uos pro hostibus decernebatis. Attamen ex huiusmodi iniquitate rerum ego socios uobis feci Eubœos, Achæos, Corinthios, Thebanos, Megarenses, Leucadios, Corcyreos, a quibus quindecim millia peditum, absq; urbanis eorundem auxilijs cõgregauit, pecuniarum uerò quantum potui maximum numerum disposui. Si uerò aut Thebanorum, aut Byzantium, aut Eubœorum fœdera commemoras, aut de aequitate nunc contendis, primò quidem ignoras, & antè cum pro salute Græcorũ pugnatum est, ex trecentis nauibus (tot enim pugnauerunt) ducentas Atheniensium fuisse. Non putauit tunc populus Atheniensis ius suum minui: nec diem illis dixit, qui huius consilij fuerunt autores, nec unq; super his conquestus est: nam turpe id quidẽ. sed dijs gratias habuit, si in communi Græcorum periculo ipse plus quàm omnes reliqui ad salutem contribuit. Quanquam uanas his gratias præstas, in me accusando. Quid enim nunc tandem mones, quid tunc fuerit faciendũ, ac non tunc, cum esses in urbe, hæc tua sententia decreuisti: si quidem id tempora patiebantur, in quib. non ut uolebamus, sed ut facultas dabatur nobis, necesse erat suscipere. Nam prestò erat qui emeret, et qui eos quos nos reijceremus, sibi promptissimè ascisceret, pecuniasq; superadderet. Quòd si si nũc accusor, quid putatis, si me frigide ac parcè incedente recessissent ij populi, et Philippo se coniunxissent, & simul Eubœæ & Thebarum & Byzantiũ dominiũ nactus esset, hos impios homines fuisse dicturos: Non ne proditos: nõ ne repulsos fuisse illos, qui nobiscum esse cupiebant, atq; ita Hellepontum & transmissionem frumenti in ditionem Philippi peruenisse: Bellum uicinum & graue propter Thebanos in Atticam introductum: Mare propter Eubœam nauigari nequiuisse: Non ne hæc & multa alia dicerent: Mala õ uiri Athenienses, mala res est obtrectatio, semper & ubiq; calunians. Hic etiam natura impudens est, nihil unquam liberale, nihil laudabile operatus, Tragica simia, rusticus Oenomaus, absurdus orator. Quid enim eloquentia tua usui unquã fuit Reipublicæ: Nunc dicis nobis de rebus præteritis: uelut si medicus quispiã agrotantes adiecs, nihil adinueniat, neq; ostendat, quo morbum effugere queant. Deinde mortuo eorum aliquo, cum busta eidem fiãt, ad monumentum secutus, dicat: Si hoc et hoc fecisset homo iste, nõ esset mortuus. Attonite nunc tandem hoc ais: Nõ ergo nec conflictũ illum super quo lætitia exultas, cum suspirare deberes, quantũ ad me attinet, ciuitati euenisse reperies. Sin enim, cõsiderate. Nullo ex loco, ad quem missus uobis legatus fui, uictus recessi a Philippi legatis, nõ ex Thessalia, non ex Ambracia, non ex Illyrijs,

Thracie re:  
Thebis: sed  
Hæc igitur a  
copias solus pr  
speciat: nõ et  
cous a me rat  
gentes, eorum e  
pignitate, & pr  
pignitatem pigrit  
estera sunt uita, q  
uigenda sunt anir  
uana a me elle præ  
uictent, omne  
erant. Ego nec co  
uero & corruptio  
non acceptiue qui  
uictus est ciuitas, e  
libere potuit, hęc  
Post pugnam stati  
us, in ipsa temdit  
uictus multitudine  
uictorem urbis, me  
uo custodiũ, fessie a  
uicturum ad rem fru  
um maleuoli mei in u  
uictus, non per  
uictum, primu  
uictum mentiam, nec  
uictum reliquit  
uicturum Athenie  
uictus, et pro iuramẽ  
uictum partem sente  
uictus, gessisse. In qui  
uictus. In quibus a  
uictus uictus confesit  
uictus Cædiphon: non  
uictus: non id quod uer  
uicturum, nunquã a  
uictus, nunquam conuict  
uictum catinet, uicti A  
uictus accusatus sum ita  
uicturum uero hui  
uicturum dallerunt. Ni  
uictus. Nam cum is qui  
uicturum an usq; ad u  
uicturum: Cum itaq; illi  
uicturum ducerite, quanto  
uicturum ille arbitror,  
uictus esse responsam,  
uictus dico. Nam quis C  
uictus. Quod ergo consili  
uicturum Græcas: qui si r  
uicturum hęc ferunt huius  
uicturum opera uicturum, nob



lyrijs, non à Thraciæ regibus, non ex Byzantio, nō aliunde unquam, non tandem nū-  
perrimè ex Thebis: sed in quibus legati eius superabantur dicendo, ipse armis fretus  
superabat. Hoc igitur à me efflagitas? Ne te pudet, cui mollitiem obijcias, ab eodem ut  
Philippi copias solus profligaret, requirere, & id uerbis duntaxat: Nam cuius alterius  
habeam potestatem? nō enim animi cuiusquam, nec eorum qui in acie steterunt, nec bel-  
li gerendi, cuius à me rationem reposcis. At omnia quæ spectant ad oratorem, perscru-  
tare diligenter, eorum examen subire non recuso. Quæ ergo sunt illa? uidere res ince-  
ptas, & præsentire, & prædicere. Hæc à me facta sunt. Et insuper in omnibus rebus a-  
gendis tarditatem, pigritiam, ignorationem, contentiones, quæ communia ciuitatum  
& necessaria sunt uitia, quantum potest compescere, & concordiam, amicitiam, & ad  
illa quæ agenda sunt animationem inducere: hæc omnia à me facta sunt, nec reperietur  
quicquam à me esse prætermisum. Si quis ergo petat, quibus rebus Philippus potissi-  
mum res cōfecerit, omnes dicent, exercitu, & largitione, atq; corruptela eorum qui re-  
bus præerant. Ego nec copiarum dominus eram, nec dux. Itaq; nihil hoc ad me. In lar-  
gitione uerò & corruptione ipse Philippum superauit. Ut enim qui pecuniam dat, uin-  
cit eum qui accipit: sic qui nō accipit, nec corrumpi se permittit, uictor est pollicentis.  
Quare uictrix est ciuitas, quo ad me. Quæ igitur à me gesta sunt, ob quæ hic iuste de  
me illa scribere potuit, hæc sunt, & huiusmodi multa. Quæ uos omnes nouistis, ea iam  
dicam. Post pugnam statim, cum populus Atheniensis omnia quæ ego fecissem co-  
gnosceret, in ipsa formidine & grauisimis temporibus, quo in tempore non ingratos  
erga me fuisse multitudinis animos, mirandum uidetur. Primum quidem circa tutelā  
ac defensionem urbis, meas sententias secutus est. Et quæcūq; ad custodiā facta sunt,  
deputatio custodū, fossæ atq; aggeres, reparatio murorū, meis decretis sunt facta. De-  
inde cum uirum ad rem frumentariā deputaturus esset, me ex omnibus elegit. Et post  
hæc cum maleuoli mei in unum coacti, accusationes, & delationes multifariā aduer-  
sus me induxissent, non per se ab initio, sed per eos per quos latere existimabāt. Scitis  
enim ac meministis, primis illis temporibus singulis ferè dieb. ad iudiciū me traxisse,  
nec Solitheii amentiam, nec Philocratis calumniam, nec Dionē Melaniq; insaniam ad-  
uersus me intentatā reliquisse. In quibus omnibus maximè deorum, deinde etiam ue-  
stro ac reliquorum Atheniensium beneficio incolumis euasi. Iuste: hoc enim uerum est,  
& pro iuratis, et pro iuramēta ipsa agnoscentib. iudicibus. Cū uerò accusatū me absol-  
uistis, et quintā partem sententiarū accusatoribus nō dedistis, tunc indicastis me opti-  
mè Rempub. gessisse. In quibus uerò ipse accusatus euasi, iusta me & suadere & decer-  
nere ostendistis. In quibus autē positis calculis liberaastis, iuste ac incorruptè me in pu-  
blicis rebus uersatū confelsi estis. Quæ cum ita sint, quod reb. à me gestis nomen impo-  
nere debuit Ctesiphon? nōne id quod populum uidebat imposuisse? non id quod iu-  
rati iudices? non id quod ueritatē apud omnes certam? Ita, inquit. Verum illud Cephali,  
illud præclarum, nunquā accusatum fuisse. Et fortunatū certè. Sed tamen is qui sæpè  
accusatus, nunquam conuictus fuit, quid ob eam rem magis reprehendi potest? Etsi  
quantū ad hunc attinet, uiri Athenienses, instar Cephali mihi gloriari licet: nunquam  
enim ab isto accusatus sum. itaq; quantum in te est, nihilo deterior ego ciuis quàm Ce-  
phalus. Multifariam uerò huius amentiam & calumniam uidere licet, maximè tamen in  
ijs quæ de fortuna disseruit. Mihi autē quicunq; homo homini fortunam obiectat, desi-  
pere uidetur. Nam cum is qui optimo statu se putat, & prosperā habere fortunā, nihil  
exploratū habeat an usq; ad uesperas talis fortuna sit: qua ratione de ea loqui, aut alteri  
obiectare potest? Cum itaq; iste præter alia multa, de his quoq; superbè locutus sit, ui-  
dete & animaduertite, quanto uerius & humanius à me dicetur. Ego quidem fortunā  
huius urbis bonā esse arbitror, & hoc uideo, & per Dodonē, & per Apollinis Pythij  
oraculū nobis esse responsum, omnium tamen hominum in hoc tempore duram atq;  
grauem esse dico. Nam quis Græcorū, aut quis Barbarorū non multis premitur cala-  
mitatibus? Quod ergo consiliū cepimus laudabile, quodq; melius nobiscū actum sit,  
quàm cum alijs Græcis? qui si nos desertos atq; abiectos relinquerēt, se beatos fore ar-  
bitrabātur, bonæ fortunæ huius urbis imputo. Quod uerò aliquid aduersi passi fuimus,  
nec omnia quæ optauimus, nobis euenerūt, cōmūnis fortunæ omnium partem aliquam,

RR hunc

MORITTE



hunc populum suscepisse reor. Priuatam uerò meam, & uniuscuiusq; uestrū fortunā, in priuatis reb. considerandā censeo. Hęc mihi de fortuna uidentur, & iuste quidē (ut opinor) quæ uos quoq; sentire credo. At iste priuatam fortunā meam publica ciuitatis fortuna ualidiorem esse dicit, parū atq; tenuem, magna atq; potenti. Quomodo hoc fieri potest? Atqui si protinus fortunam meā examinare uis Aeschines, cum tua ipsam cōpara: & si tuā reperiēs inferiorē, mihi meā ne obijcias. Vide igit̄ statim ab initio etatis, nec me per deum quisq; leuitatis accuset. Nam mihi quidē nec ob paupertatē quis uituperandus uideēt, nec ob diuitias extollēdus: uerū huius maledicta atq; calūniā me cogūt in huiusmodi sermones deuenire, quib. quantū potero tēperatē utar. Mihi ergo contigit Aeschines in pueritiā quidē cōstituto ad magistrōs (ut congruebat) p̄fici, & cūcta habere quæ habenda sunt ei qui nihil turpe facturū sit propter egestatē. Post pueritiā uerò consequenter apparatus ludorū, p̄fecturas nauium p̄bere, nullo honesto munere nec publicē nec priuatim carere, sed & Reip. & amicis utilem esse. Deinde cū ad Remp. me cōtuli, eiusmodi partes eligere, atq; ita me gerere, ut à ciuib. & à ceteris sæpe sim corona donatus. nec uos inimici ausi fuistis mea facta ut non recta accusare. Hęc mihi fortuna fuit: & cum multa p̄terea dicere possim, p̄termitto: ueritus, ne cōmemoratio huiusmodi rerū, aliquid inuidiē cōtrahat. At tu gloriose uir, qui ceteros sic insolenter fastidis, cōpara cum his fortunā tuā. Puer summa cum egestate educatus es unā cū patre, ludo literario assidens, atramentū terens, subsellia purgās, p̄dagogiū exornās, serui instar, non liberalis adolescentis. Vir deinde factus, matri initiātī cōdices lectitabas, & in alijs huiusmodi auxiliū p̄bebas: per noctē neruis & carceribus intentus, eos qui initiabant lustrabas, pilis abstergēs, ac dicere illos iubēs, Effugi malū, inueni melius. Qua in re nullū unq; p̄clarius ululasse gloriari solebas. quod ego uerum arbitror. non enim existimetis ipsum ita grande proloqui, ululasse aut̄ non immēsum. Die uerò pulchros thyasos per uicos agebas, marathro et apio coronatus angues cōtrectans, & super caput extollēs clamāsq; *θῦοὶ σὺ βῶι*, & saltitās, hyes atthes, atthes hyes, dux, princeps, hederifer, & lucernifer ab aniculis appellatus, mercedē pro ijs capiēs entrypta et neilata, in quib. quis fortunā tuam rectē beatam dicit. Quū uerò inter populares scriptus est, quoquo modo id fuerit: nam hoc p̄tereo. Sed cum scriptus, cōfestim p̄clarū opus tibi assumpsisti, scribā esse ac ministrū magistratū. Ut uerò tandē ab hoc quoq; emeristi, omnia de quib. alios accusas, ipse operatus, nihil priorum deturpasti posteriori uita. At Symicæ & Socrati histrionibus, quos raucos appellabant, locatus, tertias partes fabularum agebas, ficus, uuas, oliuas ex alienis fundis colligēs, plura accipiens uulnera, quā cum de uita & sanguine certatur. Erat enim bellū uobis cum spectantib. infestū, à quib. cum plura accepisti uulnera, rectē eos qui insueti sunt huiusmodi periculorū, ueluti ignauos timidosq; contēnis. Sed relictis quę de paupertate dici possunt, ad crimina eodē ordine quo tu nuper, proficiscor. Tales enim partes Reipub. tibi assumpsisti, cum tandem ea tibi quoq; euenit, per quas florente quidē patria & incolumi Repub. instar leporis tibi erat uiuendū, timidē, trepidē, semper expectando plagas pro ijs quæ conscius tibi eras nefariē perpetraste. Euersis autē cæteris alacrē te ostēdisti. Atqui quisquis mille ciuib. necatis fiduciā assumpsit, quid ab illis qui supersunt dignus est pati? Multa p̄tereo quę referre possum. Non enim cunctas fordes istius quas ostendere ualeo, dicendas esse reor: sed eas duntaxat, quas sine uerecundia mea referre possum. Cōpara igitur tuā ac meam uitā benignē & sine acerbitate Aeschines: deinde ab istis pete, utrius fortunā mallent. Docuisti literas? ego didici. Initiasti? ego initiatus fui. Saltasti in choreis? ego choreā dedi. Fuisti scriba? ego magistratū gessi. Fuisti actor? ego spectator. Cecidisti? ego exhibui. Pro hostib. omnia gessisti in Rep. ego p̄ patria gessi. Omitto alia. At nūc hodie de corona certo, qd̄ est nihil per iniuriā unq; fecisse. Tu uerò sycophanta nūc quidē appares: sed utrum de cætero id tibi facere liceat, uel omnino non liceat, periclitaris. P̄clare nimirū fortunę uir, meā ut improbā accusat. Age nunc mihi recita numerū meorum testimoniorū, quę ipse subiij. Affer tu nūc Aeschines carmina, quę disperdebas. Adsum à mortuorū latebris, et tenebrarū portis, & scis me nunciū nolle afferre malū. Te malum male perdant, potissimū diij, deinde isti omnes reprobum ciuem ac patriæ proditorem, Recita testimonia. T E

S T I M O N I A.



STIMONIA. In publicis quidem huiusmodi sui, uiri Athenienses: in priuatis autē, si non omnes scitis me humanum, & indigentibus me liberalem fuisse, si leo: nec quicquam dicerem, aut testimoniū ullum super hoc afferē: nec si quos ab hostibus mea pecunia redemi, nec si quibusdam dotes contuli ad filias nubendas, nec aliud quicquam tale. Nam ego sic putauī, ac puto, beneficiorum memoriā illum per omne tempus obseruare debere, qui accipit: eum autē qui contulit, statim obliuisci, si uelit hic boni uiri, ille non parui animi opus efficere. Propriorū enim beneficiorū cōmemoratio parū abest ab impropagatione. Non ergo faciā tale quicquid, neque adducar. Sed qualiscunq; sit de his opinio, satis est. Volo autē priuatis omisissis, pauca insuper de publicis referre. Si potes Aeschines hominē sub sole nominare, qui sine offensione aliqua euaserit, prius à Philippi, nunc ab Alexandri potentia, aut Græcum, aut barbarū, concedā tibi, meam siue fortunā siue infortunium appellare mauiis, omniū malorum causam fuisse. Sin autē ex his qui me nunquam uiderunt, nec uocē meam audierunt unquam, multi multa ac grauiā fuerunt perpessi, nec solum homines, uerum etiā urbes & nationes: quāto iustius & uerius cōmunē omniū fortunā, & tempestatē quandā aduersam conuenit causam putari? Tu ergo his omisissis, me qui apud hos in Rep. uersatus fuerim accusa, etsi intelligis, si nō totū, partē huiusce criminis ad omnes, & ad te maximē pertinere. Nam si ego dux atq; imperator ex me ipso consiliū rerū agendarū cepissem, possetis uos ceteri oratorē me iuste accusare. Si uerō in cōcionibus semper aderatis, & Respub. efflagitabat, ut cōmunis utilitas in cōsultationibus quæretur, & hæc omnib. utilia uisa sunt, & tibi maximē, qui non beneuolētia aliqua erga me, mihi gloriā & honorē cōcessisti, quæ omnia in his aderant, quæ per me tūc gerebantur: sed ueritate ipsa cōuictus, cum nihil ostendere posses utilius, quantā nūc tua iniuriā est in his reprehendēdis, quibus nihil melius tunc excogitare potuisti? Apud ceteros omnes uideo hæc quodammodo definita & ordinata esse. Deliquit quis sua sponte, uolensq; ira & pœna aduersus ipsum. Errauit quis inuitus, uenia pro pœna aduersus ipsum. Nec deliquit, nec errauit, sed cum utilitatē sequeretur, unā cum omnib. assequi nō potuit, nec rem (ut cupiebat) perficere: nec impropagationē est huic, nec obiurgandum, sed condolendū. Hæc manifesta sunt, nec legibus dūtaxat, uerum etiā natura ipsa, non scriptis legibus, humanis moribus definiuit. Aeschines uerō cunctos legibus homines crudelitate atq; calūniā usq; adeo superauit, ut de his etiā quæ ipse ut infortunium commemorat, me accusare non uereat. Et præterea cetera quasi ipse simpliciter & cum beneuolētia cuncta dixisset, cauere et obseruare monet, ne uos decipiā aut subducā, astutū, magum, et sophistā, et huiusmodi appellans. Velut si quis primus quod sibi cum alio sit dicens, nolit amplius perquiri, quis sit ipse qui talia narrauit. Ego autē scio uobis omnibus istū probē esse notū, atq; intelligere multo magis ipsi quā mihi ista cōuenire. Et simul illud scio, meum ingenium (si quod est) quanquā ego uideo dicendi uim atq; robur maximē in ijs qui audiunt consistere: nā ut uos beneuoli estis, utq; uerba cuiusq; suscipitis, ita is qui dicit sapere uidet. Sed tamē si penes me facultas est aliqua, hanc inuenietis publicis uestris cōmodis semper intentam fuisse, contra uos autē nunquam, nec priuatim quidē: hunc uerō nō solum hostib. fauisse, uerum etiā si quis in aliquo unquā offendit, aduersus eum uim suā exercuisse: nō enim iuste, nec ut commodū est Reip. ea utitur. Nam neq; iram, nec inimicitiam, nec aliud quicquam eiusmodi bonus ciuis obijcere debet iudicibus, nec horū gratia uos audire, sed ab huiusmodi perturbationib. uacuum se præstare. Si uerō fieri non potest, quietē ac tolerantiam habere. In quibus ergo uehementē se præstare bonum ciuem & oratorem decet: in quibus periculū Reipub. uersatur, in quibus quid cum aduersarijs Reip. controuersia est. Hæc & generosi, & boni sunt ciuis. Nullius autē publici criminis, nec etiam priuati pœnas à me exigere, nec Reip. causa, nec sita, sed coronæ ac laudis accusationem inducere, & tantū studium in hoc ponere, priuatē inimicitie & inuidie, & pusillanimitatis signū est. Quod uerō omisso cōtra me certamine, huic diem dixit, mirabilē habet improbitatem. Mihi quidē uideris Aeschines ea de causa hoc certamen induxisse, ut contentionem uocis & clamoris induceres, nō ut cuiusq; delicti reū postulares. Est autē non uox, neq; tonus in oratore laudabilis, sed idem uelle quod ciues sui, & eosdem diligere, atq; eosdē odio habere, quos patria sua.



Nam qui sic animatus est, per benevolentiam cuncta exequetur. Qui uero illis quos patria tenet, obsequendo adheret, non idem sentit cum populo: itaque nec idem ad securitatem suam expectat. Sed uides me idem uoluisse, atque idem in cunctis quaesisse cum istis. Num igitur & tu idem fecisti? & qua ratione? qui confestim post pugnam legatus profectus es ad Philippum, qui autor per id tempus fuerat cladum nostrarum, cum superiori tempore semper negalles quicquam tibi cum illo esse, ut omnes norunt. Quis est deceptor patrie? an non is qui ea non dicit quae sentit? Cui prece rite maledicit? nonne huc ipsi? Quid turpius oratori potest obijci, quam non eadem sentire ac proferrere? At tu eiusmodi reperiris. Deinde hiscere audes, aut horum ora uultusque aspicere? An non putas istos cognoscere quis tu sis? An tantum somnum obliuionemque cepisse, ut non repetat uerba quae in concione apud populum fecisti obsecrando atque abiurando, nihil te negotij cum Philippo habere, sed me hanc aduersus te calumniam ob priuatam similitudinem falso induxisse? Deinde ut de conflictu renunciatum est, nihil omnino ueritus, amicitiam ac hospitalitatem Philippi apertissime fatebare, ad mercedem & locationem haec nomina traducens. Nam ex qua iusta & honesta causa Aeschini Leucothae tympanistriae filio, hospes, aut amicus, aut notus erat Philippus? Equidem non uideo. At mercede corruptus illi obsequere. Sed quantum sic aperte in illis quae acciderunt deprehensus proditor, & contra se ipsum deprecatus, mihi illa obijcit, quorum causam magis apud omnes quam apud me fuisse reperietis. Multa & egregia haec ciuitas Aeschines me autore suscepit, perfecitque, pro quibus non ingrati me prestitisse hinc intelligi potest, quod cum eligeretur a populo qui eos qui in acie ceciderant, laudaret, non te elegit, quantum sonora uoce: nec Demadem, qui nuper fuerat autor pacis: neque Agemona, nec alium quentem uestrum, sed me. Quo in tempore cum tu atque Pytoleus impudenter atque acerbè contra me interemini, & haec eadem obijceretis, etiam magis me tunc populus elegit. Cuius rei causam non ignoras tu quidem, attamen dicam. Ambo enim nouerant homines, meam scilicet benevolentiam ac diligentiam, quam in rebus agendis perspexerant: & uestram prauitatem. Quae enim iurati incolumi Republica negauistis, haec in aduersis temporibus fatebamini. Qui ergo in communi calamitate audaciam sumebant ea quae sentirent profiteri, hostes quidem iam antea, sed tunc demum manifestos putauerunt. Deinde congruum illis uisum est, eum qui defunctos laudaturus esset, nec domesticum nec complicem eorum cum quibus pugnauerant fuisse, ne qui illic laetati festum super communi Graecorum calamitate cum interfectis celebrassent, huc reuersi honorem haberent: nec qui ficta uoce illorum fatum, sed qui reuera condolerent. Haec enim cernebant in se atque in me esse, in uobis autem nequaquam. Ea de causa me elegerunt, non uos. Nec populus quidem ita, defunctorum autem parentes fratresque a populo funeri praefecti aliter censuerunt: sed cum epulum daturi essent, quod apud maxime necessarium defunctorum fieri consuevit, id apud me fieri uoluerunt: merito id quidem. Nam genere singuli eorum singulis erant propinquiores quam ego: communiter uero omnibus nemo erat propinquior. Cui enim maxime illos uincere conducebat, is maiorem dolorem pro eorum indigno casu suscipiebat. Recita epigramma, quod publice haec ciuitas tunc inscribi iussit, ut uideas Aeschines te in hoc ipso ingrati atque improbum, & sceleratum esse. Dic Epigramma. Audis Aeschines in hoc ipso epigrammate, omnia perficere, & in nullo falli, deorum est: nec in consultore aut pugnantibus uincendi, aut perficendi esse potestatem, sed in dijs ipsis. Quid ergo pessime mihi obijcis? quid ais? quae in tuum ac tuorum caput dijs conuertant. Sed cum multa aduersus me per calumniam mentitus sit, unum tamen in primis admiror, quod de casibus Reipublicae mentionem faciens non ut beneuolum, nec ut iustum decuit ciuem, mentem seruauit, nec lachrymas emisit, nec animo commotus est: sed uocem extollens, & fauces aperiens, dum me accusare putat, se palam fecit in grauius Reipublicae casibus nequaquam ut ceteros ciues afflictum fuisse. At qui eum qui se profitetur legum ac Reipublicae curam habere (ut iste nunc facit) et si nihil aliud, at certe hoc habere conuenit, ut iisdem rebus gaudeat, iisdemque doleat, quibus & ciuitas: nec in Republica sentire cum hostibus, quod te fecisse manifestum est, cum sis me accusans, ac propter me asserens ciuitatem in has incidisse calamitates, licet antequam ego ad Rempublicam me conferre, auxiliu praestare Graeciae coeperatis. Cum si hoc mihi a uobis tribueret, per me factum fuisse, ut aduersus dominatum, qui in Graecis instituebat, uos opponeretis,

maius



maius mihi munus cōcederetis, q̄ illis unq̄ cōcelsistis. Sed nec ego hoc dicerē: iniuriā enim uobis facerē. nec uos (ut puto) cōcederetis. Hic autē si rectē facere uoluisset, gratia inimicitiaē meae praeclarissimā partem gloriaē uestrae nō detraxisset. Sed quid ista reprehendo: cū alia lōgē duriora mētiri aduersus me ausus sit. Qui me partes Philippi, ō terra, & dei, secutū esse affirmat. Quid iste iam non affirmaret? Sed per Iouē & deos omnes, si contentionib. et calūnijs de medio sublatis, rectē cōsiderare uolumus, qui sunt ij quib. meritō & iustē istarū rerū quae euenerūt, causam uniuersi ascriberēt, in qualibet ciuitate huius similes, nō mei reperietis: qui cum res Philippi paruae atq; infirmę essēt, saepe praedicantibus nobis, & cohortantibus, atq; monentibus, gratia priuati lucri cōmunia commoda abiecerūt, ciues suos decipiēdo atq; corrupendo, quoad seruos efficerēt: Thessalos, Daochus, Cyneas, Thraylaus: Arcades, Cercida, Hieronymus, Eucalpida: Argiuos, Mirthis, Teloaus, Mnaseas: Elienses, Euxidęus, Clotimus, Aristechmus: Messenios, Neoet Thraylochus, Philiadae scelesti filij: Sicyonios, Aristratus, Epicares: Corinthios, Dinarchus, Damaraus: Megarēses, Ptoeodorus, Helixus, Perilaus: Thebanos, Timolaus, Theogitō, Anemœta: Eubœos, Hipparchus, Clitarchus. Dies me certē deficeret, proditorū nomina referentē. Hi omnes sunt uiri Athenienses, eorum dem in suis ciuitatib. consiliorū, quorū isti apud uos, homines scelesti atq; nefarij, euerfores Reipub. libertatis proditores, primū Philippo, nūc Alexandro subijcētes, qui uentre ac turpissimis uoluptatib. felicitatē definiūt, qui libertatem, & nemini subesse, qui priorib. Graecis finis atq; norma erat honorum, euerterunt. Huius igitur scēdisimae atq; infamis cōspirationis, immō uerō ō uiri Athenienses proditiōnis, si uera fateri uolumus, Graecorū libertatis, & hęc ciuitas apud omnes expers fuit, meis consilijs freta, & ego apud uos. Deinde petis, ob quam uirtutem me ducā honore dignū. Ego iā tibi dico, quod ijs qui in Rebuspub. Graecorū uersaban tūniuersis, a te incipiēdo, corruptis, antē a Philippo, nūc ab Alexandro, me neq; tempus, neq; humanitas uerborū, nec pollicitationum magnitudo, nec spes, nec metus, nec aliud quicq; adduxit unq̄, ut ea quae recta forent, et utilia Reipub. arbitrarer, ommitterem: nec instar uestrū, quē admodum statera ad eam partem unde capit inclinās, consului, sed omnia integrē sine ulla animi corruptela peregi: & in maximis atatis meę reb. uersatus, iustē & incorruptē, me gēsi. Horum gratia me honore dignor. Nam muralis ista opera, quam tu calūniari nīlus es, & agger, est & ipsa quidem (ut arbitror) digna grācia, atq; laudis, nec aliter dici potest. Res tamen a me in Republica gestas longē antepono. Non enim lapidib. urbem, nec lateribus muniui, nec hoc magnifacio. Sed si meam munitionem perferutari uis, reperies arma, urbes, loca, portus, naues, equos, & milites pro his pugnātes. His ego praesidijs Atticā muniui, quātū humano cōsilio fuit possibile. Hoc ego muro regio nē firmaui, nō Piraei dūtaxat, neq; urbis ambitū. Neq; cōsilijs Philippi superatus sum, neq; apparatu belli: sed sociorum duces, atq; copię fortuna superati sunt, ut clarē & manifestē ostendam. Nam sic considerate. Quid oportuit bonum ciuem facere? quid eum qui cū omni studio, diligētia, industria pro utilitate patriae uigilaret? Nō ne a mari quidem Eubœam quasi praesidium Atticę firmare: a mediterranea uerō regione Bœotiā? Ab ea rursus parte, quae in Peloponnesum spectat, ea loca quae sunt confinia: Non sic prouidere, ut importatio frumenti nō impediret, sed usq; ad Piraeū pertutē deuehi posset: Nō alia monendo, decernēdo, auxilia mittēdo cōseruare, ut Procōnesum, Cheronēsum, Tenedū, aliaq; ad societate amicitiaēq; inducere, ut Byzantium, Abydū, Eubœam, & hostiū copias magna ex parte adimere, atq; adēptas nobis cōiūgere? Hęc omnia facta sunt decretis meis. quae si quis sine inuidia cōsiderare uelit, reperiet summa cū iustitia gesta, & cuiusq; rei gerēdaē tēpus nec relictū, nec ignoratū, nec proditū a me fuisse: & quantū in unius hominis uim atq; ingeniū cadit, nihil omīssum. Si uerō aut dei cuiusdam, aut fortunę uis, aut ducum ignauia, aut proditorū malignitas, aut hęc simul omnia obstiterunt, & cuncta euerterunt: quae nā aduersus Demosthenem reprehēsiō, aut iusta querela esse potest. Si qualis ego Athenis, talis in unaquaq; ciuitate sui ordinis unus uir fuisset, immō si unū Thessalia, unum Arcadia, idem mecū sentientē habuissent, nullus Graecorum nec intra Pylas, nec extrā in praesentes calamitates incidisset: sed omnes liberi, & beati, & sine ulla molestia, suas quisq; patrias colerent, huius tanti



actam ampli boni uobis Atheniensibus gratias habentes propter me. Ut autem uideatis me pro magnitudine rerum gestarum, ut declinem inuidiam, parcius uerbis uti, cape ista, & lege numerum auxiliorum ex meis decretis. **AUXILIA.** Hæc facere Aeschines bonum ciuem oportet: quibus feliciter confectis, primarius in ciuitate merito esse possit: aliter uerò procedentibus, laudem tamen assequatur, quòd ea gessit quæ nemo potest reprehendere, sed fortunam accusare, quæ sic res turbet humanas: nò mehercule commoda publica prætereuntem, & se hostibus mercede adijcientem, temporibus inseruire, atq; aduersus eum qui pro dignitate ciuitatis monendo & scribendo insistat, horum gratia obtrectare: ac si quis in aliquo priuatim offendat, memoriter id obseruare, nec ocium agere indignum atq; inferum, ut tu plerumq; facis. Est enim ocium iustum atq; utile Reipub. quod multi uestrum uiri Athenienses agunt, sed nequaquàm iste huiusmodi agit quietem: at quando, libet ab Repub. se disiungens (frequenter autem id libet) obseruat cum uos alicuius satietas habet, aut aduersi quid acciderit: multa uerò sunt humana. Deinde in hoc tempore subito rhetor ex quiete uelut procella quædam apparet, & uoce exercitata, uerbisq; ex meditatione collectis, claro & infracto spiritu orationem extollit, inutilem quidè atq; infructuosam Reipub. sed ad infortunium alicuius priuatim, & ad publicam ignominiam. Atqui huiusce meditationis diligentiq; Aeschines, si quidè iuste & pro Repub. susciperes, fructus uberrimos atq; honestos extare oportebat, societates urbium, redditus pecuniarum, constitutionem fori, positionem utilium legum, impedimenta contra eos qui hostes sunt iudicati. Hæc omnia superioribus temporibus, effragitabantur, deditq; præteritum tempus multas probationes, & quasi testimonia uiro bono, in quibus tu nullatenus fuisse appares, nò primus, nò secundus, non tertius, non quartus, non quintus, non sextus, non quotuscumq;. Nam quæ ciuitatis potentia per te creuit: quæ societas opera tua facta est: Quod auxiliū: quæ gloria: quæ legatio: quod opus, per quod ciuitas sit honorè aliquem consecuta: Quid ex omnibus quibus præfuisi domi uel foris, per te commendatum: quæ nauis: quæ tela: quæ naualia: quæ murorum cōfectio: quæ equestres copiae: quid deniq; ex omnibus per te utiliter factum: Quod auxiliū pauperibus aut locupletibus ad contributionem pecuniarum attulisti: Nullum profectò. At si nihil horum, saltem studium, & beneuolentiam. Vbi: quando: qui o cunctorum flagitiosissime, cæteris quicumq; unquam pulpitum ascenderunt, ad salutem largientibus, & nouissimè Aristonico coactam pecuniam in multis, nec tunc quidè adesse, nec quicq; largiri uoluisi. Quod ut facias, nequaquàm inopia adducaris, qui ultra quinque talenta ex Philonis hæreditate, duo uerò talenta à principibus tribuum accepisti, ut pro ea mercede legem naualis præfecturæ euerteres. Sed ne uerbum ex uerbo trahens, ex præsentem me auferam, ista relinquam. quòd tamen non propter egestatem non dedisti, manifestum est: sed quia noluisi quicquàm à te contrarium fieri ijs quibus in Repub. negotium facestis. Quibus igitur in rebus, & quando proptus atq; insignis es: Quoties aduersus istos quid est dicendum, tunc splendidissimæ uocis, summæ memoriæ, optimus histrio, tragicus Theoclines. Ac etià clarorum uirorum mentionem facis, & rectè quidem. Non tamen æquum est, uiri Athenienses, me nunc uiuentem cum illis conferri qui mortui sunt, quibus beneuolentia affecti estis. Quis enim ignorat, aduersus omnes qui uiuunt, esse aliquid, aut maioris, aut minoris inuidiæ: Defunctos uerò nec inimici quidem iam oderunt. Cum igitur ita sit natura rerum, cum illis qui ante me fuerunt, ego comparer atq; inspiciar: Nequaquam. Non enim iustum aut æquum, Aeschines, fed tecum, & cum quouis eorum qui te sectantur uiuentium. Et simul illud considera, utrum præstet ob superiorū excellentia merita, quæ supra modū sunt, nec satis de eorū magnitudine dici potest, præsentis temporis merita aspernari: an omnibus qui beneuolè quid agunt, humanitatē et honorem impertiri. Quòd si hoc quoq; dicendum est, mea opera & uoluntas in Rep. siquidem rectè inspiciatur, eiusdem propositi cum illis summis uiris reperietur. Tua uerò si milis & idem sentiēs cum ijs, qui his præstantibus uiris tunc obtrectabant. Cōstat enim et illis temporibus fuisse aliquos detractores, qui tunc uiuentes reprehendebant, & superiores laudabant, idem quod tu nunc per inuidiam facientes. Post hæc dicis, me illis nequaquam similem esse, Tu uerò similis Aeschines, uel frater tuus, aut alius quisquàm oratorum.



ratorum: Equidem nullū esse puto. Sed cum ijs qui uiuunt bone uir, ne aliud dicam, uiuentem compara, & cum ijs qui eiusdem ætatis sunt, ut poetas, ut choros, ut pugiles, ut cætera omnia. Philāmon, non quia Glauco Carysti filio, & quibusdam alijs superioris temporis athleticis inferior erat, incoronatus ex Olympiā abibat: sed quod omnium qui secum congressi fuerant, optimè pugnauerat, coronabatur, & uictor pronunciabatur. Et tu eodem modo ad eos qui nunc sunt oratores, me inspice, ad te, ad quēlibet omnium (nemini enim cedo) quorum tunc cum ciuitas suo arbitrio de Repub. consultabat, et charitas patriæ certatim excitare debebat, optima dicere uidebar, meis decretis, meis legibus, meis legationibus cuncta gerebantur, uestrū autē nullus apparebat, nisi cum quid cōtra istos agendum erat. Postquam uerò euenerūt, quæ nunquā euenire debuerunt, nec consultoribus iam opus erat, sed satellitibus præceptis obtemperantibus, & contra patriam pro mercede se locantibus, & assentandū erat certamen, tunc tu & istorum quisquē magnus & clarus, ego autem impotens fateor. sed magis beneuolus his quā uos. Duo hæc uiri Athenienses habere oportet mediocrem ciuem (sic enim de me ipso sine inuidia dicere posse uideor) ut in potestate quidem generosi ac principis animum, in omni autem tempore, omniq; actione, beneuolentiā in Repub. conseruet. Huius enim natura domina est, potentiæ uerò atq; opum alia. Hanc apud me semper fuisse reperiētis. Videte me nec postulatū, nec Amphictyoniciis causis aduersus me inductis, nec minis, nec delationibus, nec ab istis impijs tanquā à bestijs quibusdam impetitum, amorem & charitatem erga Rempub. abieciſſe. Ab ipso enim initio rectā uiam iustaq; delegi, honori, potentiæ, dignitati patriæ studere, illas augere, cum his esse. Nō in aliorum potestate lætus atq; alacer, forum perambulo, illis me ostentans, quos puto illuc relaturos: nec patriæ commoda perhorresco: nec cum nunciantur, uultum deijcio, suspirans ut isti impij, qui patriam oppugnant, quasi non seipsos oppugnēt, qui fora aspicientes, in quibus per calamitatum Græcorum alter floruit, ea laudant: & ut semper conseruentur, prouidendum esse monent. Nō ita ō dij omnes. Nullus uestrū hoc annuat. Sed istis potius (si fieri potest) sanioſerem mentem animumq; concedite. Si uerò insanabiles sunt, ipsos quidem per se mari terraq; disperdite: nobis autem reliquis liberationem impendentis metus, & salutem indubiam præstate.

### EADEM DEMOSTHENIS DE CORONA

ORATIO PRO CTESIPHONTE, INNOMINATO quodam interprete.

ARGUMENTVM.

**M**Vrum Orator pro Atheniensibus obduxerat, his quos ciuitas habere consueuerat, & reliquis manufactis solidiorem, & longè meliorem beneuolentiā scilicet suam erga ciuitatē & eloquentiam inorando. Non saxis, ut ipse ait, non lateribus Athenas muniuerat, sed magnis opibus & copijs, multipliciq; quadam societate terra mariq;. Quinetiam & in septo operis manufactiq; murorumq; lorica conficienda, nō paruo fuerat adiumento ciuitati. Cum murus Atheniensibus magnam partem ætate confectus concidisset, ut ipsis usum fuit, eum fore extruendum, decem uiri ex quaq; tribu delecti fuere, ad quos muri perficiendi cura deferretur, sumptus autem ut de publico fieret. Cum unus igitur ex horum numero esset Orator, nō item ut reliqui, sola cura in usum eius rei se exhibuit: sed opus ipsum sine cuiusquam reprehensione absoluit, suam pecuniam ei rei pro commodo ciuitatis suppeditando. Hanc ipsius beneuolentiā laudauit Senatus, & prouidentiam aurea corona remunerauit. Prompti siquidem erant Athenienses ad debitas gratias his referendum, qui bene fuissent de Republica meriti. Qui sententiā tulerat, fuit Ctesiphon, quod scilicet Demosthenes corona donāduſſet, & certo quidem statiq; tempore Bacchanalibus ludis, designatoq; loco in Dionysij theatro, coramq; constitutis spectatoribus, in omnium conspectu Græcorum, quos publicus Græciæ conuentus colligebat, & quod illis presentibus præco pronunciaret, Demosthenem Pæanicum, Demosthenis filium, à ciuitate corona honestari pro uirtute et beneuolentiā, quā erga ipsam uniuersē ostēderat. Honor eiusmodi ubiq; admirationē cōceperat, ob id que inuidiam & odium excitauerat, ita ut talis decreti uelut contra leges lati fuerit instituta accusatio. Aeschines enim cum esset Demosthenis inimicus, diem illicitæ rogationis Ctesiphōti dixit. aiebat enim, Demosthenem in magistratu & rationib. nondū relatis, obnoxium esse, legemq; uetare obnoxios corona donari. Rursus & alterā enudauit legē, quæ iuberet, Si quem populus Atheniensis corona honestasset, ut illud munus in concione: si uerò Senatus, in curia prædicaretur: alibi certē nusquam licere, atq; commendationes

de



de Demosthene habitas, falsas fuisse, & ementitas, cum is Orator non rectè, quinimmo largitione corruptus Rempubliam administrasset, cumq; aliàs multorum malorum ciuitati author fuisset. Atq; ordine eiusmodi in accusando usus est Aeschines, primum enim dixit de lege obnoxiorum, deinde, de ea quæ est de præconijs, tertio loco, de Rempubliæ administratione: postulauitq; ut eundem ordinem seruaret Demosthenes. Orator autem principium sumpsit ab administratione, rursusq; in eandem orationem conuertit, illud cum faceret ex arte, à validioribus enim inchoare oportet, atq; in hæc ipsa desijt, mediâq; interiecit ea quæ de legibus dici oportebat. Legi enim obnoxiorum per locum à sententia menteq; legis se opposuit: illi autem de præconijs alteram legem obiecit, seu legis partem, ut ipse inquit, qua permittebatur, in theatro præconia fieri, si populus uel senatus hoc decreuisset.

ALIVD ARGVMENTVM, EX IN-  
nominato.

Athenienses & Thebani dum bellassent cum Philippo in Cheronæa Bœotiæ ciuitate, ab eo superati fuere, rerum igitur potitus Macedo, præsidium Thebis collocauit, et sub sua manu eam ciuitatem in seruitute detinebat. Cum Athenienses illud idem se passuros timerent, et tyrannum expectarent magis quam unquam hostiliter Athenas aggressurum, excogitarunt eas muri partes, quæ ætate confectæ conciderant, erigere, & à quaque tribu qui essent muris reficiendis curatores, in medium uiri producti fuere: tribusq; Pandionis ad usum eius rei in talem uirum elegit Oratorem. Cum igitur hanc prouinciam Orator præ manibus haberet, & pecunijs insu per indigeret ultra eas quas ipsi ciuitas assignauerat, ex proprijs ipsius pecunijs sumptum in eam rem fecit: neq; eas impensas ciuitati retulit, sed illi gratificatus fuit, hanc occasionem nactus Ctesiphon, unus ex his qui ad Rempubliæ gubernacula sedebant, eiusmodi de ipso in senatu sententiam tulit: Quoniam eo animo perseuerat Demosthenes Demosthenis filius, ut per uniuersam eius uitam beneuolentiam suam erga ciuitatem ostendat: ac in præsentia cum esset muris reficiendis curator, & pecunijs indigeret, eas ex sua domo deprompsit, & ciuitati gratificatus est: propterea rogatio perferatur ad Senatum populumq; Atheniensem, ut is aurea corona donetur in theatro, dum nouæ tragædiæ agentur, & multitudo nouas fabulas conspiciendi auida concurrerit. Hoc Senatus consultum cum ad populum referretur, aggressus est accusare Ctesiphontem Aeschines, cum administrationis publicæ æmulatione ei esset inimicus, inquiens scitū illud illicitum esse tribus ex legibus, quæ ei aduersabantur. una quidem, quæ uetaret obnoxium corona donari, priusquam rationes retulisset, nondū enim Demosthenes eas reddiderat, cum & theatri & murorum reficiendorum curationis pecunias administrasset, oportebatq; eum expectare, & à munere continere, quousq; calculatis subductisq; rationibus liber & minimè obnoxius repertus esset. Alteram autem legem recitabat, quæ iubebat in Pnyce et curia, non in concione, aliquè corona donari debere: criminabaturq; ciues, qui admiserant coronam Demosthenis in theatro prædicari, tertia autem lex ad uniuersam uitæ & administrationis rationem respicit: mandat namq; ne falsæ testificationes in Matroum inferrentur, ubi uniuersa scripta publica recondebantur, in eo autem ipsum aiebat fuisse ementitum, quod beneuolentiam & studium Demosthenis in Rempubliam fuisset testatus, cum potius maleuolus & hostis patriæ fuisset deprehensus. Cum ea lex tertia utilis esset, ut eam ueluti anchoram in aduersam partem apprehenderet Orator, eare aduersarium in lucta superauit, grauisimo prudentissimoq; usus artificio, quo ad personam accusatoris, inde enim ansam habuit dicendi, & aduersarium expugnandi, reliquas uerò duas leges, eam scilicet quæ est de obnoxijs, & illam quæ de præconijs, in medium Orationis coniecit, cum eas imperatorio modo, ueluti imbecilles copias in medium immisisset, & interclusisset, fortissima autem & potentissima lege in extremis usus fuit, cum aliarum debilitatem ex ambobus extremis confirmasset. Videtur & Orationem suam ad scopum utilitatis direxisse Orator, artificiumq; non admodum impudenter extulit. Cum enim locum à legitimo in primis prætergressus fuisse uideretur, alia uia eundem locum à legitimo attigit, eoq; usus fuit. Etenim Aeschines: legem recitauerat, quæ est de mædacijs in coronis adipiscendis: ad quã cum respondisset Orator, opportunitatem inuenit, suas in Rempub. res gestas in mediū proferendi, & ita per locum à legitimo depugnauit. Orationis dispositio eiusmodi est, ut supra narratū fuit. Validus Aeschini locus fuit à legitimo, Oratori autem à iusto. cōmunis autē ob æqualitatē utriq; fuit locus ab utili, cum is locus manifestam non reciperet examinationē. Constitutio causæ est negotialis ex scripto. Decretum autē ex scripto constat. Accusatio quidē uiuente adhuc Philippo instituta fuit, Alexandro autē regnum adepto & imperante Oratio habita fuit, & iudiciū ad finem perductū. Ut autem Philippus mortē obiit, Thebani audacter præsidium à ciuitate eiecerunt, quod cum indignè ferret Alexander, uelut contemptus, Thebas euertit. Deinde cum rei gestæ eum pœniteret, tanquã pudore affectus, Græcia cessit, & aduersus Barbaros postea copias eduxit, quo tempore Athenienses putarunt opportunum fore, ut proditores qui Græciam iniurijs affecerant, in iudicium euocarent: atq; ita forum strepere cœpit. Proinde primum exordium implorationem oblectationemq; continet, & particulatim, non generaliter introducitur, beneuolentiamq; præparat, qua in præsentia maxime egemus. Ad Homeri autem imitationem exorsus est.

Cælicolæ



Caelicola cuncti me audite Deiq; Deaq;

Atqui prae se fert speciem quandam confidentiae, quod ciuitati beneuolus esset. non enim uniuersum Deorum genus inuocasset, nisi ita sibi praesensisset ciuitate esse affectam. Verbum Perseuero positum in decreto significat, quod uitam traduxerit in beneuolentia ciuitatis, & quod eius semper curam habuerit: & potius animam emittere uellet, quam ab huiusmodi mente desinere.



**L**lud in primis, uiri Athenienses, à Dijs Deabusq; omnibus opto, ut quanta beneuolentia erga ciuitatē, uosq; omnes sum affectus, tanta mihi à uobis adsit in praesenti iudicio. Deinde, quod maxime ad uos uestrāq; pietatem & existimationem attinet, ad illud Dii mentem uestram impellant, non ut uobis aduersarium meum consiliarium adhibeatis, quemadmodum uos oporteat mihi audientiam facere: indignum quippe id esset: sed ut leges & iusiurandum seruetis, in quo praeter caeteras eius decreti partes, & iustas quidem, illud quoq; adscriptum est, ut liugantiū utrumq; eodem modo audiat. Hoc uerò est, non solum ut nihil praedudicetis, utq; ambobus beneuolentiā uestram peraeque non condonetis: sed & ut quo ordine, qua ue defensione, uti quisq; disceptantium uoluerit, & delegerit, ita eos uti permittatis. In multis igitur in praesenti causa durior mihi statuta est conditio, quam Aeschini. eaq; duo sunt, uiri Athenienses, & magna. Vnum quidem, quoniam non aequa ratione cotendo, longē enim nunc impar existit, si mihi contingat à uestra beneuolentia decidere, atq; huic si accusationis suae causam non obtineat. Atqui mihi quidem. Nolo enim quicquam molesti dicere in exordio orationis meae. Is etenim ex nimia rerum affluentia ad me accusandum descendit. Alterum, quod omnibus hominibus natura comparatum est, ut in alios conuicia & reprehensiones audiant perlibenter: eos autem qui seipso commendent, egrē ferant. Ex his igitur, quod tendit ad uoluptatem, huic concessum est: quod autem omnes, ut ita dicam, perturbat, mihi relictum est. Si enim illud cauero, ne ipse à me res gestas explicem, non habebō quod uidear per accusatorem opposita posse dissoluere: neq; ut aliqua possim ostendere, ob qua petam, me aliquo honore affici debere. Quod si ad ea deuenero, qua gessi, qua in Republica administraui, saepenumero cogar, ut de me ipso uerba faciam. tētabo igitur ut id modestissime agam. Quod enim res ipsa me exponere compulerit, huic aequum erit, ut illud uitio uertatis qui eiusmodi controuersiam constituit. Arbitror enim uos, uiri Athenienses, quod omnes sitis in id consensuri, huiusmodi causam mihi cum Ctesiphonte esse communē atq; coniunctā: ac mihi certe in id non minus studij adhibendum fore. rebus enim omnibus priuari, graue est, et alias permolestum, si hoc ab inimico proueniat: praecipue uerò, si quis beneuolentia uestra expolietur: sicut maximum quiddam est, eam à uobis consequi potuisse. Cum in his igitur causa eiusmodi consistat, oro obtestorq; uos omnes uno similiq; modo, ut me audiat aduersum ea qua delata fuere, iusta alioquin defensione utentem, ueluti leges praescribunt. quas qui primum tulit, Solon uestri populiq; Atheniensis amantissimus, non solum quod ipse eas dicitasset, sed & quod uos tanquam iudices iurauissetis, ad illas ueluti ratas attendi oportere putauit: non quod uobis, ut mihi uideretur, diffideret, sed cū illud prospiceret, quod accusationes & criminationes, quibus accusator, ex eo quod prior causam dixerit, ualet & pollet, reo impune effugere euitareq; non licet, nisi quisque uestrum, qui iudicium daturi estis, pietatem in Deos coluerit & custodierit: & qua ab reo posteriori loco iuste dicentur, beneuolo animo susceperit: atq; cum se ipsum aequabilem & ambobus communem auditorem praebuerit, an ita res se habeat, de omnibus est cogniturus. Cum uerò & totius priuatim retroacta uite hodierna die rationem (ut uideor) sim redditurus, & eorum qua publice in ciuitate administraui, uolo, sicut à principio, iterum Deos obsecrare: ac in praesentia uestra eos obtestor, primum ut quam beneuolē me habeam, quamq; in ea beneuolentia perseuerem & erga ciuitatem istam, & erga uos omnes, ita mihi in praesenti disceptatione amico animo uos adesse uelitis: deinde, quod profecturum sit & ad communem gloriam ciuitatis, & ad cuiuslibet uestrum pietatem, hoc Dii in animos uestros inducant in hoc iudicio de istiusmodi accusatione statuendo. Si igitur ea solum, qua deferre proposuerat, accusando profectus fuisset Aeschines, ego quoq; quamprimum

SS           mum



mum aduersus ipsa, quae in concione proposita fuissent, me tuerer atque defenderem, quando quidem aliena interserens non paruam orationis partem consumpsit, et plurima de me e mentitus fuit: necessarium esse existimo, iustumque simul, pauca, uiri Athenienses, de his prioribus locis percurrere, ne aliquis uestrum his uerbis, quae extra causam sunt, allectus, me audiat a iure propositae accusationis longissime aberrantem. De his igitur, quaecumque mihi conuicio quodam priuato exprobrauit & maledixit, uidete, quam simpliciter & candidè, ac pro aequitate dixerò. Si quidem me talè esse nouistis, qualem hic defert: non enim alibi uixi, quam apud uos: neque uel uerbum sustinete, neque, etiam si in omnibus negotiis publicis ita me bene gesserim, ut nihil possit supra: sed consurgite omnes, & me sententijs uestris conuincite. Sin uerò me hoc multo meliorem, & ex melioribus natum, ac nemine ex his qui modesti sunt (ne aliquid dicam molesti) deteriorem & me ac meos deprehendistis, atque cognoscitis, huic ne in ceteris quidem fidem habeatis. liquet enim simili ratione omnia eum confinxisse, commentumque esse. Mihi certè quam per omne tempus beneuolentiam ostendistis in multis disceptationibus, quae antea a me habitae fuere, etiam praesenti tempore eam praebete. Maleuolus cum sis Aelchines, illud prorsus imperite existimasti, res, quas gessi, quasque in republica administraui, ut ego ommittere, & me ad maledicta conuiciaque tua conuertere. non enim hoc faciam: non ita superbus, elatusque sum, uerum ad eorum disquisitionem quae in repub. tractaui, quaeque ementiebarris, ac criminabar, quamprimò deueniã. De aculeis autem contumeliae ita impudenter iactatae, posteriori loco, si his ea audire in animo sederit, mentionem facia. Ea igitur quae in accusationem deducta fuere, multa & graua sunt, & propter quorum nonnulla, in poenam ultimum esse supplicium leges statuerunt: praesentis quidem contentionis propositum ipsum hoc continet, ut inimicus in me inuehatur, & insultet, & contumeliam, & conuicium, & uituperationem simul, & omnia eiusmodi opprobria effutiat. Accusationes tamen, & criminationes quae dicuntur, si uerae essent, ciuitati non licet meritas pro eis debitasque poenas sumere, uel quid agere, quod ad eas propè accedat. neque enim cuiquam auferenda est potestas populum adeundi, & orationem habendi. Non enim si aliquibus facultatem detis uicissim se insultandi, & praeter inuidiam lacessendi, non per Deos illud probandum est, neque moribus conuenit, consuetudinique civili, neque id iuste fit, uiri Athenienses: sed quibus in rebus me uidebat ciuitatem iniurijs & maleficijs afficere, ea facinora cum tanta essent, quanta modò deplorauit & enarrauit, de poenis legibus statutis ad ea crimina decernendis agere debebat. si quidem illa delicta me admisisse deprehenderat, quae delatione digna essent, de his ipsis accusationem instituendo, atque ad hunc modum me in iudicio ad conspectum uestrum sistendo: quod si aliquod praeter legem me scitum scripsisse agnouerat, illicitae rogationis me accusando. Non enim Ctesiphontem iure accusare ualet mea causa: me quidem ipsum si conuincere posse putasset, non accusasset: proinde si quid aliorum criminum, quae nunc mihi impedit & percussit, uel quod uis aliud scelus me in uos edidisse compererat, extant leges omnium delictorum, & poenae, & actiones, & iudicia, quae acerba & magna supplicia irrogant, & omnibus passim his actionibus experiri licet. Ac quando ista uisus fuisset aggressus, & ad hunc modum his usus esse aduersum me, accusatio factis ei us consentiret, & palam esset. Modò cum de re legitimaque uia deflexerit, ueritatisque indagacionem et trutinam ad res ipsas apponere euitauerit, totaque demum postea temporibus calumnias & dicacitates & maledicta in unum congeslerit, confictam simulatamque causam agit. Deinde me accusat, hunc reum facit, & tota actione odium, quod in me habet, quodam modo praefert & ostentat, nusquam uerò ob hoc rem mecum habere congregarique uelle uideatur, cum tamen ab altero multam auferre quaerat. Atqui ad reliquas omnes legitimas defensiones, uiri Athenienses, quas pro Ctesiphonte quis dicere posset, & hoc mihi addi posse uideatur, maximeque iure dici, quoniam de inimicitijs nostris non iustum esset ut inter nos ipsos quaestionem haberemus, non eam inter nos disceptandi causam praetermittere, quemuis uerò alium, cui eiusmodi malum infligamus, perquirere: hoc enim nulla iniuria superari potest. Omnia igitur quae in accusatione exprobrata fuere, quis posset ab istis ducere ac dimetiri, neque pro iusticia, neque quod aliqua ex parte uera essent,



sent, fuisse proposita. Volo quidem unumquodque ipsorum criminum sigillatim expendere, maximeque ea recensere, quæcunque de pace & legatione aduersus me confixit & e mentibus suis: ea quæ ipsemet unâ cum Philocrate perpetraverat, mihi impingendo. Necessè quidem est, uiri Athenienses, forteque illud ad causam pertinet, quo statu quo uel loco per ea tempora respublica se habuerit, ad memoriâ uestrâ reuocare: ut si illa ad eam, quæ modo existit, rerum conditionem retuleritis, singula quæque intueamini, & oculis ipsis cernatis. Phocensi enim bello conflato, non propter me, nondum equidem eo tempore ad Rempublicam accesseram, uos primùm ita affecti eratis, ut Phocenses saluos quidem esse uelletis, etiâ si eos cerneretis iniuste bellum gerere: Thebanis, etiâ si quodcunque malum eis ingrauesceret, & quoduis perpetrentur, irato percitose animo essetis, non iniuste, neque absque ratione: quoniam his rebus, quibus feliciter egerant in Leuctris, non admodum cum animi moderatione usi fuerat. deinde, quia uniuersa Peloponnesus inter se dissidebat, & hi qui odio habebat Lacedæmonios, non usque eorum uirum deuenerat, ut eos possent extirpare atque extinguere: neque qui antea per eos imperium nacti erant, ciuitates in ditionem potestatemque suam redegerant: sed quædam erat sine delectu atque discrimine apud hos & reliquos omnes contentio & tumultus. hæc cum Philippus conspiceret (non enim adeo erant obscura) in proditores, qui quibusque in ciuitatibus morabantur, pecunias insumpsit, omnes ad discordiam inter se concitauit, turbinemque inter ipsos immisit. deinde in quibus uiderat aliquos errare, & sibi male sapere, in his se præparabat, aduersusque omnes prodibat, ita ut diuturnitate belli confecti & afflictati, qui tunc superbi elati que erant, nunc miseri infelicesque Thebani palam omnibus fierent, ipsos necessariò cogi ad uos confugere. Philippus, hoc ne fieret, ciuitates quidem ne unâ coiret, uobis pacem, illis opem promiserat. Quid igitur ipsi fuerit adiuuato ad uos in suâ potestate, parum abest ut dicam, sponte uestra deceptos uel alios Græcos recipiendos: siue illud maliciâ, aut ignorantiâ, uel his duobus simul nominibus appellare oporteat. hi, cum uos bellum continuû & diuturnum gessissetis, & hoc quidem pro cõmuni omnium cõmodo et utilitate, ut re et effectu id manifestum apparuit, neque pecunijs, neque auxiliarijs coacti, neque alia quauis re uobis subuenire uoluerunt: quibus cum iure meritoque irati essetis, nulla interposita mora Philippo paruistis. Pax igitur, quæ tunc uix impetrata fuit, ob hæc ipsa non propter me, ut iste criminabatur, facta fuit. Horum autem facinora & corruptelas, quæ in ea re intercessere, presentium rerum status, si quis iuste perquisierit, causas fuisse peruestigabit. atque hæc omnia pro ueritate exquiram & percurram. Si aliqua enim in his maxime maleficia esse uisa fuerint, nihil certè est mecum commune: sed qui primus dixerit, mentionemque fecerit de pace, Aristodemus fuit histrio: qui uero pro ea rogatione intercesserit, scitumque scripserit, & seipsum unâ cum isto in hæc uenalem dederit, Philocrates fuit Agnolius, tuorum ò Aeschines consiliorum particeps & socius, tuus inquam, non meus, neque, etiâ si disruparis, fictus et e mentibus: qui uero ei rogationi patrocinium defensionemque impenderit, cuius nam rei gratia, in presentia dicere omitto, Eubulus & Ctesiphon. Ego ne minimùm quidem. Veruntamen hæc cum ita euenerint, & cum ex ipsa ueritate pateat, usque eò impudentie prouectus est, ut dicere ausus fuerit, quod ego scilicet unâ cum isto pacis fuerim author, insuper & prohibuerim ciuitatem unâ cum communi Græciæ conuentu pacem, ipsam facere. Deinde quo nam iusto cognomine quis te uocet, ubi tu non ne aderas? non ne uidebas? cum ego tantam actionem & societatem, quantam nunc deploras & commemoras, à ciuitate auferre, cur non indignatus es? uel cur tunc prodies, hæc que nunc criminarijs, plana non fecisti, uel recessuisti? Porro si ego Philippo operam nauaueram, ut Græciæ conuentum impedirem: tibi reliquum erat, illud non tacere, sed exclamare, idque testatum facere, & his rem explicare. Hoc igitur nusquam fecisti, ne quidem ullus hanc tuam uocem audiuit. Neque tunc ad aliquam Græciæ ciuitatem legationes emisseratis, sed omnes iam diu reuersæ fuerat. nec iste quicquam sani his de rebus recensuit: præter hæc quidem & ciuitatem maximam calumniâ affecit his de rebus, in quibus planè mentitur. Si uos enim reliquos simul Græcos ad bellum conficiendum sollicitabatis, ipsi uero legatos ad Philippum pro pace faciendam miseratis, Eurybati res erat,



nō civitatis, neq; proborū uirorū officiū executi fuistis. At res nō ita est, nō ita. quid enim uolebatis, quod eos hoc tempore accerferetis: ad pacē? at omnib. ea cōstabat. uerūm ad bellū: at uos de pace deliberabatis. Igitur neq; pacis à principio dux, neq; author fuisse uideor, neq; aliquod ex alijs criminibus, quæ aduersus me fuit ementitus, aliquid ueri cōtinere ostenditur. Posteaquam igitur ciuitas pacē fecit, hic rursus considerate, quid uterq; nostrū sibi agendū proposuerit: & ex his quidē deprehēdetis, quis omnib. in rebus Philippo fuerit adiutor & administer, & quis rem uestrā gesserit, & quis ciuitatis utilitatē procurauerit. Ego igitur scitū in Senatu tuli, legatos euestigio & perceleriter enauigare debere ad ea loca, ubi Philippū esse compertū haberent, & iuramenta pacis ab eo recipere. Hi uerò neq; etiā me rogāte hęc facere uoluerūt. quā uerò iucundū optandūq; illud foret, uiri Atheniēses, ego ostendā. Philippo quidē conducebat, ut multū temporis intercederet, antequā iuramenta recipere: uobis autem quā minimum id cōferebat. quid ita? quoniam uos quidē non à tempore tantum, quo iuramenta præstitissetis, sed & à quo pacem futurā sperauissetis, omnem bellicum apparatus deposueratis. is uerò hoc die noctūq; potissimū machinabatur, ratus, quod & ei succedat, quæ cūq; ditionis nostræ antè cepisset, quā pacis iuramenta traderētur, hęc omnia eius imperio firmē cessura, neminēq; ob hęc ipsa pacem esse dissoluturum. quæ ego cum antè prospicerē, uiri Atheniēses, et prius expenderē, hoc scribo decretū: Ad loca nauigandū esse, in quibus Philippus esset, & iuramenta pacis celerrimē fore recipiēda, ut dum Thracēs socij uestri ea loca tenerent, quæ nunc iste carpsit, Serrhium uidelicet, et Myrtiū, ac Ergiscem, ita iuramenta fierent: & ne ille, cum eorum locorū opportunitatē antè occupasset, dominus Thraciæ constitueretur, ne uē ex his locis & pecuniarū & militū copia ipsi suppeditaretur ad cætera inuadēda. Deinde huius decreti nō meminit, neq; illud recitat. Quod ego consuluerim, & decreuerim, legatos fore introducēdos, hoc me criminatur. At quid ego facerem? hos ne, quod decernerē non fore introducēdos, qui ob id huc loci uenerant, ut uobiscum colloquerentur: an architectus ei locū ad spectandū ne præberet, ut iuberem? ac nisi illud rogatū fuisset, duob. obolis ad spectaculū admisi fuissent. Quæ tamen minimum ciuitati conferūt, me obseruare oportebat: quæ uniuerse sunt è republica, nunquid mea ea Philippo diuēdere oportuit, sicuti isti fecere? Dic igitur, mihiq; sume decretum: quod cum iste probē sciret, prætermisit. Recita. **DECRETVM.** Consule Mnesiphilo, pridie Calendas Iulij, tribu Pandione in Prytaneo magistratū gerente, Demosthenes Peanicius Demosthenis filius dixit: Quoniā Philippus misit legatos ad Atheniēses pro pace agenda, cōuentaq; fecit eis consentanea, latum sit ad Senatū populūq; Atheniēsem, quod si pax stipulata fuerit, quæ prima cōcione suffragijs est cōmittenda, legatos quinque ex omnib. Atheniensibus deligendos esse, eosq; ut fuerint designati, statim abire oportere nulla mora interiecta, eoq; peregrinari, ubi Philippū esse audierint, ab eoq; iuramenta recipere, illiq; uicissim dare quā celerrimē super conuentis ipsi & populo Atheniensi cōsentaneis, & socios utriusq; cōplectētibus. Legati electi fuere, Eubulus Anaphlystius, Aeschines Cothocides, Cephisophon Rhamnusus, Democrates Phlyeus, Cleō Cothocides. Cum ista tunc ego sualissim, ac commodis et utilitati reipub. non Philippi seruirem, dum ea hi frugi legati paululū cogitassent, & curę habuissent, commorati fuerunt in Macedonia treis integros menses, quousq; uenit Philippus è Thracia, cuius omnia loca iam subegerat, cum decē diebus, imò magis tribus uel quatuor ad Hellepōtum appellere potuissent, & iuramēta recipiēdo ea loca seruasse, antequā ille ipsa eueruisset. ea enim non attigisset, si nos præsentēs fuisset, uel ipsum ad iuramenta non admissemus, sicut si à pace deerrasset, utruq; pariter nō habuisset, & pacē & Thraciæ loca. Primum igitur hac in legatione Philippi furtū & latrociniū, corruptela quidē horum iniquorū hominū & Dijs infensorū istiusmodi fuit, pro qua re & tunc et in præsentia, ac perpetuò me profiteor cum istis pugnare, & ab eis disidere. Alterū quidem, quod statim subsequitur isto adhuc maius delictum spectate. postea quā assensit Philippus, se pacem confecturū, cum Thraciam per hos antè occupasset, qui decreto meo parere noluerant, rursus ab ipsis mercatur, ne abeant è Macedonia,

quā



quàm diu exercitum aduersus Phocēses instructū reddat, ne si ipsi huc redeundo renunciauissent, quòd se prepararet & profecturus esset, uos exiretis. & cū in Pylas triformibus enauigassetis, sicut antea feceratis, aditū intercluderetis: sed ut ista simul audiretis ab his illa uobis referētib, illeq; intra Pylas esset, ac quid uos faceretis, non haberetis: ita Philippus trepidabat, & tam uehemēter sollicitus erat, ne & si ipse ista loca prius cepisset, antequam Phocenses perderet, hoc uos audito, ipsis opem ferendam decerneretis, ac res ex eius manibus dilaberētur. ut iterū istum despiciatissimū fuerit nundinatus, nō itē promiscuē cū reliquis legatis, sed per se ac separatim, quòd eiusmodi ad uos diceret atque referret, per quā omnia perdidit et afflixit. Postulo uiri Athenienses, & obtestor, ut illud uos recordemini in uniuersa hac contentione dicenti, quod si Aeschines nihil criminatus fuisset extra propositā accusationis causam, neq; ego quidem ullum aliud uerbū hic insererem. Porro cum is omnibus criminibus & maledictis pariter me detulerit, mihi quoq; necesse est ad unum quodq; obiectorū paucis respōdere. Qui nam igitur erant hi, qui ab isto sermones tunc relati fuere, & propter quos omnia perieret: utpote, formidare non oportet, quòd Philippus in Pylas introiuerit. erunt enim omnia, quaecunq; uultis, si quieti manseritis: audietisq; duobus uel tribus diebus, quibus is uenit ut inimicus, amicū ipsum factū esse: quibus uerò ut amicus, e contrario eundem inimicum euasisse, non enim uerbis familiaritates stabiliri dicebat, ualde quidē grauiter id proferēdo, sed ex eo quod idem omnib. cōferat. confert autem Philippo et Phocensib. & uobis itidē omnibus, a petulātia & molestia Thebanorū liberari. Hæc ab eo nōnulli libenter audierūt propter odiū, quod tūc habebāt aduersus Thebanos. Quid igitur post hæc continuò euenit: non dies multos pōst, ut miserī Phocenses perderētur, eorumq; urbes euertentur, uos uerò dum quietem ageretis, et huic pareretis, paulo pōst ex agris uasa intra urbem ueheretis, is quidē aurum sumeret, & ad hæc insuper quòd odiū et simultates aduersus Thebanos & Thessalos urbi crearentur, gratiæ autem pro his quæ gesta fuerant, Philippo haberentur. Quòd autem hæc ita se habeant, recita mihi & Callisthenis decretū ac Philippi epistolā, ex quibus ambobus uobis hæc omnia manifestò patebunt. Recita. **DECRETVM.** Mnesiphilo consule ex indicto concione à ducibus coacta, atq; ex magistratuū Prytanei & Senatus sententia x. i. Calendas Octobris, Callisthenes Phalereus Eteonici filius dixit, nemini Atheniensi quauis colorata inuentione in regione cubare licere, sed in ciuitate & Pyraeo. quicūq; ex oppidis dimissi nō sunt, horū unumquēq; aciei ordinē in quem accepti fuere, obseruare oportere, eisq; noctu & interdū abesse nō licere: qui uerò nō paruerit, decreto huic obnoxius esto pœnis proditiōnis, nisi aliqua impedimēti ratio ostendat, quæ ipsum detineat. De impedimētis porro is qui in armis fuerit, imperator cognoscat, et cui incumbit cura præsidij, atq; scriba Senatus: omniaq; ex agris conuehi primo quoq; tempore, quæ infra centū uiginti stadiorū sunt, in urbē & Pyraeo: quæ ultra centum uiginti stadiorū, in Eleusinā & tribū, Aphidnamq; et Rhamnuntē ac Suniū oportere, dixit Callisthenes Phalereus. Ergo sub hac spe pacē fecistis, uel ista uobis retulit hic mercenarius: Recita rursus epistolā, quam post hæc Philippus huc misit. **EPISTOLA PHILIPPI.** Rex Macedonū Philippus Senatui populoq; Atheniensi salutē. Noscatis nos Pylas introiuisse, & loca quæ circū Phocidē sunt, in ditionē nostram redegisse: & quæcūq; oppida se nobis spōte adiunxerūt, immisisis præsidij munuisse: quæ uerò dicto nostro audiētia non fuere, & per uim cōprehensa, & in seruitutem redacta, funditus euertimus. Cum uerò intellexerim, uos præparari, ut illis opem feratis, uolui ad uos scribere, ne amplius pro eis defatigemini, siquidē cū pacē generatim (nihil em̄ modestē uos mihi gerere uideamini) cōtraxeritis, similiq; modo contra omnes exercitū ducere uideamini, & hæc agatis cū Phocēses ne in his quidē quæ inter nos cōmuniter stipulata fuere, cōprehensi existāt, ut nisi conuētis stare uolueritis, nihil erit quin priores censeamini iniurias intulisse. Auditis quàm dilucidē declarat, & explicat socijs suis in epistola, quam ad uos misit, quasi inquit, non nē ita est, quòd ego hec egi inuitis Atheniensib. et molestē ferētibus: quare si bene sapitis, o Thebani & Thessali, hos quidem hostes esse suspicari poteritis, mihi autē fidē adhibebitis, nō quod in hæc uerba scripserit, sed quòd idē significare uoluerit. Itaq; hos



cum cepisset, recessit, quòd nihil ad ea quæ post ista infecuta fuere, prospicerent, nihilque præsentirent: sed linerent res omnes illum imperio suo subijcere, propter quæ presentibus erumnis miseri Thebani addicti fuere. qui uerò huius crudelitatis ei fuerit administer & satelles, & qui huc rediens falsa renūciauerit, uosque deceperit, is est qui Thebanorum calamitates nunc deplorat, & eas recitat uelut summè miserādas, qui ipse & horum illorumque malorum, quæ Phocæsis euenere, omnium fuit author. patet enim quòd doles casus, qui euenere ô Aeschines: ac Thebanos miseras, cū prædā in Bœotia possideas, ibique illorum agros colī facias. Ego quidem gaudeo, qui euestigio ab eo fuerim accusatus, qui ista egerit, sed in eos certè sermones incidi, quos fortasse statim post hæc dicere licebit. Reuertor itaque illuc, ut ostendā, quòd horum corruptelæ atque facinora presentis rerum status in causa fuere, posteaquam uos à Philippo istorum opera circumuenti fuistis: qui dum essent in legatione, se Philippo uendi derant, & nihil uerū uobis retulerant: miseri autē Phocæses decepti fuissent, eorumque ciuitates direpte, quid actum est: detestandi quidē Thessali, & stupidi Thebani, amici cum beneficium seruatore Philippum esse opinabantur. instar omnium ille erat ipsis, ne uocem quidem audiebant, si quis aliquid aliud dicere uoluisset. uos quidem cum ea quæ gerebātur, intueremini, & grauius ferretis, eratis tunc feriatī. neque enim erat quid uos soli facere possētis. cæteri quoque Græci exēplo uestro similiter elusi, ac earum rerum spe falsi, quas expectabant, libenter quiescebāt, cum & ipsi iam pridē quodāmodo bello uexati fuissēt, quādo Philippus Illyrios et Tribalos circumeundo, aliquos quoque ex Græcis euertebat, ac multas magnasque copias imperio suo adijciebat. & cum quidā ex urbibus ad eum se conferrēt prælicētia pacis, ibi corrūpebantur, quorum unus hic fuit. tūc omnes aduersus quos ista ille præparabat, bello exagitabātur. si enim ea nō præsensissent, is sermo alienus esset ab hoc argumēto, & ad me nō pertineret. Ego quidem prædicebā & testabar, & semper apud uos & ubique, quòd me mitti cōtingebat, quòd ciuitates egritudine erāt affecte, cum ob eos qui in administranda agendaque Repub. muneribus seducti, & pecunijs corrupti erant: tum ob uulgus & multitudinē, quæ partim illud non prospiciebat, partim quotidiana uitæ tranquillitate & ocio uelut esca capiebatur. et cum omnes hoc morbo laborarent, imò singuli quique non putarent in ipsos calamitates inuasuras, sed res suas alienis periculis tutò futuras esse opinarentur, cum id ita uoluerint: deinde ut arbitror euenit populis quidem pro nimia & importuna segnitie, ut libertatem amitterēt: optimatibus quidem, cum alia præter se ipsos diuendere existimarent, ut se ipsos primos uēditos fuisse sentirent. pro hospitibus enim & amicis, quibus tunc nominibus uocabātur, cum munera suscipiebant, nunc assentatores ac Dijs inimici, reliquisque omnibus nominibus, que illis conueniebant, se appellari intelligunt. Nemo enim, uiri Athenienses, quod proditoris utilitatē perquirat, pecunias infumit: neque posteaquam rerum quas emerit, dominus fuerit effectus, proditore, ceteris etiam in rebus consultore utitur: nihil enim esset proditore beatius. sed non ita est, non ita. Cur? imò uerò multū abest. uerum posteaquam rerum potitus quæsierit in regno cōfirmari, & ut rerum hoc modo sibi traditarum dominus euasit, huius improbitatē contēplatus tunc demū, tūc & odio illum habet, eique fidē nō adhibet, & ipsum uituperat, profectō aduertit. Etenim quamuis rerum tempus & occasio præterierit, opportunitàs tamen ista noscendi his qui prudentes sunt, semper adest. eatenusque Læsthenes Philippi amicus nominabatur, quoad Olynthū prodidit: hæcenus Timolaus, dum Thebas euerit: usque eò Eudicus & Simus Larissæi, quoad Thessaliā Philippo subegerūt: deinde cū fuissēt eiecti, & contumelia affecti, ac ita tractati, ut quod male passi nō fuerint, & uniuersa ora habitabilis proditoribus repleta fuit. Quid Aristratus in Sicyone, & quod Perilaus in Megaris, non ne depulsi fuerunt? Ex quibus clarissimè aliquis perspicere possit, quod qui maximè patriam suam tuetur & custodit, & qui plurimum his dicēdo aduersatur, iste ô Aeschines uobis proditoribus. et mercenarijs dat facultatē, ut possitis in qua re uolueritis largitione corrumpi. et propter horum plerosque, & qui uestras sententias impugnant, uos incolumes salique estis, & lucra facitis, quoniam propter uos ipsos iam pridē perissetis. Atque cum de his rebus quæ tunc gessit fuerūt, multa insuper habere ad dicendū: hæc tamē



quæ dicta sunt, reor plus quam satis esse. is enim causam præstitit, qui uelut hesternæ diei uinolentia, ita me eius malitiæ & facinorū grauedine resperlit, fuit necessarium, fuit, adolescentium gratia factorum culpa liberari, molestia fortè & uos estis affecti, qui etiam prius quam ego aliquid uobis dicerem, huius tunc mercenariam operam nouistis. Atqui & amicitiam & hospitalitatem ipsam appellat, & nunc, dum orationem haberet, quodam loco dixit, Alexandri hospitalitatē mihi exprobrando, quod illi probro dederim. Ego tibi Alexandri hospitalitatem, unde adeptam, uel quomodo impetratam: neq; Philippi hospitem, neque Alexandri amicum ego te dicerem, non ita amens sum: nisi & mēsores, & eos qui quicquam aliud mercede agunt, amicos & hospites liceat appellare, eorum qui operas conducunt. uerū ista non ita se habent, cur: imò uerò id multum abest. uerū mercenariū ego te Philippi primū, atq; nunc Alexandri appello, ac hi omnes. quod si id non credis, eos interroga, imò ego hoc pro te faciā. Vtrum uobis, uiri Athenienses, mercenarius Aeschines, uel hospes esse Alexandri uidetur: audis ne quæ dicant: Jam igitur uolo & aduersus ipsam accusationem me defendere, & recensere ea quæ à me ipso gesta fuere, ut licet Aeschines eorum sit conscius, audiat tamen. propter quæ asseram & his qui decreti fuere, & eis multo adhuc maioribus honoribus, iurē meritoq; me affici & honestari. Ac mihi recita ipsam accusationē, eam in manus sumendo. **ACCUSATIO.** Cheronda consule, VIII. Idus Februarij, Aeschines Cothocides, Atrometi filius, attulit ad magistratum accusationem illicitæ rogationis contra Ctesiphontem, filium Leosthenis Anaphlystij, quod decretum scripserit præter leges, uidelicet quod corona antea donari oporteat Demosthenem Paranieum Demosthenis filium, quodq; prædicari magnis Bacchanalibus ludis à nouis tragœdis, quod honestet populus Demosthenem Paranieum, Demosthenis filium, aurea corona, uirtutis ergo et beneuolentiæ: in qua, cum ita se habeat, perseverat & erga omnes Græcos, & populum Atheniensem, ac fortitudinis gratia: atq; propterea, quoniam non desinit optima agere, & dicendo consule re populo Atheniensi, ac quia promptus paratusq; est quicquid boni possit facere, quod hæc omnia falsò scripserit, & præter leges, cum ea à legibus non permittantur. Primū quidem, quod falsas testificationes inter publicas scripturas coniecerit. Deinde, quia rationibus reddendis obnoxium scripserit corona donandum fore. Est enim Demosthenes muris reficiendis curator, et in ordinem eorum qui theatri curam gerunt, receptus: insuper quia corona prædicanda non esset in teatro ludis bacchanalibus, in ipsa tragœdorum nouitate: sed si Senatus coronam decreuerit, ut in Senatu pronuncietur: si ciuitas, Pnyce in concione, pœna quinquaginta talenta. præcones Cephisophon Rhamnusius Cephisophōtis filius, Cleon Cothocides Cleonis filius. Quas enim decreti partes accusat, uiri Athenienses, hæc sunt. Ego quidem ab his ipsis primū existimo me uobis ostensurum, quod omnia iurē diluam. eundem enim ordinem, quem ipse in scribendo accusationē seruauit, cum fecero, de omnibus sigillatim deinceps dicam: ac quod sciuerō, nihil prætermittam. Quod igitur scripserit, me & factis, & oratione beneficijs populū afficere, in eaq; re perseverare, promptumq; esse, quodcunq; boni possim facere, & ob hæc me fore laudandum, eius rei cognitionem in his cōsistere arbitror, quæ à me in rep. administrata fuere. ab eorū enim disceptatione apparebit, utrū pro rei ueritate, ac mea pro dignitate, an uerò falso ista de me scripserit Ctesiphon. Quod uerò nō adiecerit, me fore, postquam rationes retulero, corona honestandū, idq; muneris iusserit in teatro esse prædicandū: cōmunionem quandā item habere hoc ipsum reor cum his quæ in rep. gessi, num scilicet ob hæc corona dignus sim, ac prædicatione, an uerò minimè. At qui & leges ostendī oportere mihi uidetur, quibus hæc scribere isti licuerit. hoc enim modo uiri Athenienses noui defensionem, quam faciā, & iustam, & planam futurā esse. Accedo igitur ad ea, quæ à me gesta sunt, nemoq; putet propterea orationē me uelle ab accusatione deflectere, si in Græcorum dicta factaq; incurrero. qui enim eam partē decreti accusatione persecutus fuit, quod ipse & factis & uerbis sim benè meritus de rep. quicq; ista, tanquam minimè uera essent, detulit: is totius meę in rep. administrationis, & rerum à me gestarum narrationi locum fecit in præsentī accusatione propriū & necessarium. Deinde,

cum multæ



cum multæ sint in Rebus publicis uersandæ species, ego eam partem delegi, quæ est in actionibus Græcorum, ob idque iurè facturus sum, si earum rerum argumenta ab his sumpsero, quæ igitur, antequam ego ad Rem publicam accederem, & pro rostris dicere cœpisssem, ante occupauit, et usurpauit Philippus, omittam. nihil enim horum ad me reor pertinere. à quo uerò tempore in ea ego incubui, & illi restitū fuit, ista recensabo, ac de his orationem subiungam, si illud tuero præfatus. Magna, uiri Athenienses, superiorque conditio Philippo obtigit apud Græcos non quosdam, uerum eodem modo apud omnes, quòd copia proditorum & corruptorum ac Dijs inimicorum hominum ut esset, contigerit, atque tanta, quantam prioribus temporibus fuisse nemo recordatur: quos cū in administratos & satellites sumpisset, Græcos malè ac seditiose inter se habentes, peius insuper affectit: ac cum uos circumueniret, illis largiretur, alios modis omnibus corrumpere, diuersas in partes eos distraxit, cum ad unam communem utilitatem omnes spectare debuissent, ut illi obstarent, ne potens euaderet. In tali igitur rerum statu, atque præterea ignoratione constantis & succrescentis mali omnium eorum qui Græci essent, uos cogitare oportet uiri Athenienses quid par esset, ut sibi agendum faciendum ue ciuitas deligeret: horumque rationes à me reposcere debetis, qui iam tunc me ipsum administrationibus publicis addixeram. Num oportebat ipsam, ô Aeschines, sese de statu grauitatis et dignitatis deicere, ut dum se eiusdem ordinis faceret cum Theffalis & Dolopibus, administra esset Philippo in ei uendicando Græciæ imperium, & maiorum pulcherrimam facinoram iuraque ciuitatis perdere, & abijcere: an illud minimè efficere? graue, ut uerè dicam, erat, quæ euentura cernebantur, si nemo illis resisteret, & quæ iam multo antè, ut uidebatur, præsentita fuerant, si hæc dum fierent, contemnerentur. At uerò nunc ego eum qui maximè increpat res gestas, libenter rogem, cuius nam factionis hanc ciuitatè esse uoluisset? num eius quæ conscientia & administra fuit totius calamitatis & ignominia. quæ Græcis euenit, cuius Theffalos & horum sectatores quis fuisse dicat necesse est: an uerò eius, quæ ista cum fierent, despiciebat priuata cuiusdam utilitatis spe ducta, cuius Arcades & Messenios ac Argiuos fuisse asseramus licet. uerum & his malis plerique, immo uerò omnes difficilius quàm uos se exemere. Etenim si ut Philippus rerum potitus fuit, statim concitato itinere recessisset, ac deinde quietus mansisset, neque quèquam eius sociorum, neque aliorum Græcorum aliqua molestia afficiendo: attamen aliqua subesse potuisset aduersus eos qui his quæ ille gessit, se non abiecerant, reprehensio & accusatio. sin autem omnium simili modo dignitatem, imperium, libertatem præcidit, magis certè Respublicas, quoad potuit, deleuit, cur non omnium maximè probabilia uos decreuistis mihi fidem prestando? Sed eò reuertor. Quid ciuitati, ô Aeschines, facere licebat, cum imperium & Græciæ tyrannidem uideret sibi uendicantem Philippum? uel quid me, Athenis consiliarius cum essem, dicere aut scribere oportebat? etenim id plurimum refert, utpote qui noueram per omne tempus ad illum usque diem, quo ipse in suggestum ascendit, semper de principatu & honore & gloria patriam decertasse, pluraque uirorum corpora & opes impendisse pro dignitate tuenda & uniuersæ Græciæ utilitatè, quàm cæteros Græcos, qui ut se defenderent, eorum opus singuli insumperunt: uiderem autem Philippum ipsum, cum quo nobis dimicandum erat pro imperio & dominatu, oculo abiecto, humero fracto, manu à brachio distorta, omnem quamcunque uellet partem fortuna corporis adimere, eam sine ullo negotio & alacri animo abijcere, ut reliquam ætatem cum laude & exultatione ageret? Attamen nemo dicere audebat, ut ei, qui in Pella foret educatus, loco tunc humili & paruo, in tantam prouehi magnanimitatè liceret, ita ut Græciæ imperium appeteret, idque in animo fixum haberet: uobis autem, qui Athenienses essetis, & quotidie in ore & præ oculis maiorum uestrorum uirtutis exempla haberetis, tantum ignobilitatis adesse, ut Græciæ libertatem ultro offeratis, sponteque concedatis Philippo. nemo enim hæc diceret. Reliquum igitur erat, pariter & necessarium his omnibus quæ ille gerebat, dum nos malè tractabat, ut iuste obuiaretur: id ipsum uos à principio faciebatis merito, & ut par erat, referebam ad Senatū insuper, et consulebam ipse, quibus ego in Republica temporibus uersabar, confiteor. Verum quid me agere oportebat? iam enim te rogo, ut reliqua omnia omittam, Amphipolin, Pidinam,



nam, Potidæam, Halonesum, nihil horum ad memoriã reuoco: Serrium uerò, & Doriscũ, & Peparethi depopulationẽ, & quæcunq; eiusmodi ciuitas passa fuit, neq; an ea extiterint, noui: quãuis tu dixeris, me ista dicendo in ignẽ hos cõieciſſe. Cum certẽ Eubuli et Aristophõtis, ac Diopithis hæc fuerint decreta, nõ mea. O' qui facile effutis quæcunq; in mentem uenit. neque enim de his ad præſens dicam: sed ille, qui Eubœam uelut suam sibi uendicauerat, & qui in murum Atticæ molitus fuerat, & Megaras inuaserat, & Oreum comprehenderat, & Porthmum euerterat, & in Oreo Philistidem tyrannum, in Eretria uerò Clitarchum constituerat, & Helleſpontum sibi subiecerat, & Byzantiũ obsederat, & ex Græciæ ciuitatibus quasdam uastauerat, in aliàs uerò exules reduxerat, nunquid is qui hæc omnia egerat, iniurias intulit, ac fœdera transgressus fuit, & pacem dissoluit, necne? Atq; utrum apparere aliquem Græcum, qui ista ab eo ne fierent, prohiberet, oportebat, an non? quod si necesse non erat, uerum in sceleratorum prædam, ut aiunt, Græciam ipsam cedere conspici, uiuentibus Atheniensibus & spirantibus: ego quidem frustra laboraui, dum de his concionem habui: frustra laboraui ciuitas, quæ mihi assensa est, sint quidẽ errata hæc omnia, quæ gesta sunt, & errata mea: sin autem oportebat horum aliquem uindicem apparere, quem nam alium existere, quàm populum Atheniensem, conueniens erat? Hæc igitur tunc ego in Repub. gessi: & cum uiderem illum omnes homines in seruitutem trahere, restiti, & præmonẽdo, & præcipiendo, ne ista Philippo permitterentur. Atqui pacem quidem ille fregit nauibus captis, non ciuitas, ô Aeschines. Affer iam decreta ipsa, & epistolam Philippi, ac ex ordine recita. ab horum enim peruestigatione, quis cuiusque rei fuerit author, pateſiet. DIC. DECRETVM. Consule Nicocle, mense Augusto, conuocata concione à militum præfectis, ea coacta Eubulus Cyprius Mnesitheï filius dixit, quia retulerunt militũ præfecti in concione, quòd Leodamantem Nauarchum, & x x nauigia cum eo emissa ad importandum frumentum in Helleſpontum, Amyntas dux Philippi in Macedoniam deduxit, ac sub custodia tenet, eam rem curæ esse debere præfectis prætorio, & militum præsidibus, ut scilicet senatus eam ob rem conueniat, legatiq; deligantur ad Philippum, qui coram uerba faciant, ut Nauarchum dimittat, & nauigia, ac milites. ac si per ignorantiam ea admiserat Amyntas, quod nihil est, quod populus eum accuset. quòd si ea aliqua in re præter mandata deliquisse deprehenderit, quòd Athenienses sunt in id animaduersuri, dignaq; pœna contemptionem huiusmodi persecuturi: & si neutrum horum est, uerum priuata aliqua simultate aguntur, uel clasis præfectus, uel nauarchus, item quòd illud dicant scribi debere, ut de ea re certior factus populus statuere possit, quid fuerit faciendum. hoc igitur decretum scripsit Eubulus, non ego. Illud uerò, quod sequitur, Aristophon: deinde Egisippus, postea rursus Aristophon, deinde Philocrates, postmodum Cephisophon, deinceps alij omnes. Ego uerò nihil de his scripsi. Recita decretum. DECRETVM. Nicocle consule, pridie Calendas septembris, ex sententia senatus præfecti prætorio & militum præfides sanxerunt, referendo ea quæ in concione dicta fuere, quòd populo uisum fuisset, legatos ad Philippum deligendos esse pro nauigiorum reuersione, & ut ad eum mandata darent, ac in concione decreta: atque hos delegerunt, Cephisophontem Anaphlystium Cleonis filium, Polycritum Cothocidem Apemanti filium, prætorio præfidente tribu Hippothoontide: Aristophon Colytteus præses loquutus fuit. Quemadmodum igitur hæc decreta ostendo, ita & tu ostendito ô Aeschines, quòd ego scripserim decretum, quo belli fuerim autor. sed id non posses. si enim potuisses, aliquam eius partem paulo antè non retulisses? Atqui neque Philippus me, ex causa belli aliquo modo accusat, cum cæteros criminetur. Recita epistolam ipsam Philippi. EPISTOLA PHILIPPI. Rex Macedonũ Philippus senatui populoq; Atheniensi salutem. Cum legati uestri ad me uenissent, Cephisophon & Democritus, ac Polycritus, uerba fecerunt de dimittendis nauigijs, quorũ erat nauarchus Laomedon. In summa igitur mihi uidebimini summè desipere, si putaueritis me latere, quòd eiusmodi nauigia emandata fuere obtendendo, quòd frumentum ex Helleſponto in Lemnum essent uectura: opem uerò latura cum essent Selymbrianis, qui obsidebantur, quiq; nostris communibus amicitia conventionibus non fuerant comprehensi, atque ea Nauarcho demãda-



ta extiterunt sine populo Atheniēsi à magistratib. quibusdā, & alijs, qui nūc quidē priuati ciues sunt: quicq; quoq; pacto uoluerunt, populū p. amicitia, quē inter nos ad praesens uiget, bellū inire, multo potius id gestiētes mādari, quā quod Selymbrianis auxiliū ferrēt, idēq; iplis mercedis loco futurū suspicati sunt. Veruntamē id neq; ē mea, neq; ē re uestra esse uideēt, propterea quē nuper ad nos deducta fuere nauigia, ad uos mitto, ac in posterum ne uelitis attēdere ad eos praesides uestros, qui prauē Remp. ad ministrant, uerūm illis resistite, ego quoq; conabor pacē custodire. Valet. In hac epistola nusq; Demosthenis mentionē fecit, neq; aliquā habuit aduersus me accusationē. Cur igit in alios inuehit? eorū uerō quē à me gesta sunt, nihil cōmemorat? quoniā sua ipsius facinora & iniurias expressisset, si quid de me scribere tētasset. ea enim ego tetigissem, illisq; me opposuissem, ac in primis quidē legationē in Pelopōnesum mittēdā ad senatū retuli, cum primū ille in Pelopōnesum ingressus fuit, deinde in Eubœā. cum Eubœā attigit, postremū in Oreū auxiliarios milites, nō itē legationē mittēdos censui, ac in Eretriā, ut ille tyrānos in his urbib. cōstituit, postea omnes expeditiones maritimas emit tēdas decreui, p. quas Cherrhonesus seruata est, et Byzātiū, ac reliqui omnes socij. quibus ex reb. nobis pulcherrima, laudes scilicet, cōmedatiōes, honores, coronę, gratiē ab his qui beneficio fuerāt affecti, obuenerunt: eorū uerō qui opprimebant, qui uobis tūc fidē adhibuerūt, salui fuere: qui aut nō curarūt, ut eorū recordarent, quē sepe uos illis p. dixeratis memoria tenēda, ac qd uos existimarēt, non iplis solū amicos, sed et cōsultos homines, ac cōiectores esse, omnia eis euenire, quæ antē monueratis. huc adde, quod multā pecuniā dedit Philistides, ut Oreū haberet: multā Clitarchus, ut Eretriā: multā ipse Philippus, ut hęc ipsi aduersus uos cōstarent: ac ne de reliquis aliquo modo redarguerēt, & ne aliquis omnino perquireret ea quæ facit ad iniuriā uestrā, nemo est q. nesciat, ac minimē omniū tu ipse. qui em à Clitarcho & Philistide tunc legati huc appulere, apud te diuersati fuerunt, o Aeschines: ac tu eorū hospes publicus fuisti, q. s. ciuitas uelut hostes, ac iniqua, et quē nō essent ē Rep. petētes repulit, et auertit, tibi uerō erāt amici: nō igit aliquid eorū factū est, o maledice, qd de me iactas, ac dicis, quod sileo, cū pecuniā acceperō: uociferē autē, cum eam cōsumpsero: uerūm nō ita tu, sed exclamas, cū eam acceperis: nunq; autē cesses, nisi te isti coerceāt, de statu dignitatis hodierna die de iiciendo. ob hęc igit cū tūc uos me corona donaretis, et referret ad senatū Aristonicus, easdē syllabas, quas hic ipse Ctesiphon, nūc scripsit, coronaq; in theatro prædicaret, eiusq; rei iam secunda prædicatio facta esset: neq; adfuit reclamādo Aeschines, neq; eū q. sic ad senatū retulerat, accusauit. ac mihi recita, & illud decretū sumas. DIC. DECRETVM. Cheronida pfecto ptorio pside te xxv. Cal. Februarij, tribu Leōtide magistratū agēte, Aristonicus Phrearrhius dixit, posteaq; Demosthenes Peganicus, Demosth. F. multa magnaq; emolumēta cōtulit populo Atheniēsi, multosq; ex socijs et antea et in p̄sentia iuuit decretis, ac qualdā Eubœę ciuitates in libertatē asseruit, et in ea beneuolētia erga populū Atheniēsem p̄sistit, dicitq; ac facit qd cūq; boni possit & p. Atheniēsis, et reliquis Gręcis: referat ad senatū, ac populū Atheniēsem, ut laudet Demosthenes Peganicus, Demosthenis filius, et corona aurea donet: eaq; corona in theatro prædicet nouis tragicis Dionysij ludis: coronæq; p̄dicationis curā habeto tribus, cui p̄sidere cōtigerit, ac ludorū p̄fecti, dixit Aristonicus Phrearrhius. Est ne igit aliqs uestrū, q. nouerit aliquod dedecus ciuitati accidisse p. hoc decretū, uel ludibriū, aut irrisiōē, quē iste nūc aiebat euentura, si ego corona donarer? Atqui cū res ipse sint nouissime et p. uulgatę, si probē successerūt, gratiā merent: sin aliter, p̄cōnā. patet igit, me tunc gratiā fuisse consequutū, & non accusationē, neq; p̄cōnā. proinde usq; per ea tempora, quibus hęc gesta fuere per omne tempus cōfessa res fuit, me optimē esse de Rep. meritū, quod obtinuerim, quæ apud uos in cōsultatione fuerūt oratione & decretis: quod ea quæ fuerūt decreta, peregerim: ac quod ex his iplis ciuitati ac mihi & uobis omnibus cōmendationes obuenerint, quod sacrificia dñs immortalibus, & supplicationes, utpote hęc ipsa bona essent, uos decreueritis. Postea igitur q; ex Eubœa Philippus depulsus fuit armis quidē à uobis, recta aut reip. administratione et decretis (rumpanē licet quidā ob hęc ipsa) à me aliud aduersus ciuitatē oppugnationis genus querebat. cum enim cerneret, qd frumētō supra ceteros homines plurimo uteremur importato, uolēs in potestate sua frumenta



frumentariā huiusmodi inuectionē habere, in Thraciam concessit, Byzantiosq; eius socios primū petebat bellū unā cum eo aduersus uos suscipere. ut uerō id uolueret, neq; enim aiebant ob hęc societatem se iniuisse, cum uera alioquin dicerent, ad ciuitatem uallum admouit, & machinas applicauit, eos obsidendo. Hęc cum fierent, quid uos facere oportebat? non interrogabo. id enim omnibus est manifestum: uerū quis fuerit, qui opem tulerit Byzantijs, eosq; seruauerit: quis, qui fuerit impedimento, ne Hellepontus alieno cederet imperio per ea tempora? Vos, o uiri Athenienses. Cum uos dico, ciuitatem dico. quis, qui pro ciuitate diceret, & scriberet, & ageret, & qui plane se ipsum reb. ipsis sine aliqua intermissione traderet. Ego. ueruntamen, quantum ea omnes iuuerint, nō ex oratione uos scitari oportet, sed re ipsa id experti estis. Bellū enim quod tunc imminebat, præter id quod honestissimā existimationē uobis attulerit, in omnibus ijs quæ uitę sunt necessaria, maiori cum copia & ubertate uos traduxit, quā pax hodierna, quam isti contra patriam obseruant. uiri optimi, sub spe euentus earum rerum, quibus utinam fallantur: & quæ ne consequantur uos, qui optima cupitis, à dijs immortalibus rogate: ne ue uobis ea elargiantur, quę ipsi in eorum animis cōstituerunt. Recita ipsis Byzantium coronas, & Perinthiorum, quibus ob hęc ciuitatem honestarunt. **DECRETVM BYZANTIORVM.** Hieromnamone consule Bosphorici filio, Damagetus in consilio dixit, à senatu habita facultate loquendi: Quoniam populus Atheniēsis præteritis temporib. beneuolo animo usus fuit, in eoq; perseverat erga Byzantios, & socios, & finitimos Perinthios, ac multo magnoq; usui præsentis quoq; tempore fuit, dum Philippus Macedo in regionem expeditionem fecisset, inq; ciuitatem Byzantium & Perinthiorum, easq; euerteret, & regionem incenderet, arboresq; excideret, auxilium ferendo cētum & uiginti nauibus & comœtu ac sagittis, hominibusq; armatis, nos pariter ex magnis periculis eripuit, & patriam Reipublicę speciem restituit, & leges, & sepulchra, referatur ad populum Byzantium & Perinthium, ut Atheniensibus liceat in eorum Republica uersari, eorum terram incolere, & illorum filias in uxores ducere, propriūq; selsionis locum in ludis prorsus, qui ad senatum populūq; habentur, apud sacrorum ministros sortiri, & eis qui urbem inhabitare uoluerint, ab omni publicorum munerum grauedine exceptos esse, erigendasq; esse tres statuas sexdecim cubitorum in Bosphoricho, corona donandum fore populū Atheniensem à populo Byzantio & Perinthio, mittendos certē quoque esse Dorientes ad publicos Græcię conuentus, Isthmios scilicet & Nemeos, ac Olympios, & Pythios: ut que coronam prædicent, qua populus Atheniensis à uobis honestatur, ob idq; reuera comprobet uniuersa Græcia Atheniensium uirtutem, Byzantiumq; & Perinthiorum animi gratitudinem. Recita & eas quę datę fuerunt à Cherrhonestis coronas. **DECRETVM CERRHONESITARVM.** Ex Cherrhonestis, qui Sestū incolunt, Eleuntem, Madytum, Alopeconnesum, aurea corona honestant senatū populūq; Atheniensem, quę cōstet ex LXX. talētis, aramq; Gratię construunt, & populo Atheniensi, quod omnīū magna ex parte author bonorum fuerit, quę Cherrhonestitę cōsequuti fuere, quod eos à Philippo exemerit, eisq; res patrias restituerit, leges, libertatem, sacra, & futuris omnibus seculis quod nō sit de futuris, quibus in rebus poterit, beneficijs eum afficere, id beneuolo animo exequi. Hęc decreuere in publico conuentu. Ceterū non solum ut Cherrhonestum & Byzantium seruaretur, non solum ut impedimentum præstaretur, ne tunc Hellepontus in ditionem cederet Philippi, non solū ut ciuitas propter ista honorem consequeretur, mea prouidentia & Reipublicę administratio effecit: uerū & omnibus gentibus manifestam reddidit ciuitatis beneficentiam, & Philippi peruersitatem. is enim cum amicus & socius esset Byzantium, quod eos obsideret, ab omnibus uisus extitit. qua re quid esse posset magis inhonestum, uel nefarium? Vos enim, qui cum multum succensere illis meritō debuissetis ob has ipsas res, in quibus inimico aduersus uos animo fuerunt prioribus temporibus, non solum iniuriarum ueterem memoriā ad uos non reuocare, non solum eos qui uos iniuria affecerant, non abijcere: sed & ipsorum seruatores uisistis, ex quibus existimationē, beneuolētiam apud omnes estis consequuti. Atqui quod plerisque eorum, qui iam in Republica uersati fuere, corona honestaueritis, omnes sciunt:

TT 2 nes sciunt:



nes sciunt: per quem uerò alium ciuitas coronæ munere affecta fuerit, consiliarium dico & oratorem, nisi per me: nemo quidem id dicere posset. Ut igitur et probra, quæ aduersus Eubœenses & Byzantios effutit, si quid molesti ab eis contra uos actum fuit, commemorem, eas calumnias esse ostendam, præterquam quòd mendacia existunt. hoc enim constare apud uos, qui eorum conscij estis, arbitror. Verùm quia etiam si maximè uera essent, ita uelut ego rebus ipsis usus fui, ciuitati conferre, ut ad eum modum tractarentur, statuendum fuerat. Vnum uel duo ex negocijs ipsis, quæ temporibus uestris gesta fuere, quæq; ciuitati honorem attulerunt, recensere uolo: idq; breuibus. Etenim & homines priuatim ac publicè ciuitates ipsas ad exemplum rerum præclarissimè gestarum, reliqua sibi peragenda proponere decet. Vos igitur, uiri Athenienses, cum Lacedæmonij terra mariq; dominarentur, & quæ circum Atticam sunt loca, occupata detinerent, per curatores operum & excubias, Eubœam, Tanagram, Bœotiam uniuersam, Megara, Cleonas, reliquas insulas, cum eo tempore nec naues, nec mœnia ciuitas possideret, expeditionem fecistis in Haliartum: & rursus non multis post diebus in Corinthum, cum, qui tunc erant, Athenienses multarum iniuriarum potuissent reminisci aduersus Corinthios & Thebanos, ob ea quæ commiserant in bello Decelico: uerùm id minimè fecerunt, ac ne cogitarunt quidem. At tunc horum utrumque, ò Aeschines, neque pro beneficijs quibus eos affecissent, effecere, neque quòd res à periculo alienas esse uiderent: sed non propterea ad eos confugientes repulerunt, uerum existimationis honorisq; causa maluerunt periculis se obijcere, rectè alioquin & honestè id appetendo. Finis enim uitæ omnibus hominibus mors est, etiam si quis se cubiculo inclusum asseruet. Viros autem probos decet ea omnia aggredi, quæ perpetuam gloriam sibi sint paritura: bene uerò in quaque re sibi sperandum fore proponere: animo que constanti, quodcunque dederit Deus, perferre. Hæc fecere nostri maiores, hæc nostri parentes, qui Lacedæmonios, cum amici non essent, neque de uobis benemeriti, uerùm multis magnis que rebus ciuitatem uestram iniuriolè tractassent, posteaquam Thebani rerum potiti in Leuctris ut perderent aggressi, eos prohibuistis, non ueriti Thebanorum potentiam & amplitudinem, quæ tunc eis inerat, neque quòd pro his hominibus pericula essetis subituri, qui ita nos tractauerant, ad animum reuocando. Atqui per hoc toti Græciæ ostendistis, quòd quamlibet quis in uos peccauerit, huic cæteris in rebus irascamini: si uerò salutis uel libertatis eis periculum creetur, neque sitis iniuriarum ueterem memoriã renouaturi, neque earum rerum rationem habituri. Atque non in his solum uos ita habuistis, uerùm rursus cum Thebani Eubœam sibi asciscerent, non neglexistis: neque ea quæ à Themisone & Theodoro sub Oropo passi eratis, estis recordati: sed & his opem tulistis per nauarchos, quos tunc primùm ciuitas uidit se sponte offerentes, è quibus ipse unus extitit. uerùm de his nondum dicendū. Attamen & rem egregiam fecistis, cum insulam seruauissetis: hoc tum factò magis illud est commendandum, quòd cum domini facti essetis & hominum & ciuitatum, eas res ipsis id alioquin iuste agendo, restitueritis, qui in uos peccauerant: nihil eorum in quibus iniuria affecti fueratis, ubi fidem uestram fuerant secuti, ad animum reducendo. Infinita igitur alia quædam cum possem commemorare, prætermitto, nauales pugnas, expeditiones, pedestres copias, & iam olim præsentiq; tempore à uobis comparatas, quæ omnia ciuitas libertatis salutisq; causa cæterorū Græcorū effecit. Deinde ego cum uidissem in tantis ac talibus rebus gestis ciuitatem pro his quæ alijs conferrent, ultrò decertasse, pro se ipsa, cum in consultationem quodammodo ueniret: quid debui ego discernere, uel ipsi, ut ageret, consulere: iniuriarum ueterem memoriã excitare, per Iouem, aduersus eos qui seruari deprecabantur: eas que occasiones captare, propter quas cuncta, quæ essent è Republica, abijceremus? Et quis me non iuste interemisset, si quid eorum quæ ciuitatem honestabant, uel uerbo solum turbare tentassem? cum rem ipsam uos minimè facturos ego certò scirem. Si enim uoluissetis, quid erat impedimento? an non licebat? nonne hi aderant qui ea suaderent? Volo igitur ad ea reuerti, quæ deinceps in Republica gessi, rursusq; ex his considerate, quid erat summè è Republica. Cum enim aspicerè, uiri Athenienses, nauticam rem uestram dissolutam, & diuites immunes etiã à modicis



modicis quibusque sumptibus factos: eos uerò ciues, qui mediocrium, uel minimarum fortunarum essent, bona sua insumere, insuper quidem ciuitatem ipsam propterea occasionibus destitui: legem tuli, qua diuites, quod iustum erat, facere coegi, pauperes uerò ab iniurijs exemi: quodq; ciuitati utilissimum esset, ut belli apparatus opportunè fierent, perfecì. Ac cum delatus essem, quòd leges illicitas rogassem, prodij in conspectum uestrum, & absolutus fui, quintamque suffragiorum partem accusator non reportauit. Atqui quot pecunias classium præfectos, uel illos qui secundo aut tertio loco sunt, putatis mihi dare uoluisse, ut uel maximè ego hanc legem non ferrem: quod si id nollem, ut sinerem eam in dilationem abire: tot, uiri Athenienses, pecunias, quot me pudet uobis referre. atq; ista meritò agebant illi. licebat enim ipsis ex prioribus legibus unà sexdecim contribuere, cum ipsi parum, uel nihil impenderent, egentes autem ciues conficerent: ex mea quidem lege factum est, ut pro modo fortunarum quisq; conferret, & ut duarum nauium esset, qui prius unius fuerat nauarchus, cum antea sexdecimus tributarius foret. Neq; eos nauarchos appellauì, sed tributarios. quare ut hæc tollerentur, et ne iusta facere cogerentur, nihil est, quod non dedissent. Et mihi recita in primis decretum, cuius gratia in accusationem incidi: deinde recensiones, illam quæ ex priori lege, eamque quæ per meam. Recita. **DECRETVM.** Consule Polycle xvi. Calend. Septembris, tribu Hippothoontide in Prytaneo presidente, Demosthenes Pæanieus, Demosthenis filius, in rem nauticam legem tulit aduersus legem priorem, pro eo quòd tributa essent nauarchorum, ac suffragijs in sententiam iuit senatus, atque in iudicium illicitæ rogationis uocauit Demosthenem Patrocles Phlyeus: & cū dimidiam suffragiorum non reportasset, quingentas exoluit drachmas. Affer iam & pulchram illam recensioem. **RECENSIO.** Nauarchos in triremē uocandos sexdecim numero ex classium tributis à **XXV** annis usque ad **XL**, ita ut ex æquo contribuant. Affer iam ultra hanc & illam, quæ ex mea lege, recensioem. **RECENSIO.** Nauarchos in quamq; triremem deligendos fore pro modo fortunarum iuxta censum ex **X** talentis. quòd si patrimonium maiori pecuniarum censu fuerit aestimatum, ex proportione usq; ad trium nauigiorum summam, pariter & armamentarij in eam rem munus esto. eandem rationem subeant & hi quibus opes fuerint infra **X** talenta, ita ut conueniant ad contribuendum in ipsa **X** talenta. Igitur parum opis agentibus tulisse uobis uideor: aut pauca impendere uoluisse diuites uidentur, ne ego suaderem, ut pro rata parte contribuerent. Non igitur solum, quòd in his non fuerim prauaricatus, mihi gloriari licet, quòd que cum fuerim accusatus, euaserim: sed quòd & legem tulerim e Republica, & re ipsa de me experimentum præbuerim. Per omne enim bellum gestum à classium præfectis ex mea lege non supplex deprecatus fuit unquam aliquis nauarchus, quòd à uobis non iurè tractaretur: non in Munychia portu quis moram traxit, non aliquis à classium præfectis uinctus fuit, non triremis extra ordinem deprehensa ciuitati deperijt, neq; ibidem interclusa fuit, ueluti ultra nauigare non posset. proinde ex prioribus legibus hæc omnia euenere. Causa uerò erat, quoniam pauperes munera obire non poterant: multa enim grauià contigerunt. Ego quidem ab inopibus ad opulentos triremium transtuli præfecturam. Igitur nimirum, si omnia pro dignitate successere. Cæterum & ob id ipsum commendatione dignus existo, quòd omnia eiusmodi in administranda Republica proposuerim, à quibus existimatio pariter & laus, ac potentia ciuitati accreuerit. ingrata enim & acerba, ac malitiosa haud fuit administratio mea, neq; contemnenda, neq; ciuitate ipsa indigna. Hos igitur mores præ me tulisse, & in Reipublicæ negotijs pertractandis, et rebus Græcis uidebor. neq; in ciuitate magis diuitū gratia, quam multorū ius apud me potuit: neq; in rerū Græcarū curatione Philippi munera & amicitia cōmuni totius Græciæ utilitati prætuli. Arbitror igitur reliquū esse mihi de prædicatione dicere, et rationibus referendis. illud enim quòd & optima egerim, & semper beneuolus fuerim ac paratus uobis beneficia conferre, satis ex iam dictis à me palam factum existimo. quanquam maximam partem actionum curationumq; à me ipso factorum prætermiserim: illud primū mihi persuasus, quòd sequenti loco de ipsa illicita rogatione me disserere oporteat. deinde etiam si nihil dixerò de reliquis à me in Republica gestis, quisq; tamen uestrum eodem modo



dem modo mihi conscius existat. Verba igitur quæ iste sursum deorsumque uersando dixit, de illicita legum rogatione, neque per Deos reor uos intelligere, neque ipse magna ex parte percipere potui, simpliciter quidem aperta uia iura edisserem. tantum enim abest, ut dicam me rationibus reddendis non esse obnoxium, quod nunc iste sæpenu-mero criminatus fuit, & definiuit, ut per uniuersum uite tempus me astrictum esse pro- fitear eorum rationem referre, quæ tractaui, uel apud uos publicè administraui: illo- rum tamē, quæ ex proprijs fortunis sponte obtuli, populoque donauit, nullo tempore me obligatum esse assero. Audis'ne Aeschines? neque quenquam alium, neque si aliquis ex- I X uiris fuisset. Quæ enim lex est tantæ iniquitatis immanitatisque plena, ut eum qui ex re propria donauerit, humanitatemque suam & animi promptitudinem ostenderit, gra- tia priuare uelit: in calumniatorum uerò manus eum conijcere, eisque facere potesta- tem hunc in iudicio sistendi, pro rationibus reddendis eorum quæ ipse donasset, nulla- certè lex est. Quod si quam esse is asserat, eam ostēdat, & ego acquiescam, & silebo. At non reperitur, uiri Athenienses. uerum iste dum calumniabatur, quod ego cum essem in arario, pecunias fuerim elargitus, laudauit ipsum, inquit, Senatus: cum rationes re- ferre teneretur, non ob aliquod eorum, quorum eram obnoxius, sed eorum causa quæ tradidit calumniator. At curator muris reficiendis fuisti, inquit. atque ob hoc ipsum me- ritò laudatus fui, quod cum sumptus fecerim, eos donauerim, neque in expensum retu- lerim. ratio enim calculis indiget: & ijs qui eos ineant & subducant, largitio digna est ut gratiam & laudem consequatur: propterea ista de me scripsit. Quod uerò hæc ita se habeant, ac quod non legibus tantum, sed & moribus nostris sic extet definitum, ego facile multis modis ostendam. Primùm Nausicles cum dux belli fuisset, ob ea quæ de re sua insumpsit, sæpe à uobis fuit corona donatus. Deinde quod scuta Diotimus dedisset, itemque Charidemus, corona honestati fuere. Postea hic Neo- ptolemus, cum multorum operum præfectus fuisset, eorum causa quæ de suo im- pendit, fuit decoratus. Miserabile enim id esset, si ei qui magistratum agit, uel sua ipsius ciuitati donare, propter hunc ipsum magistratum non liceret: uel si dona- torum cum gratias reportare deberet, rationis referendæ iudicium sustinere tene- retur. Quod igitur ea quæ dico, uera sint, recita mihi decreta, quæ in istius honorem promulgata fuere, ipsa in manibus sumendo. RECITA. DECRETVM. Consule Demonico Phlyeo, V I I Calendas Septembris, ex sententiâ Senatus & populi, Cal- lias Phrearrhius dixit, quod Senauit populo que uidetur, Nausiclem, etiam dum in armis esset, corona fore honestandum: quod cum duo milia Atheniensium armato- rum essent in Imbro, & opem ferrent his qui Atheniensium insulam incolebant, & Phialon, qui in eam curationem suffragijs creatus erat, ut tempestatum à nauigatione repulsus esset, & à militum conductione, ex proprio patrimonio pecunias eroga- uit, easque à populo non exegit, coronam que ludis Dionysij tragicis postremò cele- brandis fore prædicandâ. DECRETVM. Dixit Callias Phrearrhius, Prytanis di- centibus ex Senatus sententiâ, quoniam Charidemus peditum præfectus emanda- tus in Salamina, & Diotimus præfectus equitum in pugna, quæ ad flumen commis- sa fuit, cum nonnulli milites dispoliati fuissent, proprijs sumptibus tyrones milites scutis octingentis armare, relatum esto ad Senatum & populum, corona aurea do- nandos fore Charidemum & Diotimum, idque prædicari debere magnis Panathenais in gymnico certamine, & ludis Dionysij tragicis postremò celebrandis. prædicatio- nis uerò cura esto legislatorum, Prytanis magistratum & ludis præfectorum. Horum unusquisque ô Aeschines eo magistratu, cui præsidebat, erat ne obnoxius eorum red- dendæ rationis, ob quæ corona donatus extitit: non erat obnoxius igitur. neque ego, idem enim ius est mihi certè, ac reliquis eisdem de rebus commune. Donauit, & lauda- tus fui ob hæc ipsa, non ob ea quorum me obnoxium dedidi, magistratum gessi, atque me reum reddendæ rationis eorum me constitui: non illorum per louem, quæ donauit. At non iurè magistratum egi: Deinde tu præsens cum rationū aestimatoris me ad cal- culos reuocarunt, cur non accusabas? Ut igitur noscatis, quod hic ipse mihi attestatur, me corona fuisse donatū ob ea, quorum rationē referre minimè me oportebat, fume de- cretum totum pro me scriptum: ex his enim in quibus non reprehendit Senatus cōsul- tum,



tam, quæ infectatus est, id per calumniã fecisse apparebit. **RECITA. DECRETVM.**  
 Cõsule Euthycle X. Calẽdas Nouẽbris, tribu Aeneide prætorio præsidente, Ctesiphõ  
 Anaphlystius Leosthenis filius dixit, quoniã Demosthenes Pæanieus, Demosthenis  
 filius, curator muris reficiendis creatus in id operis, cum insuper ex re propria tria talen-  
 ta impenderit, ea populo donauit, & ærarij præfectus tradidit omnium tribuũ ærarijs  
 centum minas pro supplicationibus peragendis: referatur ad Senatum populumq; A-  
 theniensem, ut Demosthenes Pæanieus, Demosthenis filius, laudetur uirtutis ergo &  
 beneficentiã, in qua animatus perseuerat per omne tempus erga populum Athenien-  
 sem: coronaq; aurea honestetur, eaq; corona prædicetur in theatro nouis Dionysij lu-  
 dis, quodq; ea prædicationis cura ad ludorum magistrum spectet. igitur quæ donauit,  
 hæc sunt: quorum nihil tu redarguisti. quæ uerò ait senatus oportere pro his rependi  
 mihi, ea sunt quæ infectaris. Accipe ergo ea quæ donantur, cum confitearis e lege esse,  
 pro his gratiam reddere, præter legem esse accusas? Perditus homo & impius, ac reue-  
 ra illiberalis cuiusmodi per deos esset, non ne istiusmodi: uerum enim de prædicatio-  
 ne in theatro habenda, quòd decies millies innumerabiles fuerint celebrati, prætereo,  
 quodq; sæpenumero idẽmet superiori ætate fuerit corona donatus. sed, per Deos, ita  
 rudis es & hebes, ô Aeschines, ut cogitatione assẽqui non possis, quòd celebritatem ex  
 æquo consequitur corona: sicut is qui corona donatur, quocunq; in loco prædicetur,  
 quodq; emolumentum gratia eorum qui coronam conferunt, in theatro prædicatio fiat:  
 omnes enim qui id audierint, ad benefaciendũ ciuitati cõcitant: eosq; qui gratias retu-  
 lerint, eo qui corona donatur, magis extollunt: ea propter eiusmodi legẽ ciuitas tulit. re-  
 cita ipsam mihi, eã sumendo. **L E X.** Quoscunq; extrarię nationes corona donauerint,  
 earũ coronarũ celebrationes in ipso singulo quoq; populo, qui eius coronæ fuerit au-  
 tor, fieri licere, nisi quos populus Atheniensis, uel senatus corona honestauerit. hos e-  
 nim in theatro ludis Dionysij celebrari debere. Audis ô Aeschines legẽ apertẽ cantan-  
 tẽ, nisi quos populus, uel senatus corona decorauerit: hos enim celebrato. cur igitur ô  
 miser calumniaris? cur uerba confingis? cur te ipsum ueratro ob ista nõ perpurgas? At  
 nõ pudet accusationem inuidiã intendere non alicuius criminis, & leges quidem istas  
 conuertere: illarũ uerò partes supprimere, quas totas æquum erat ut perlegeres: & hi  
 qui in leges iurati sunt, iuxta eas ut decernerent. deinde cũ ista effeceris, ea recitas, quæ  
 uiro inesse populari conuenit, ueluti uirũ scriptione formaueris: deinde domũ eum re-  
 ducas, qui illa non habeat, quæ ex scriptione oportebat: uel quasi illos accipias popula-  
 res: qui uerbis, nõ factis, & actionibus publicis tales esse agnoscant. Atq; uociferas, fan-  
 da & nefanda commemorans ueluti sesquipedalia uerba, quæ tibi tuoq; generi insunt,  
 non mihi. Atqui & illud, uiri Athenienses, ego conuicium ab accusatione illo differre  
 reor: quòd accusatio peccata cõtineat, quorum legibus pœnæ sunt definitæ: conuiciũ  
 autem, maledicta, quæ inimicos inter se pro eorum natura dicere contingit. construxis-  
 se quidem maiores forum istud iudiciale suspicor, nõ ut uos ad hæc à priuatis negotijs  
 uestris auocemus, ut perditẽ nefanda inter nos iactemus: sed ut euincamus, si quis ciui-  
 tati iniuriam fortẽ intulerit. hæc cum non minus quàm ego nosceret Aeschines, me ma-  
 ledictis sibi lacesendum potius, quàm accusandum proposuit: non tamen cum in hac  
 ipsa, deteriore statu existat, equum est ut abire permittatur. iam igitur ad ista accedã,  
 si illud ab eo rogauero, utrum te quis ô Aeschines ciuitatis, an meum inimicum esse di-  
 cat? meum utiq; inquiet. deinde, cuius rei poteras à me pœnã ex legibus pro his sume-  
 re? si quid peccassẽ, defecisti, cum rationes referrẽ, cum populariter accusarer, cum a-  
 lia in iudicia uocarer. in qua autẽ re innocens euasi modis omnibus, legibus, tempore,  
 præiudicio, rebus iudicatis, de omnibus sepe eisdemmet rebus priori tempore habitis,  
 nulla deprehensione alicuius iniuriæ à me uobis illatæ. ciuitatem uerò cum ampliori  
 mediocri ue oporteret pro his, quæ in Republica gesseram, me honore afficere, tunc  
 demum te opposuisti. uide ne horũ hostis sis, aduersum autem me effingas. quoniam  
 igitur pia iustaq; sententia omnibus ostensa est, me oportet, ut par est, quamuis natura  
 maledicus non sim, propter obtreccationes ab isto iactatas, pro his multis quidem  
 & falsis, eademmet probra uel summẽ necessaria, ut de ipso dicantur, referre, palam-  
 que facere quis ipse sit, & à quibus. ita enim facile à maledicentiã sumpsit exordium,  
 & talibus

& talibus



& talibus uerbis ipse obrectando orationem habuit, pro quibus uocem mittere, quis uir modestus non erubesceret: siquidem Aecus, uel Rhadamanthus, aut Minos accusatorem egisset, non garrulus rabula fori, perditus scriba, istiusmodi puto non dixisset, neque ita molesta uerba excogitasset: cum uelut esset in tragœdia, exclamauerit, O terra, solusque, & uirtus, & eiusmodi alia: ac rursus conscientiam & eruditionem inuocauerit, qua honesta à turpibus discernuntur. Hæc profecto audiistis ipsum dicentem. Tibi uero cum uirtute, o scelus, uel tuis, quod est commercium: honestorum uel eorum quæ eiusmodi non sunt, quæ tibi cognitio: unde eam accepisti: uel quomodo ea dignus existimatus es? quo loci tibi fas ducis eruditionis mentionem habere: quam qui reuera sunt consequuti, eorum nemo de se ipso quicquam eiusmodi diceret: uerum si quis alius ea de ipsis iactaret, erubesceret. His certe qui ab ea longè absunt, ut tu es, eam tamen sibi arrogant, quod mente sint imbecilli. illud superest, ut auditores ipsis dicentibus maleuolos reddant, non autem utrales esse uideantur, cum dubius non sim quæ de te & tuis dici oporteat: illud tamen dubito, cuius primum mentionem sim facturus: utrum ne quod pater tuus Tromes in seruitute fuerit Elpiae, qui prope templum Thesei elementa docebat, cõpedibus crassioribus, & ligneis deuinctus: uel quod mater tua diurnis nuptiis in diuersorio, quod est prope Calamitè Heroem, cum te uteretur, pulcherrimum simulacrũ & summũ tertiarum partium actorẽ te educauerit: an quod tibi cen triremi um Phormio Dionis Phrearrhij seruus eã ab hoc honesto artificio abduxerit? At per Iouem & Deos uereor, ne si ea quæ de te iure dici possunt, commemorauero, ipse me ipso indigna uidear uerba facere. ista igitur omittam: ab his uero quæ in uita sua admisit, exordiar. Nec enim ut quiuis alius fuit, sed unus ex ijs, quos populus execratur. sero enim tandem, sero ista dico. biduo itaque Atheniẽsis pariter & orator euasit: & cum duras syllabas addidisset, patrem quidem ex Tromete Atrometum effecit, matrem uero & graui admodum nomine Glaucotheã nominauit, quam Empusam omnes noscunt fuisse uocitatam. ex eo enim quod omnia faceret & pateretur, uidelicet id cognomen ti fiterat consequuta. quæ enim aliud de? Veruntamen ita ingratus es, et natura prauus, ut liber ex seruo, ac diues ex paupere per hos factus, non ut eis gratiã habeas, sed te ipsum cum diuendideris, aduersus istos Rempublicam administras. Atque de his quæ in dubium uenire possunt, quod scilicet pro ciuitate dixerit, mentionem non faciam: quæ uero pro hostibus, palam fecisse deprehensus es, ista commemorabo. quis enim uestrum non nouit exilio multatum Antiphontem? qui cum spondisset Philippo, naualia uestra se incensurum, in urbem uenit. quem cum ego comprehendissem in Piræo latitantem, et in concionem traxissem, isque uersutus uociferaret, et exclamaret, quod ego grauiã committerem in Republica, calamitosos ciues iniuriã afficiẽdo, ac per priuatorum domos liberẽ eũdo, ut sine aliquo decreto dimittereẽ, effecit: & nisi Areopagi consiliũ rẽ præsensisset, perque uestram ignorationem, ubi hoc minimè decebat, id accidisse animaduerteteret, hominemque cõquisiuisset, apprehensumque ad uos adduxisset, ereptus iste fuisset: & si pœnam pendere distulisset, ab isto lepido oratore emissus esset. Nunc uero uos, cum ipsum tormentis affeceritis, necauistis, sicut hunc tractare oportebat. unde hæc cum uidisset Areopagi consiliũ, quæ ab isto tunc gesta fuerant, cum uos ipsum suffragijs creauissetis patronum Delphici templi, eadem ignoratione ducti, qua multa publica perdidistis, ut & consiliũ ipsum de ea re præiudiciũ faceret, permisistis, & illius rei potestatem ipsi dedistis: hunc quidem ut proditorẽ statim remouit, Hyperidique, ut diceret, mandauit, atque ista uel ab ara, cum suffragium ferret consiliũ, effecit, sceleratusque iste ne suffragium quidẽ reportauit. quodque ista, quæ dixi, uera sint, uoca ad me istarũ rerum testes. TESTES. Testimonio sunt Demostheni pro omnibus hi: Calias Synieus, Zenon Phlieus, Cleon Phalereus, Demonicus Marathonius, quod cum populi suffragijs aliquãdo creatus esset Aeschines patronus causæ Delphici templi ad Amphictyones, nos autem cum præsideremus, iudicauimus Hyperidẽ magis dignũ ut pro ciuitate diceret, et emandatus fuit Hyperides. igitur quãdo is causam acturus erat, ex quo remouit consiliũ ipsum, & alteri id demandauit, tunc & proditorẽ esse & maleuolum nobis ostendit. Hoc ergo unum, quod is strenuus pro Republica gessit, si mile nequaquam est his quorũ me criminatur, alterum uero recordamini, quando Pytho-  
nem



thonem Byzantium Philippus misit. & cum eo ab omnibus eius socijs legatos, ut ciuitatem dedecore afficeret, & ostenderet eam iniuriosam esse, tunc ego Pythoni petulantia, & ualde effuse contra uos loquenti, neq; locum dedi, neq; cessi: sed exurgens repugnaui, iuraq; ciuitatis non prodidi: uerum Philippum iniuriosum esse, euici ita manifestò, ut ipsi eius socij exurgentes id ipsum confiterentur. is uerò patrocinium præstabat, & aduersus patriam testimonium ferebat: atq; id quidem falsum: & ea satis non fuerunt: uerum postea rursus Anaxinū speculatorem conuenisse in Thraſonis domū, deprehensus fuit. at qui quicumq; speculatori ab hostibus misso soli solus cōgressus, & colloquutus esse uisus fuerit, hic ipse natura speculator, & patrię hostis existere cēsendus est. & quòd ea quæ dico uera sint, ad me uoca harum rerum testes. **TESTES.** Celedemus Cleonis, Hyperides Calleschri, Nicomachus Diophāti filius, testimoniū dicunt Demostheni, & ducibus deferētib; iurarunt se scire, Aeschinem Cothocider, Atrometi filium, noctu Thraſonis domum se contulisse, & colloquutū fuisse cum Anaxino, qui iudicatus fuerat, missus fuisse speculator à Philippo. ipsa uerò testimonia lata fuere consule Nicia, III. Nonas Iunij. Cum igitur quamplurima de ipso dicere possem, prætermitto. atque profectò ita cum res se habeat, multa ego in præsentia præter hæc ostendere possem, quæ iste per ea tempora dum hostibus deseruaret, me autem uexaret, inuenit. at nō manent ista exactè in memoria nostra, neq; in ea indignatione, ut par esset: sed moribus quibusdam alioquin malis multum licentię concessistis, ut cui libet liceat dicentem ad utilitatem uestram suppressere & calumniari, quadam uoluptate contumelias audiendi, & gratia commoda Reipublicę commutando. Propterea facilius tutiusq; semper est, eum qui hostibus deseruiat, quæstum facere, quam aliquem qui pro uobis aciem sibi sequendam proposuerit, Rempublicam posse administrare. Ac quòd antequam bellum moueretur, aliquis Philippo fuerit adiutor & satelles, graue est, ò terra & dij, præsertim, at quo pacto graue non est, cum illud cōtra patriā fiat: date si uultis, date hoc illi. uerum posteaquam nauigia absq; dubio comprehensa fuere, Cherrhonesus direpta extitit, in Atticam homo profectus fuit, quamuis nō amplius res essent in obscuro, uerum bellum instaret, quid nam unquam pro uobis effecerit is liuidus obtrectator, non hanc necesse est ut ostendat, neq; extat aliquod maximū minimum ue decretum pro Aeschine ad commoda ciuitatis latum. quòd si extare dicat, ostendat in mea clepsydra. at nullum est. At qui necesse est alterum esse ex duobus: uel quòd cū ipse nihil haberet, quòd posset à me gesta reprehēdere, propterea præter hæc aliud non detulerit: uel quòd cum pro hostium utilitate sollicitus esset, in mediū adducere ea noluerit, quæ istis essent meliora. Num igitur nihil dicebat, sicut nil ad Senatū refererebat, quando aliquo damno uos affici opus erat: minimè uerò alteri locus dicendi dabatur. At reliqua quidem iucundè ferre poterat ciuitas, quæ iste clam admisit: unū uerò istiusmodi, ò uiri Athenienses, struxit, quòd prioribus omnib; finem imposuit. de q; plura uerba consumpsit, cum Amphiseorum Locrēsium scita exponeret, utpote cum ueritatem peruerterit. res uerò nō ita se habet. quid ita: immò uerò multū abest. nunq; enim abstergebis, quæ ibi abs te ipso facta sunt, non ita multa dices. Inuoco quidem in conspectu uestro uiri Athenienses deos deasq; omnes, quicumq; Atticæ regioni præſident: Apollinemq; Pythium, quod numen est urbi patrium: atq; hos omnes deprecor, siquidem uera uobis dixerò, tuncq; statim in populo dixerim, cum primū hūc sceleratū uidi rem hāc attingere (nouī equidē, euestigio nouī) ut secundā mihi fortunam præſtent & salutem: sin autem ad simultatē aspiciēs, & priuatæ contentionis gratia accusationem huic falsam intendo, totius me reddāt felicitatis expertem. Cur igitur ista amplificauī, ac ita uehementer exaggerauī, quòd cum habeā scripturas ex publico seruatatas, ex quib; ista palām facere possim, uosq; uideam patrata recordari, illud sum ueritus, ne facinoribus ab ipso admissis inferiorem hunc suspicemini: quod antea contigerat, cum, miseri Phocēses, effecit: ut perderentur, dum falsa huc reuersus renūciauit, in Amphise bellum, per quod uenit Philippus in Elatiam, & per quod in Amphictyonom Imperatorem assumptus fuit. qui cunctas res Græciæ subuertit, is est: qui unā illud instruxit. omniumq; fuit uir unus maximorum author malorum. & cum ego continuo attestarer, & in concione exclamarem, bellum in Atticam inducis ò Aeschines,

VV bellum



bellum Amphictyonicum quidē. qui corrogati sedebant, me dicere non permiserunt. alij detestabantur: & quod falsam accusationem ob priuatum odium aduersus eum intenderem, suspicabantur. Quę fuerit uiri Athenienses harum natura rerū, & cuius gratia ista fuerint antē parata, & quomodo fuerint effecta, nunc audietis, quoniā tunc prohibiti estis, atq; rem quidem aptē compositam uidebitis. & multum id uobis conferet ad rerum public. cognitionē. ac quāta fuerit in Philippo malitia, aspicietis. Nō poterat belli, quod aduersus nos gerebatur, finis haberi, neq; liberari Philippus, nisi Thebanos & Thessalos inimicos faceret ciuitati, sed quamuis miserē & perditē imperatores uestri cum eo pugnarent, tum ab eo ipso bello, & latronibus infinita mala patiebatur. nihil enim eorum quę ibi nascebantur, euehi poterat ex regione: neque aliquid horū in uehi, quibus ei opus esset. neq; mari tunc uobis potior erat, neq; in Atticā transmittere poterat, nisi Thessali eum comitarentur, & Thebani per ipsam regionem cursarent. cōtigit autē, ut quamuis bello ipso apprehenderet, quocumq; duces uos quoquo tempore emiseratis: omitto enim hoc ultra explicare, prę tamē ipsa loci natura, & eorum qui utramq; partem sectabātur, affligebatur. siquidem igitur priuata gratia similitatis uel Thessalos uel Thebanos hortatus esset, ut aduersus uos proficiscerentur, nihil putauit eos sibi mentē adhibituos fore. Quod si captata rerum ad illos communiter pertinentium occasione dux eligeretur, facilius futurū sperauit, ut hęc refutaret, illa uerō suaderet. Quid igitur aggreditur? uidebitis quā commodē, ut bellū moueat Amphictyonicis, ac circum Pylæā tumultum excitet. in has ipsas res suspicabatur continuō eius opera ipsi opus fore. Si igitur eum uel aliquis ex Pylagoris, qui ab ipso mittebantur, aut quis ex eius socijs proposuisset, rem suspectā esse putabat, & apud Thebanos, & apud Thessalos, & omnes id animaduersuros esse: sin autē Atheniensis fuerit, & a uobis aduersarijs missus, qui id agat, facili mē id posse latere, quod & successit. Quo igitur pacto ista egit? hunc mercatur, cum nemo eam rem antē, ut puto, uidisset, neq; notasset, sicut eiusmodi apud uos fieri consueuere, propositus iste cum esset Pylagoras, tribus quatuorue ipsi suffragantibus electus extitit. Ut uerō sumpta ciuitatis autoritate ad Amphictyonas peruenit, ceteris rebus omisis, atq; contemptis, ea pro quibus fuerat mercede conductus, absoluit. Et cum uerba lepida & fabulas, quare Cirrhæa regio fuisset consecrata, struxisset, & enarrasset, homines loquendi imperitos, & qui quod esset euenturum non prospicerent, Pylagoras ut decernerent, inducit qui regionem euaderent, quam Amphisei, cum sua ipsorum esset, se excolere dicebant. is uerō consecratam regionem esse criminabatur, cum nullam controuersiam Locri nobis intenderent: neque ea quę iste nunc dicendo causabatur, uera essent. Inde enim percipietis, cum non liceret Locris, nisi certē euocarentur, iudicium aliquod aduersus ciuitatem mouere. Quis ergo uos euocauit? sub quo magistratu? dic qui illud rescouerit: ostende: uerū non habeas necesse est. At hoc falso commento abusus fuit, & mendacio. Cum igitur ex suasiōne istius circuirent regionem Amphictyones, Locri dum accurrissent, parum absuit, quin omnes iaculis conficerent, ac quosdam ex Pylagoris corripuerunt. Ut uerō uel semel ob hęc criminatio, ac bellicus tumultus aduersus Amphiseos cœpit concitari, primū Cottyphus ipsorum Amphictyonomum exercitum duxit. Ut autem alij non uenere, & qui uenerunt, nihil effecere: sequenti in Pylas conuentu, ad Philippum euestigio imperium retulerunt, qui fuerant subornati, qui que iam diu mali habebantur, Thessali ceteri que ex reliquis ciuitatibus: idq; pro causa legitima sumpserunt, quod uel eos aiebant contribuere oportere, & externos milites alere, ac eos qui ista non agerent, mulctare, aut eum in imperatorem deligere. Quid pluribus uerbis est opus? electus fuit ex his imperator. & cum postea copias collegisset, & profectus uelut in Cirrhæam, multa paritura minatus & Cirrhæis & Locris, Elatiam apprehēdit: & nisi statim Thebani resipuissent, & nobiscum se copulassent, ueluti torrens hoc uniuersum malum in ciuitatem confluxisset. At ipsum derrepente illi repressere. Id certē potissimū, uiri Athenienses, ob alicuius ex dijs erga nos beneuolentiam: deinde, nihilominus et quoad per unū uirum effici potuit, etiā propter me. Da uerō mihi decreta ista, ac tēpora, quibus singula quęq; peracta fuere, ut cernatis quantā rerum molē hoc execrandum caput cum permiscuerit, pœnam tamen non luerit, Recita mihi decreta.

D E C R E



DECRETVM AMPHICTYONVM. Pontifice Clenagora in uerno conuentu in Pylas, uisum est Pylagoris & Amphictyonibus assessoribus, quoniã Amphisei uadunt ad regionem consecratam, & eam serunt, ac pecudibus depascunt, ut Pylagoræ eò se conferant Amphictyones & assessores, ac terminos ex columnis deiciant, Amphiseisq; interdiciant, ne in posterum eò se conferant. ALTERVM DECRETVM. Pontifice Clenagora in uerno conuentu in Pylas, uisum est Pylagoris et Amphictyonibus assessoribus, ac ipsi Amphictyonum publico conuentui, quoniam Amphisei regionem consecratam inter se diuisere, eamq; colunt, & pecudibus depascunt, & cum id agere prohiberentur, armis occurrentes, publicum Græciæ conuentum per uim impediuerunt, quosdam uerò uulneribus confecerunt, ducemq; præsertim Amphictyonum Cottiphum Arcadem appellatum, legatos mittendos fore ad Philippum Macedonem, qui petant, ut opem ferat, & Apollini & Amphictyonibus, & ne patiat ab impijs Amphiseis Deum iniuriose tractari, atq; ob id ipsum in imperatorem summæ potestatis Græci sibi deligunt, qui confessus Amphictyonum sunt participes. Recita iam & tempora, quibus ista facta fuere. extat enim, per quæ tempora iste Pylagoræ munus obierit. Recita. TEMPORA. Dum præsideret Mnesithides XVI Calendas Decembris. Da mihi epistolam, quam ut Thebani non paruere, ad socios, qui erant in Peloponneso, misit Philippus: ut & ex hac aperte perspicere possitis, quod ueram rerum tractationem, dum ista in Græciam & Thebanos ac uos moliretur, celauit, communia autem Amphictyonum dogmata se exequi sinxerit. qui uerò hæc adminicula & occasiones ipsi præstiterit, is fuit. Recita. EPISTOLA PHILIPPI. Rex Macedonum Philippus, Peloponnesium, qui in societate sunt, Tribunis, & assessoribus, ac reliquis omnibus socijs, salutem dicit. Quoniam Locri, Ozolæ appellati, qui Amphisam incolunt, deliquerunt in templum Apollinis Delphici, & regionem consecratam armis aggressi, depopulati fuere, uolo uobiscum Deo opem ferre, & propellere eos, qui id pietatis, quod inter homines uiget, contemnunt: ita, ut eis obuiam eatis cum armis in Phocide, uobiscum deferentes commeatum XL dierum, id que aggrediamini præsentem mense Augusti, quem nos Oloon, Athenienses Boedromionem, Corinthij Panemon appellant. his quidem, qui obuiam ire noluerint, passim utemur: consiliarios autem, qui à nobis non stabunt, damno afficiemus. Valete. Videtis ne ut fugit, & ad peculiare causas & Amphictyonicas confugit? Quis igitur ista ei præmuniuit? quis est qui ei has occasiones dediderit? quis est qui malorum, quæ euenere, fuerit maxime author? Non ne iste? Ne igitur dicite, uiri Athenienses, circumeuntes, quod ab uno homine iustiusmodi Græcia passa fuerit: non ab uno, sed à multis & nequam hominibus, qui apud quosque sunt, o terra & Dijs: quorum unus is est. quem si nihil cauere oporteat, ut ueritas in lucem efferatur, non uerer ego omnium dicere communem perniciem, qui postea periere, hominum, locorum, ciuitatum. Qui semen præbuerit, is est, qui succrescentium malorum causa fuit. quem quo nam pacto iam statim intuentes aliò abscedere non feceritis, admiror: nisi quod, ut uidetur, tenebræ quædam uos plurimum impediunt ad ueritatem cernendam. Contigit ergo mihi, dum ea attigerim, quæ iste aduersus patriam admisit, ut ad illa deuenirem, quæ, istis dum repugnarem, ipse in Republica gessi, quæ me dicentem multis de causis merito audire debetis: præsertim uerò quia turpe est, uiri Athenienses, si ego res quidem uestras laboribus meis sustinuerim, uos ne ipsarum quidem rerum uerba toleretis. Cum equidem aspicerem, Thebani propemodum & uos ab his qui res Philippi gerebant, & apud utrosque res uestras contaminabant, quod certe ambobus timendum, & multa custodia obseruandum erat, quod negligenter sineretis Philippum propagari, & id despiceretis, ac ad nullam rem aduerteretis, cum alioquin ad odia & altercationes inter uos exercendas prompti essetis, quomodo id ne fieret, animo in eam rem intenso id ipsum perfeci, non quod mea solum ipsius sententia ista conferre persuasus essem, sed quod uiderim Aristophontem, ac rursus Eubulum, qui per omne tempus huic amicitiae ineundæ studuerunt. ac cum plerumque inter se cæteris in rebus dissiderent, in eius tamen rei eandem sententiam semper conuenisse: quos dum uiuerent, catamite eblandiendo sequebaris, mortuos uerò arguere non uerecundaris.



in his enim quæ mihi de Thebanis imponis, illos magis quam me accusas, qui priores ante me istam societatem laudarunt. Sed eò reuertor, quòd cum bellum in Amphiseis gereret, cæteri uerò eius adiutores inimicitiam aduersus Thebanos concluderent, accidit, ut Philippus in nos proficisceretur, cuius gratia ciuitates isti labefactarant: & nisi parumper præsensissemus, ne facultas quidem nos ipsos redimendi nobis superfuisset: ita eousque isti rem produxerant. In quo uerò statu uicissim reperiamini, hæc decreta & responsa audiendo intelligetis. ac mihi recita, ea in manibus sumendo.

DECRETVM.

Consule Heropythe, VII Calendas Martij, tribu Erechtheide in Prytaneo præsidente, ex senatus & imperatorum sententia: Quoniam Philippus aliquas comprehendit ciuitates finitimas, quasdam uerò depulatus fuit, in summa que ad Atticam aduentare parat, inter nos conuenta paruipendendo, & iuramenta soluere conatur, ac pacem, publica fide neglecta: relatum esto ad senatum & populum, ut ad eum legati mittantur, qui ei comprobent, ipsumque maximè hortentur, ut concordiam nobiscum initam obseruet, pariter & conuenta: quòd si id non fecerit, ut de eare consultari possit. Tempus ciuitati ut impartiat, inducias que subeat usque ad mensem Aprilis. Electi fuere ex senatu, Simus Anagyrrhæsius, Euthydemus Phylæsius, Bulagoras Alopecethe.

ALIVD

DECRETVM.

Consule Heropythe, pridie Calendas Aprilis, ex Polemarchi sententia: Quoniam Philippus sollicitat, ut Thebani abalienentur à nobis, paratusque est uniuerso exercitu ad finitima Atticæ loca peruenire, transgressus, quæ nobis cum eo constant, fœdera: relatum esto ad senatum ac populum, ut præco & legati ad eum mittantur, qui petant, & ab eo exorent, ut inducias faciat, ut quoad fieri liceat, populus deliberare possit, cum adhuc non statuerit, an salua modestia auxilium ferre possit. Electi fuere ex senatu, Nearchus Sosinomi, Polycrates Epiphronis, & præco Eunomus Anaphlystius ex plebe. Recita iam & responsa ipsa.

RES

SPONSVM AD ATHENIENSES.

Rex Macedonum Philippus Senatui populoque Atheniensi salutem. Quam à principio erga nos uoluntatem habueritis, non ignoro: & quòd studium adhibueritis, ut Thessalos, & Thebanos insuper, & Bœotios ad id hortaremini, ipsi cum melius scaperent, neque uellent eorum uoluntatem ponere in uestra potestate, uerum pro eorum utilitate subsisterent: nunc cum fallaciter uos ad me miseritis legatos & præcones, conuenta ad memoriam reducit, & inducias petitis, cum nulla in re à me sitis percussi. Ego tamen cum legatos audierim, assentior postulatis, & paratus sum inducias facere, si eos, qui uobis non recte consulunt, repuleritis, & dedecore, ut par est, affeceritis. Valet.

RES

SPONSVM AD THEBANOS.

Rex Macedonum Philippus Senatui populoque Thebano salutem. Accepi literas uestras, quibus mihi concordiam & pacem renouare uidemini: audio tamen, ad uos propterea Athenienses omnem honorem referre, cum uelint per ipsos postulata à uobis comprobari. Prius etenim uos cognoui, cum eorum promissis stare studebatis, ipsorumque uoluntati obsecundabatis: nunc autem uos intelligere, quæ illi à nobis quæsierint, quòd que potius uobis est pacem habere, quam aliorum sequi uoluntatem, pensasi. Et ualde quidem uos laudo, cum ob multa alia, tum præsertim, quòd his de rebus magis caute, consulturi estis, & quòd res uestre erunt positæ in nostra beneuolentia, quòd non mediocris spero uobis futurum momenti, si in ista sententia manseritis. Valet. Ad hunc modum ciuitates cum disposuisset Philippus inter se istorum opera, & his suspensas teneret decretis & responsis, collecto exercitu peruenit, & Elatiam cepit. quasi si quid fieret, non amplius uos & Thebani essetis conspiraturi. At qui tumultum, qui tunc per urbem fremebat, sensistis omnes: pauca audietis tamen, ea que summè necessaria. Vesper erat, cum quidam ad Prytaneos uenit, nunciavit que captam Elatiam: hi que re audita, è uestigio consurrexere: dum interea cœnarent, eosque qui erant in tabernaculis, que ad forum sunt concitarunt, tecta que ipsa castrensia combussere: alij duces accersuere, & tibicinem uocarunt. Ac cum trepidatione ciuitas repleta esset, postridie eius diei prima luce præfecti prætorio senatum in curiam uocabant, uos que in concionem ibatis. Et antequam aliquid cum populo

audiret

VV

pulo



pulo ageretur, et à senatu prius quicquam statueretur, uniuersus populus superiori p<sup>ar</sup>te confederat. ac postea ut introiuit senatus, & retulissent præfecti prætorio, quæ ipsis nunciata fuerant, nunciumq; producerent, & is ea dixisset: interrogabat præco, quis concionem habere uellet: nullusq; prodiret, & sæpenumero præco itidem interrogasset, nihilo magis exurgere aliquis uoluit, cum omnes imperatores adessent, omnes oratores, cum publica patriæ uox inuitaret, & aliquis pro eius salute diceret. Quam enim præco ex legibus uocem edit, hæc patriæ communis iurè putanda est. Proinde, si quoscunque prodire oportebat, qui uellent ciuitatem seruari, uos omnes & reliqui Athenienses, exurgendo in suggestum conscendere debuissetis. Omnes enim probè noui, quòd ipsa ut seruaretur uolebatis: idq; facere debuissent, siue ditissimi quicq; qui trecenti appellantur: siue hi qui utroque pollent, & beneuolentia erga ciuitatem, & diuitijs: qui que post hæc, immensa munera Reipublicæ contulerunt, idque pro charitate erga patriam, & fortunis, quas habent, fecerunt. At, ut uidetur, illa occasio, & dies ille, non solum beneuolum & diuitem uirum postulabat, sed & qui rerum ipsarum tractationi principio interfuisset: qui que rectè iudicare posset, cuius rei gratia hæc fecisset Philippus, & quid per ea uellet. Qui enim ista non nouerat, & qui de longè accuratè rem minimè examinasset, neque si beneuolus esset, neque si opulentus, nihilo plus ea sciturus erat, quæ fieri oporteret, neque uobis poterat consilium præbere. Apparui igitur ipse egomet illa die, & prodians ad uos dixi, quæ duabus de causis à me audire debetis, mihi mentem adhibendo: primùm quidem, ut cernatis, quòd solus ex oratoribus, & his qui Rempublicam administrabant, ego beneuolentiæ aciem in arduis non deserui: sed & dicendo, & decernendo, quæ è re uestra essent, perquisierim in ipsa rerum formidine. Deinde, quòd cum parum temporis sitis deperdituri, multo tamen peritiores ad reliqua totius Reipublicæ capeßenda estis euasuri. Dixi igitur, quòd eos, qui, uelut Thebani, tanquam eius amici à Philippo starent, ualdè trepidarent, præsentem rerum statum ignorare ego putabam. Rectè enim noui, quoniam si id ita consecutus esset, ipsum non audiremus in Elatia esse, sed in nostris finibus. Quòd tamen, ut in promptu haberet res Thebanorum, uenerit, manifestò scio. Ut autem ista se habeant, aiebam, me audietis. Ille enim, uel quibus ex Thebanis, pecunijs suadere, uel quos fallere licuit, omnes subornauit: quos uerò ab initio sibi habuit repugnantes, ac in præsentia aduersarios, eos nunquam poterit pro se inducere. Quid ergo uult, & cuius rei gratia Elatiam comprehendit, cum propius copias ostentasset, & arma admouisset, ut id efficeret, quod eius amici illi confiderent, eosque expelleret: aduersarijs autem terrorem incuteret, ut uel deterriti ea sinerent, quæ in præsentia nolunt, uel ad id cogerentur. Si igitur nos, dicebam, præsentem tempore illud potius delegerimus, si quid graue inter uos & Thebanos aliquando intercessit, ut eius rei meminisse uelimus, & eis fidem non præstare, ueluti his qui starent ab hostibus nostris: primùm ea, pro quibus uota fecit Philippus, faciemus: deinde, uereor, ne si præterea ñ sese receperint, qui nunc illi aduersati fuere, & in eandem sententiam omnes pro Philippo conspirauerint, in Atticam ambo proficiscantur. Veruntamen si mihi fidem adhibueritis, & propitij fueritis, ea considerando, non ad contentionem adducendo quæ dixero: existimo & ea, quæ deceant, me dicere uisum iri, & instans ciuitati periculum soluturum. Quid igitur dico? Primùm, oportere præsentem timorem superare: deinde, omnes conuerti, & formidinem pro Thebanis suscipere. Multo enim periculis sunt propinquiores, ac ipsis prioribus discrimen imminet. Deinde ut hi, quibus per atatem licet, ac equites exeant ad Eleusinam, omnibusque ostendant uos ipsos in armis esse, ut his qui apud Thebanos rebus nostris sunt affecti, peræquè detur facultas pro iure uestro liberè loquendi: cum nouerint, quòd sicuti his qui Philippo patriam uendiderunt, adest, ut eis opem ferat exercitus in Elatia: ita illis, qui uelint pro libertate decertare, uos præsto futuri sitis, & auxilium laturi, si quis aduersus eos proficiscatur. Postea, creari iubeo decem legatos, eisque fieri potestatem unà cum prætoribus, quousq; opus fuerit, illuc eundi & proficiscendi. Cum uerò legati Thebas



in his enim quæ mihi de Thebanis imponis, illos magis quam me accusas, qui priores ante me istam societatem laudarunt. Sed eò reuertor, quòd cum bellum in Amphiseis gereret, cæteri uerò eius adiutores inimicitiam aduersus Thebanos concluderent, accidit, ut Philippus in nos proficisceretur, cuius gratia ciuitates isti labefactarant: & nisi parumper præsensissemus, ne facultas quidem nos ipsos redimendi nobis superfuisset: ita eousque isti rem producerant. In quo uerò statu uicissim reperiamini, hæc decreta & responsa audiendo intelligetis. ac mihi recita, ea in manibus sumendo.

DECRETVM.

Consule Heropythe, VII Calendas Martij, tribu Erechtheide in Prytaneo præside, ex senatus & imperatorum sententia: Quoniam Philippus aliquas comprehendit ciuitates finitimas, quasdam uerò depulatus fuit, in summa que ad Atticam aduentare parat, inter nos conuenta paruipendendo, & iuramenta soluere conatur, ac pacem, publica fide neglecta: relatum esto ad senatum & populum, ut ad eum legati mittantur, qui ei comprobent, ipsumque maximè hortentur, ut concordiam nobiscum initam obseruet, pariter & conuenta: quòd si id non fecerit, ut de eare consultari possit. Tempus ciuitati ut impartiat, inducias que subeat usque ad mensem Aprilis. Electi fuere ex senatu, Simus Anagyrrhasius, Euthydemus Phylasius, Bulagoras Alopecethe.

ALIVD

DECRETVM.

Consule Heropythe, pridie Calendas Aprilis, ex Polemarchi sententia: Quoniam Philippus sollicitat, ut Thebani ab alienentur à nobis, paratusque est uniuerso exercitu ad finitima Atticæ loca peruenire, transgressus, quæ nobis cum eo constant, fœdera: relatum esto ad senatum ac populum, ut præco & legati ad eum mittantur, qui petant, & ab eo exorent, ut inducias faciat, ut quoad fieri liceat, populus deliberare possit, cum adhuc non statuerit, an salua modestia auxilium ferre possit. Electi fuere ex senatu, Nearchus Sosinomi, Polycrates Epiphronis, & præco Eunomus Anaphlystius ex plebe. Recita iam & responsa ipsa.

RESPONSVM AD ATHENIENSES.

Rex Macedonum Philippus Senatui populo que Atheniensi salutem. Quam à principio erga nos uoluntatem habueritis, non ignoro: & quòd studium adhibueritis, ut Thessalos, & Thebanos insuper, & Bœotios ad id hortaremini, ipsi cum melius saperent, neque uellent eorum uoluntatem ponere in uestra potestate, uerum pro eorum utilitate subsisterent: nunc cum fallaciter uos ad me miseritis legatos & præcones, conuenta ad memoriam reducit, & inducias petitis, cum nulla in re à me sitis perculsi. Ego tamen cum legatos audierim, assentior postulatis, & paratus sum inducias facere, si eos, qui uobis non recte consulunt, repuleritis, & dedecore, ut par est, affeceritis. Valete.

RESPONSVM AD THEBANOS.

Rex Macedonum Philippus Senatui populo que Thebano salutem. Accepi literas uestras, quibus mihi concordiam & pacem renouare uidemini: audio tamen, ad uos propterea Athenienses omnem honorem referre, cum uelint per ipsos postulata à uobis comprobari. Prius etenim uos cognoui, cum eorum promissis stare studebatis, ipsorum que uoluntati obsecundabatis: nunc autem uos intelligere, quæ illi à nobis quæsierint, quòd que potius uobis est pacem habere, quam aliorum sequi uoluntatem, persensi. Et ualde quidem uos laudo, cum ob multa alia, tum præsertim, quòd his de rebus magis caute, consulturi estis, & quòd res uestræ erunt positæ in nostra beneuolentia, quòd non mediocris spero uobis futurum momenti, si in ista sententia manseritis. Valete. Ad hunc modum ciuitates cum disposuisset Philippus inter se istorum opera, & his suspensas teneret decretis & responsis, collecto exercitu peruenit, & Elatiam cepit. quasi si quid fieret, non amplius uos & Thebani essetis conspiraturi. At qui tumultum, qui tunc per urbem fremebat, sensistis omnes: pauca audietis tamen, ea que summè necessaria. Vesper erat, cum quidam ad Prytaneos uenit, nunciavit que captam Elatiam: hi que re audita, è uestigio consurrexere: dum interea cœnarent, eosque qui erant in tabernaculis, que ad forum sunt concitarunt, teçtaque ipsa castrensia combussere: alij duces accersiuere, & tibicinem uocarunt. Ac cum trepidatione ciuitas repleta esset, postridie eius diei prima luce præfecti prætorio senatum in curiam uocabant, uos que in concionem ibatis. Et antequam aliquid cum populo



regno paterno spoliatos restituerint, armis eos superando, qui tentassent Herculis posteritati repugnare: ac quod Oedipum, & eos qui unà cum eo obuiam facti fuerant, susceperimus, atq; pleraq; alia nobis consent perhumana, & laudabilia erga Thebanos, ea propter neque in praesentia temperaturus sit populus Atheniensis ab his quae Thebanis ac reliquis Graecis futura sint utilitati, utq; cum eis societatem contrahat, & affinitatem ineant, ac iuramenta praestent, & accipiant. Legati, Demosthenes Peanicius Demosthenis, Hyperides Sphertius Cleandri, Mnesithides Phrearrhius Antiphani, Democrates Phlyeus Sophili, Callaeschrus Cothocides Diotimi filius. Hoc Thebanarum fuit rerum principium, primusq; status, quae ista praecesserant, in inimicitiam, et odium, et infidelitatem ciuitatum, quae ab istis in id inducebantur, deriuabant. Hoc decretum, impendens tunc ciuitati periculum, ut euanesceret uelut nebula, effecit. Erat igitur aequi ciuis tunc omnibus manifestum facere, si quid his melius haberet, non autem praesenti tempore nos coarguere. Consultor enim, & calumniator, quamuis ceteris in rebus nihil sint inter se pares, in eo tamen plurimum differunt: quod ille ante rerum euentum, animi sui sententiam palam faciat, seq; obnoxium dedat his qui eius fidem fuerint sequuti pro fortuna, opportunitate, ac re quae in consultationem deuenit. is quidem cum tacuerit, dum dicere oportebat: si quid euenerit aduersi, illud obiecat. Erat igitur (ut dixi) tempus illud eius uiri, qui ciuitatem charam haberet, & iusta eloqui uellet. Ego certe tantam insuper facio cuiq; potestatem, ut si quis nunc possit aliquid melius ostendere, aut si quid in summa fieri potuisse praeter ea quae ego decreueram, uel me deliquisse confitear: quod si quid est, quod aliquis nunc primum uiderit, quod afferri debuisset, cum illud ageretur, hoc ego dico me minimè latere debuisse: sin neq; est, neq; fuit, neq; unquam aliquis habuerit, hodiernaq; die habeat, quod dicere possit, quid consultor e facere oportuit: nonne ut ex his quae ab eo cernebatur, quaeq; sub luce erant exposita, ea eligeret, quae potiora uiderentur: id ergo perfecti, pracone rogante Aeschines, quis loqui uellet, non quis praeterita accusare, neq; quis futurorum sponsor esse uellet. cum autem tu mutus eo tempore in concionibus sederes, ego prodiens orationem habui, & cum non tunc, sed in praesentia te ostendas: dic quae fuerit ratio, quam inuenire oportebat: uel quae ex usu opportunitas, quae per me ciuitati deperierit: quae certe societas, quae actio ad quam potissimum me istos adducere oportuisset: uerum praeteritorum ratio semper apud omnes ommissa fuit, neq; unquam aliquis de his consilium habendum proposuit. Futura enim, uel praesentia, consultoris officium desiderant. Tunc igitur quaedam periculosa, ut uidebatur, partim futura timebantur, partim iam instabant, in quibus consultationem meam pro Republica perpendas: quae euenerint, ne calumniaris. Exitus, ut Deus uoluerit, res omnes consequitur. deliberatio autem ipsa animi consultoris ostendat oportet. Ne igitur hoc uelut delictum mihi impingas, quod Philippo euenerit, ut in pugna superior fuerit: in numine enim eius rei finis, non in me positus erat. Sed quod non omnia quae unquam humana ratione fieri poterant decreuerim, eaq; iuste & accurate peregerim, & laboriose ac supra uires meas, uel quod non laudabilia & ciuitate digna proposuerim, ac necessaria, haec mihi ostendito. ac tunc demum me accusa. Quod si fulmen, aut procella, non uos solū, sed & reliquos omnes Graecos multo magis sorte quadam percussit, quid erat agendum: ueluti si quis nauicularium, qui omnia pro salute egisset, & nauigium rebus omnibus aptasset, per quae illud seruari posse putabat: deinde tempestate inualum, ei que instrumentis omnibus fathiscantibus, uel prorsus contritis, naufragij accuset: sed neque nauem gubernabam, diceret ille, sicut neque ego exercitum ducebam. neque fortunae dominus fui, sed illa omnium. Verum illud ratiocinare, & contemplare, si nobis, Thebanis adiunctis decertantibus, sic fata habebant ut res succederent, quid fuerat sperandum, si istos socios non habuissemus, sed cum Philippo se copulassent, pro qua re tunc ille uniuersam uocem consumpsit. Atque si trium dierum itinere ab Attica eiusmodi pugna commissa, tantum discriminis & timoris circumstitit ciuitatem: quid diceres, si in regione haec eadem calamitas contigisset, expectandum fuisse: Putatis ne igitur quod nunc hoc in loco staretis, conueniretis, respiraretis: Multa dies unus, duo, ac treis eorum quae ad salutem facerent, ciuitati contulerunt, Quae tunc si quis dixisset, indignum fuisset,

fuisset,



fuiſſet, quæ que ne deguſtaretis, alicuius ex Dijs beneuolentiã effecit, & ſocietas, quæ ciuitati huic propugnaculum ſe conſtituit, quam tu accuſas. Sunt hæc omnia à me multis certè uerbis ad uos dicta, uiri iudices, & ad eos qui ab hoc iudicio alieni ſunt, aſtantes, et auditores: quoniam, quantum ad hunc ipſum deſpicatiſſimũ attinet, breuis eaq; clara ſufficit oratio. ſiquidem tibi compertum erat, quæ futura eſſent Aechines, & ſoli quidem præ cæteris, cum ciuitas de his in conſultatione eſſet, tuum erat tunc ea prædicere: quòd ſi ea nõ præuideras, eadem ignoratione cum cæteris es inuolutus. Quare cur magis me tu ob iſta accuſas, quàm ego te poſſum. eo enim melior ego quàm tu ciuis fui in hæc ipſa quæ dico, atq; nõdum de reliquis ediſſero, quo magis ego me ipſum in ea immiſi, quæ omnibus uiderentur è Republica eſſe, nullum etiam proprium periculum deuitando, nec alicuius rei rationem habendo. Tu certè nihil quod his melius eſſet dixiſti. neq; enim eius, quod dixiſſes aliquem uſum habere uoluiffent: neq; ſi qua in re, pdeſſe potuiſſes, tui præſentiã feciſſes. quòd enim nequiſſimus et inſenſiſſimus homo pro ciuitate egiſſet, hoc tu ex rerũ euentis feciſſe deprehenſus fuiſti. Atqui ſicut Ariſtratus pariter in Naxo, et Ariſtolaus in Thoſo, qui ſemel iudicati ſunt hoſtes ciuitatis, Athenienſium amicos in iudiciũ capitis uocant: ſic Athenis Aechines Demoſthenem reum facit. Proinde cui Græciã calamitates probare in animo ſedeat, hunc magis conuenit de medio tolli, quàm alium accuſare: & cui ipſæ conferunt occaſiones, quæ & hoſtibus ciuitatis, fieri non poteſt ut iſis patriæ ſit amicus. Te notum facis ex his quæ per uitam admittis, et agis, et in Republica adminiſtranda committis. itemq; dum Rempublicam curare omitis, tractaturq; quid eorum quæ Reipublicæ conferre uideantur, mutus es Aechines. incurrit aliquid, & geſtum eſt, quòd minimè fieri oporteat: præſto es Aechines ueluti partes corporis conuulſæ, & eſtractæ, ſi quid corpus ipſum apprehenderit, tunc ipſæ erumpunt. Cum uerò in rerum euenta nimium incumbat, uolo quædam incredibilia referre. Atque me, per Iouem, & Deos, nemo, ſi modũ exceſſero, admiretur, ſed beneuolo animo ea quæ dixero perſpiciat. Quamuis enim proſpecta fuiſſent quæ erant euentura, & omnes præuidiſſent, & tu ea prædixiſſes, Aechines, & atteſtatus fuiſſes, uociferando, & exclamando, qui tum ne uocem quidẽ emiſiſti, non ad eum modum ciuitati ab his erat deſiſtendum, ſi uel gloriæ, uel maiorum, uel futuri ſeculi rationem habuiſſent. in præſentia quidem quòd rerum euentu fruſtrari uideatur, illud omnibus commune eſt mortalibus, poſtquam Deo id ita uiſum fuerit, per id quidem temporis, cum inter alias hæc ipſa ciuitas principatum meritò teneret, ſi ab ea prouincia deſtituiſſet, culpam ſuſtinuiſſet, quòd omnes in poteſtatem Philippi deditiſſet: ſi ea quidem abijcere grauata fuiſſet, pro quibus quoduis periculum maiores ſubire nõ refugerunt, quis te contemptui non haberet? non ciuitatem quidem, neque me, quibus oculis, per Iouem, aſpiceremus eos qui ad hanc ciuitatem homines accederent, ſi res in eo ſtatu manerent, in quo ad præſens exiſtunt? Imperator uerò & dominus omnium delectus fuiſſet Philippus: & ne ea fierẽt, reliqui, præter nos, repugnafſent. Atqui iſta nõquam ciuitas prioribus ſeculis, uitæ ſcilicet tranquillitatem in gloriã magis, quàm honeſtatis cauſa, diſcrimen aliquod delegiſſet. quis enim Græcorum nõ nouit, quis ue Barbarorum, quòd & à Thebanis, & ab eis qui iſtis antea eo amplius potẽtes erant, Lacedæmonijs, & ab ipſo rege Perſarũ, multa cum gratia illud libẽter ciuitati cõceſſum fuiſſet, ut caperet quodcũq; uellet, et ſua retineret, ſi imperata facere uoluiffet: ac permiſiſſet, ut alius haberet Græcię principatũ. at iſte Athenienſibus, mos patrius non fuit, neq; eum ferre unquã potuerunt, neq; eis à natura ille inſitus erat. neq; potuit unquã ciuitati aliquis quouis tempore ſuadere, ut potentibus non iure agentibus. adiuſta præ uitę ſecuritate eis inferuaret: uerũ cum dimicaſſet ut primas haberet, honorisq; & gloriæ gratia pericula non deuitaſſet, per omnẽ ætatẽ in ea uoluntate perſeuerauit. Atq; iſta ita reuerẽda & noſtri moris propria uos eſſe exiſtimabatis, ut maiores qui iſta fecerint, maximè laudetis: & meritò. Quis enim non admiretur uirorũ illorum uirtutẽ, qui regionem & ciuitatem deſerere uoluerunt, ut triremes conſcenderent, ne facerent imperata? cum Themiftoclen, qui illa ſuaſerat, Imperatorem delegiſſent, & eum qui mandatis parendum fore ſtatuerat, Cyrſilum, ſaxis facta lapidatione obruiſſent, non ipſum ſolum, ſed & mulieres ueſtræ uxorem ipſius, non enim qui tunc erant Athenienſes, oratorem



les Oratorem perquisiere, non Imperatorem, per quem tranquille in seruitute agerent: uerum ne sibi quidem uiuendum fore existimabant, nisi una cum libertate ipsis hoc agere licuisset. quisque enim eorum putabat, non patri matricum solum se esse natum, sed & patriam. Quid uero illud refert? quod is qui parentibus solum se natum esse putet, fatalem naturalemque mortem expectet: qui uero & patriam se genitum ducat, ne eam uideat in seruientem, is ultro mortem appetere non deuitabit: & magis formidolosam eam contumeliam reputabit, & infamiam, quam in seruitute ciuitati ferenda esset, quam mortem. Si hoc igitur dicere nitebantur, quod ego uos induxerim, ut digna maioribus uestris faceretis, non est ut aliquis mihi iure succensere possit. Nunc ego animi quidem uestri eiusmodi consilia in apertum profero, et palam facio. quod et ante me eam mentem ciuitas habuerit, qui uero in singulis quibusque rebus gestas fuerit administer, me ipsum fateor earum participem fuisse. is certe quod de omnibus me criminaret, petatque uos animo in me irato esse, utpote qui formidinum et periculorum ciuitati autor fuerim, id agit, quia presentis ornamento me cupit expoliare, & a uobis sempiternam laudem auferre. si quidem uelut ego non optime Rempublicam administrauerim, id decreueritis, uos peccasse uidebimini, non iniquitate fortunae casus pertulisse. At non est, non est, ut dici possit uos deliquisse, uiri Athenienses, dum pro omnium libertate & salute pericula subieritis: non per illos maiores, qui pro uobis in Marathone in uitae discrimen se immisere, & qui in Plataeis in acie steterunt, et qui in Salaminae nautali pugna decertarunt, et qui in Artemisio pugnarunt, et plerisque alios publicis traditis monumentis uiros fortes, quos omnes cum peraque eodem honore ciuitas decorasset, publica sepultura affecit, o Aeschines: non solos qui prosperè egissent, neque qui uictores fuissent: et merito. Quod enim erat muneris fortium uirorum, eo omnes functi fuerunt. fortuna certe, quam Deus cuique tribuisset, ea usi fuere. Deinde o scelestè et furcifer scribe tu, cum uelles me honore et benignitate, qua hi me prosequuntur, defraudare, trophaea & pugnas antiquorumque facinora commemorabas, quorum uidelicet mentione haec nostra praesens contentio indigebat. Ego contempe hystrio, cum in consultatione, ut principatum tenerent, ciuitati adesset, cuius nam animum assumere debebam, ut suggestum ascenderem: an eius, qui istis indigna proponeret: iuste enim me interfecissent. at uero neque uos uiri Athenienses ab eodem sensu & priuatarum & publicarum actionum iudicium ducere oportet, uerum quotidiana uitae commercia ad priuatas leges & acta illa considerando referre debetis: communia uero ciuitatis consilia ad magnitudinem rerum a superioribus uestris gestarum respiciendo. Atque praeter fasces, & imperij insignia, ciuitatis amplitudinem quemque uestrum par est cogitare de bere sibi subeundam fore, cum ad res urbis tractandas accesseritis, si illis digna uos putatis facere debere. Sed cum inciderim in res gestas a maioribus uestris, fit ut quaedam decreta & facta praetermiserim. Reuertitur igitur uolo eodem, unde in haec ipsa digressus fui. Ut igitur Thebas peruenimus, cooperimus Philippi & Thessalorum, ac reliquorum sociorum legatos adesse, amicos quidem nostros timere, illius uero confidere. Quod ista quidem non ad mei ipsius commodum dicam, recita mihi epistolam, quam tunc misimus primo quoque tempore, cum in legatione essemus. Proinde iste tam uehementi calumnia usus fuit, ut siquid eorum quibus opus erat, fuerit perfectum, tempus, non me, eius rei causam fuisse dicat, eorum quidem omnium quae secus euenere, me sortemque meam in causa fuisse. Ac ut uideatur, cum consultor sim & orator, eorum quae oratione & consilio facta sunt, nullius unam cum ipso uideor autor fuisse: illorum uero quae in armis & per exercitum infortunè succedere, solus fuisse machinator. Quo pacto quis inueniri posset immanior calumniator, aut magis quam iste detestabilis? Recita epistolam. EPISTOLA. Cum igitur concionem aduocassent, prius illos induxerunt, quoniam illi sociorum numero erant: & cum prodixissent, uerba fecerunt, multum quidem Philippum laudando, multum uero uos accusando, omnia quaecumque aliquando aduersus Thebanos fecissetis, ad memoriam reducendo. In summa ergo postulabant, ut pro his rebus in quibus Philippus de eis benemeritus esset, gratias ipsis redderent: quibus autem in rebus a uobis male tractati fuissent, ut poenas sumerent, quoquo pacto possent, siue ipsi in uos proficiscerentur, seu unam cum eis Atticam adorirentur. atque ostenderunt, ut existimabant, ex his quae ipsi suaserant, quod ex Attica pecudes & mancipia ac alia comoda ad Boeotiam sint



tiam sint deuenturâ: ex his quidem quæ nos dicturi essemus, aiebant futurum, ut omnia Bœotia bona per bellum diriperentur. et multa insuper alia, quæ tum omnia ad eam rem pertinerent, dixerunt: quæ uerò nos ad ista responderimus, singula quæque, ut referre possem, pluris ego facerem, quam in hac uita manere. uos certè uereor, ne rati præteritorum temporum uelut rerum diluuium fuisse, superuacaneam quandam molestiam, si de his uerba faciam, id esse putetis. Quæ igitur nos suaserimus, ac quæ nobis responderint, audietis. Recita, illud in manibus sumens. **RESPONSVM THEBANORVM.** Postea igitur uos appellarunt, & accersuerunt: uos exiuiistis, & auxiliū tulistis, ut quæ in medio sunt, prætermittā, ita familiariter nos susceperunt, ut cum foris pedites & equites essent, intra domos & ciuitatem exercitus fuerit receptus, inter liberos & coniuges, cæteraque charissima. Porro die illo, tria pulcherrima laudationum genera omnibus hominibus erga uos declarauerunt, unum fortitudinis, alterum iustitiæ, postremum quidem temperantiæ. & cum pugnam uobis adiunctis, non aduersus uos ineundam statuisent, & potiores esse ac magis quam Philippum uos æqua petere iudicauerunt: & cum ea quæ apud ipsos, apud que cæteros plurimæ sunt obseruantia, liberos scilicet & uxores uobis commendassent, de uobis temperantiæ fiduciam habere præ se tulerunt. quibus omnibus in rebus uiri Athenienses, de uobis rectè uisi sunt censuisse. neque enim cum ciuitatem exercitus introiisset, aliquis quicquam uel etiam iniuste de uobis conquestus fuit, ita modestos uos ipsos exhibuistis. his autem cum in acie unâ cum eis steteritis, illis prioribus pugnis, una circum flumen, altera ad Chimerinem, non reprehensione indignos solum uos ipsos, sed & admirandos ostendistis præ specie exercitus, aciebus, & animorum alacritate. quas ob res apud reliquos quidem uobis laudes euenere, à uobis autem Dijs sacrificia & supplicationes. Atque ego quidem libenter rogarem Aeschinem, cum ista agebantur, & felicitate, ac letitia, & cantilenis ciuitas redundaret, num unâ cum multitudine libauerit, & fuerit congratulatus: an ægrè ferens, & suspirans, ac molestia præ rebus publicis affectus domi manserit. si enim intererat, & cum alijs rem expendebat, quo pacto non indigna facit: multo uerò magis quo pacto non impia, si quarum rerum uelut optimarum ipse testes deos adhibuit, has res uelut non optimas esse nunc à uobis decerni petat, qui iureiurando Deos estis obtestati. sin autem non aderat, quo modo non dignus est, ut sapius fuerit de medio sublatus, si quibus rebus cæteri lætabantur, hæc cum intueretur, odio habuerit. Recita mihi ista decreta. **DECRETA SACRIFICIORVM.** Igitur nos quidem in sacrificijs tunc eramus occupati: Thebani uerò in eo, ut existimarent se per uos esse seruatos: & eos qui auxilio indigere uidebantur, illud circumstitit, ut ob ea quæ isti pro se ipsis fecerant, cæteris opem ferrent, quoniam mihi fidem præstiterunt. Verum enim quæ uerba emisit Philippus, & in quibus fuerit perturbationibus, ob hæc ipsa ex illius epistolis cognoscetis, quas misit in Peloponnesum. ac eas in manibus sumendo mihi recita, ut uideatis quid sollicitudo mea & erratio, ac erumnæ, multaque decreta, quæ nunc iste carpsit, quid effecerint. Atqui plurimi apud uos uiri Athenienses fuere Oratores nobiles & magni ante me: Callistratus ille, Aristophon, Cephalus, Thrasylbulus, alijque innumerabiles: ueruntamen nemo ex his se ipsum prorsus tradidit in aliquid, quod ad Rempublicam pertineret. sed qui decreta ferebat, is utique legationem minimè obiuisset: et qui legatum agebat, is certè decreta non tulisset. eorum enim quisque ocium pariter sibi reseruabat, simulque si quid accideret, subsidium. Quid igitur, dicat aliquis, tu ne adeo cæteros superasti fortitudine & confidentia, ut omnia tu ipse agas? ista non dico. uerum ita mihi persuaserā, magnum esse discrimen, quod ciuitatem fuerat complexum: ut mihi uideretur, nullum locum, nullamque prouidentiam propriæ saluti impendendam fore: sed in id incumbendum, ita quæ oporteret, agi debere, ut nihil esset prætermisum. Mihi de me ipso persuaserā, quamuis forte desiperem, attamen persuaserā, neque decretis scribendis me quenquam melius decreturum, neque rebus agendis aptius eas tractaturum, neque legationibus obeundis legatum acturum, uel maiori animi promptitudine, uel fide, eapropter in omnia me dedidi. Recita epistolas Philippi. **EPISTOLAE.** In hæc adduxit Philippum mea Reipublicæ administratio o Aeschines, hanc uocem ille emisit propter me, cum multa & plena confidentiæ ante ista

habentis ciuitate  
 uerens esse, nil  
 quæ non est cor  
 nulla fuere, et  
 decreta, uiri At  
 hanc nos, nunc qui  
 que est infecutus: n  
 mitem, qui ista dec  
 tunc isti potuiss  
 quæque hic ipse il  
 ac quæ leges non  
 et pleraque alia: c  
 istis præiudiciu acce  
 nom dicturus esse  
 et, neque alicui in m  
 oportuit, ac tempora  
 quæ dicere uideretur.  
 non longè aberat, fa  
 habereis, uerba hab  
 et, cum uisisset: tum  
 et ut mihi uideretur, hæ  
 quibus eos facturos  
 uerum esse. Deinde  
 uentis opinionem neq  
 et quæ si liquida fuerint  
 nom, quæ rationem pr  
 ne quod non iure factum  
 in plane compertum ha  
 habere, non enim u  
 neque sententiam ante h  
 opinionem deponatis, eg  
 uerum habetur ratio: cin  
 et in ratiocinatores & te  
 quæ pro eo, ne Thebani  
 uerum existimabant, n  
 ista bellum esset sep  
 et pro eo, ne prædonum  
 ista in pace esset, &  
 nom occuparet Philip  
 in bello essent. Ergo tib  
 potere uita deleantur  
 uerum, est cogitandum:  
 ista perpicere licet, quor  
 quæ, ut experimentum ca  
 uabat, erga uos simulaba  
 et: attamen illud dicere:  
 et non calumniari, non ist  
 et confingendo, uerba que  
 et, quod res Græciæ prof  
 et, ac maxum huc, non il  
 et, quibusque uiribus ciuit  
 uideretur: quæque illi ego ue  
 et uerum non se haberet.  
 et quæpelles: in multo mai



ante ista aduersus ciuitatē uerba iactasset, pro quibus iurē ab istis fui corona donatus. ac tu cum præsens esses, nihil dicebas: is uerò Diondas cum restitisset, quintam suffragiorum partem non est consecutus. Atq; mihi recita ista decreta, quæ tunc, cum reprehenderent, admissa fuere, cum tamen ab isto minimè fuerint impugnata. **DECRETA.** Hæc decreta, uiri Athenienses, easdem syllabas, eademq; uerba continent, quæ prius Aristonicus, nunc quidem Ctesiphon iste retulit ad senatum, & ista Aeschines ipse, neque est insecutus: neque ei qui illa accusauit, unà subscriptor fuit. Atqui tunc Demomelem, qui ista decernebat, & Hyperidem, si nunc uerè me accusat, rectius quàm hunc insectari potuisset. quid ita? quoniam huic sit ad illos redeundū, & ad res iudicatas, quodq; hic ipse illos non accusauerit, qui eadem quæ iste ad præsens, decreuerant: ac quia leges non amplius permittant de rebus ita tractatis accusationem instituire, & pleraque alia: tunc enim res ipsa per se in iudiciū ueniebat, antequam aliquod de his præiudiciū acceptum esset. At tunc puto non erat, quod nunc facit, ut is qui orationem dicturus esset ex antiquis temporibus, multisq; decretis ea quæ nemo præiudicat, neque alicui in mentem uenire potuisset, ut illa hodierna die dicerentur, calumniari potuerit, ac tempora transferre, & falsas pro ueris occasiones rebus adiungere, ut aliquid dicere uideretur. Non erat, ut tunc ista fierent: sed cum quasi sub ueritate ipsa, quæ non longè aberat, factorum uos recordaremini, & singula quæque quasi præmanibus haberetis, uerba habenda essent, propterea ne in ipsarum rerum præsentia cogueretur, cum uitallet: tum inde nunc prodit, cum animo concepisset Oratorum contentionem, ut mihi uideatur, habendam esse, & non rerum in Republica administratarum inquisitionē uos facturos suspicaretur, uerborumq; iudiciū non de Reipublicæ utilitate futurum esse. Deinde cauillatur, atq; quod deceat, quam de nobis è domo profecti habueritis opinionem negligatis, ueluti cum ratiocinando putaueritis pecuniam superesse, atq; si liquidæ fuerint rationes, nihilq; supersit, ceditis: ita & hac in re his esse assentiendum, quæ rationem præ se ferunt. Videbitis ergo quàm infirmum natura existat omne quòd nō iure factum sit. ex hoc ipso sapienter dicto exemplo confessus est, nunc uos planè compertum habere, me quidem propriam ipsum certè pro Philippo orationem habere. non enim uos in aliam inducere opinionem quareret, nisi eiusmodi de utroque sententiam antè haberetis. Atqui cum non iurè agat, cum petit ut uos hanc opinionem deponatis, ego faciliè ostendam, non rationibus subductis: non ita enim rerum habetur ratiocinatio. Sed cum singula breuibus commemorauero, uos auditores in ratiocinatores & testes adhibebo. mea nanque administratio, quam iste perfringit, pro eo, ne Thebani unà cum Philippo in regionem contenderent, quod omnes futurum existimabant, nobiscum in aciem redacti ut illi resisterent, effecit: pro eo ne in Attica bellum esset septingenta stadia procul ab urbe, ut in Bœotia finibus uersaretur: pro eo, ne prædonum incursum pateremur, & ex Eubœa expellere cogermur, ut Attica in pace esset, & uniuersum bellum ab ora maris agigaretur: pro eo ne Hellepontum occuparet Philippus Byzantio capto, ut nobiscum aduersus illum unà Byzantij in bello essent. Ergo tibi calculis simillima rerum gestarum ratio uidetur: aut contra oportere ut ista deleantur: an non, ut eorum memoria per omne potius tempus celebretur, est cogitandum? Atque illud nondum adijcio, quod immanitatis, quam ex his perspicere licet, quorum uel semel constitutus est dominus Philippus, cæteris contigit, ut experimentum caperent: humanitatis uerò, quam, dum reliquas res ille deliniabat, erga uos simulabat, uos cum probè ageretis, fructus decerpistis. sed ista omitto: attamen illud dicere non uerebor, quòd qui oratorem iustè perpendere uoluerit, ac non calumniari, non istiusmodi carperet, cuiusmodi tu paulo antè dicebas exempla confingendo, uerba que & gestus corporis imitando, ualdè quidem ad id, non uides, quod res Græciæ prospiciunt, si hoc uerbum, at non illud differendo ego protulerim, ac manum huc, non illuc iactauerim. At ipsas res gestas contempletur, quo in statu, quibusq; uiribus ciuitas esset constituta, cū ad earum rerū administrationem se contulisset: quæq; illi ego uendicauerim, cū postea in illius essem præfectura, ac quo pacto res inimicorū se haberēt. Quod si debiliores eius uires reddidī, à me crimen esse ostendere posses: sin multo maiores, non ne calumniaris? Cū uerò illud effugeris,



ego perficiam, atque aduertite, an iusta utar oratione. Copias igitur ciuitas habebat eorum qui ex insulis erant, non omnibus, sed leuioribus. Neque enim Chius, neque Rhodus, neque Corcyra nobiscum erat, in tributum autem quinque & quadraginta talenta, atque ista ante fuerant consumpta, peditum & equitum preter urbanos neminem. quod uero omnium maxime erat formidolosum, & summe faceret pro hostibus, hi sic omnes finitimos subornauerant, ut odio quam amicitiae propiores essent, Megareses, Thebanos, Eubœenses. res quidem ciuitatis ita se habebant, ac nemo haberet aliquid aliud, quod praeter ista dicere posset. res uero Philippi, cum quo nobis contentio erat, quo pacto se habuerint, considerabit. In primis eis dominabatur, qui eum sequebantur, cum omnes, qui in eo bello erant, ab eius nutu, quod maximum est, penderent. Deinde hi arma semper praemanibus habebant: postea pecunia ei suppeditabat, ac quaecumque ei placuissent, agebat: non quod per decreta aliquid praefari consueuisset, neque palam consulere, neque a calumniatoribus in iudicium uocaretur: neque quod aduersus illicite rogationis delationes se defenderet, neque quod alicui obnoxius esset, sed in summa, ipse dominus, dux, rex omnium erat. ego uero huic oppositus. Atqui id inuestigare conuenit, cuius nam rei dominus eram: nullius. Ipsam porro conciones habendi facultatem in primis, cuius rei ego ex aequo particeps eram, uos istis proposuistis, qui ab illo fuerant mercede corrupti, & pariter mihi: ac quibuscumque in rebus hi me superiores erant, multa enim huiusmodi accidebant, sicuti res quaeque obtendebatur: ea omnia cum pro hostibus decreuissetis, abibatis. Veruntamen ex huiusmodi ego incommodis socios uobis adiunxi Eubœenses, Achaeos, Corinthios, Thebanos, Megareses, Leucadios, Corcyraeos, a quibus quindecim millia militum externorum, duo millia equitum, praeter urbanas copias coacta fuere. pecuniarum quidem quot potui ego plurima tributa coegi, si quidem refers uel ea quae erant cum Thebanis iura Aeschines, uel cum Byzantijs, aut cum Eubœensibus: siue nunc de aequitate contendas, primum certe ignoras, quod & ante cum illi pro Graecis depugnassent, ex triremibus, cum omnes numero trecentae essent, ducentas ciuitas contulit, cum ne cedendum quidem putasset, neque eos qui illa consuluerant, in iudicium uocasset, neque ob eas res indignata esse uisa fuisset, turpe id quidem extitisset: sed cum Dijs gratias haberet, quod communi Graeciae impendente periculo, ipsa duplum praeter alijs in omnium contulit salutem. Deinde nouum gratiarum genus his condonas, dum me calumniose insectaris. Quid enim nunc ais, quae me facere oportebat: uerum non tunc cum in ciuitate esses, & interesses, ista ad senatum referebas: si quidem aliquid praeter eas quae instabant, occasiones fuerat admittendum, in quibus non quas uellemus, sed quibus opus erat, res suscipi oportebat, qui enim nundinaretur, et praesto a nobis refutatos reciperet, ac pecunias insuper daret, promptus aderat. Sed si in praesentia pro rebus gestis accusationes sustineo, quid putatis, si tunc me de his exacte disceptante ciuitates recessissent, & se Philippo iunxissent. pariterque Eubœae & Thebarum ac Byzantijs dominus factus esset, quid fuisse facturos, aut quid dicturos putatis impios hos homines: non ne quod traditi, quod repulsi fuissent, qui nobiscum esse uolebant: deinceps quod Hellepontum per Byzantios potitus fuisset, ac frumentariae transuersionis Graecorum dominus effectus esset, bellum uero finitimum & graue in Atticam per Thebanos esset illatum, mare nauigari non posset, ob piratarum ex Eubœa incursum, non ne ista dicerent: ac multa insuper ad haec alia. Malum, uiri Athenienses, malum. Perpetuus calumniator, cum omni ex parte acerbiter redoleat, at semper gestiat obiurgari, idque licet hominis proprium uideatur, ad uulpeculae tamen naturam accedit. nihil enim salubre hic etiam ab initio cum fecerit, & homine libero dignum, per se tragicus est, simia quaedam, rusticanus Oenomaus, adumbratus orator. In quem enim usum eloquentia tua patriae cessit: nunc nobis ea commemoras, quae praeteriere: uelut si quispiam medicus aegrotos febre correptos adiuisset, neque eis dixisset, neque ostendisset ea per quae morbum effugere possent. ut uero aliquem eis uita functum, & cui cum iusta fierent, ad sepulchrum usque fuerit comitatus, recenseat, si hoc uel illud hic uir fecisset, utique non perisset: stupide tunc tandem ista commemoras. Non igitur calamitatem, si ob eam te immoderate attollis, propter quam te ingemiscere o detestande conueniret, aliqua in parte ante ciuitati partam inuenietis. ita uero

peris, nusquam q  
 Philippi  
 non ex By  
 Thebis: sed qu  
 in potestate  
 notes, hui  
 & haec ipsa u  
 apimorum,  
 me penas pend  
 quamuis d  
 sumant exor  
 pereterea quoqu  
 cuncta omnibus  
 ut ad conc  
 haec om  
 praeferri  
 quas Philip  
 & legatione, eor  
 neque  
 gesta sunt.  
 sicuti eni  
 eum mercede  
 pro  
 manet. Quo  
 haec atque  
 Post etenim p  
 que ego eg  
 eo tempore,  
 primum qu  
 & omnia qu  
 in moenia pecun  
 rei frumentariae p  
 ac postea c  
 referendae ratic  
 ipsos quider  
 quippe, &  
 & neque  
 Melani furor, ne  
 maxim  
 Atheniensium i  
 id egerint: & q  
 debatus fui, & me ab  
 concesseris, tunc d  
 accusationes effugi  
 populariter pr  
 Haec igitur cum ita  
 nomen imp  
 iuratos: ne  
 Sed Cephalo ill  
 beatum. Sed quid  
 propterea crim  
 polchemum mihi  
 uel persecutum fu  
 quis nota



Ita uerò cogitetis, nusquam quoquo tempore, quo legatus ego à uobis missus fui, inferior recessi legatis Philippi, non ex Thessalia, non ex Ambracia, non ex Illyrijs, non à Thraciæ regibus, non ex Byzantio, non ex alio unquam quouis loco, non postremò hesternæ die ex Thebis: sed quibus in rebus uicti fuere ipsius legati oratione, has res armis cum inuasisset, in potestatem redigebat. Ista igitur à me postulas? & non uerecundaris, quem mollitiâ notes, hunc ipsum petere, unicuique cum sit, Philippi potentia potentior esse debuisse? & hæc ipsa uerbis contendis. Cuius enim alius rei ego dominus eram, non cuiusque animorum, non fortunæ eorum qui in acie steterunt, non praturæ militaris, cuius me pœnas pendere petis, ita immanis es. Atqui quibus rebus orator obnoxius fuerit, earum quamuis disquisitionem aggredere: nõ enim deuito. Quæ igitur ea sunt? Res unde sumant exordium, ut prospiciat, & præsentiat, alijsq; prædicat, hæc à me facta sunt: præterea quoque in qualibet re tarditatem, pigritiam, inscitiam, contentionem, quæ ciuilia omnibus ciuitatibus necessariò insunt uitia, hæc ut ad animum redigat: atque contrà ut ad concordiam & amicitiam, & incitationem opportuna peragendi inducat. Atque hæc omnia à me perfecta fuere: nemoque unquam inueniet aliquid ex his à me fuisse prætermisum. Si quispiam igitur aliquem interroget, quibus modis res plurimas, quas Philippus peregit, fuerit persecutus, omnes utique dicent, exercitu & largitione, eorumque corruptela, qui in rerum tractatione uersabantur. Igitur copiarum neque dominus, neque dux ego eram, ita ut ne ratio quidem eorum quæ per ea gesta sunt, ad me attineat: proinde ne pecunijs corrumpere, hoc Philippum superauit. sicuti enim qui mercari proponit, eum uicisse dicitur qui pecuniam acceperit, si eum mercetur: ita qui pecuniam non accepit, neque corruptus est, eum qui ipsum mercari proposuerat, uicisse dicitur. Quamobrem quantum ad me spectat, ciuitas inuicta manet. Quæ igitur ego præstiti, ut ista de me hic iurè scribere posset ultra, pleraque alia hæc atque his similia sunt. quæ uerò uos omnes nouistis, ista tandem explicabo. Post etenim pugnam è uestigio populus cum nouisset & conspexisset omnia quæcunque ego egeram, in ipso rerum discrimine ipsa que formidine, in quæ me immiseram eo tempore, quo multitudo erga me ingrata non fuerit, mirum quoddam esse uidetur: primum quidem de ciuitatis salute sententias à me dictas suffragijs amplectebatur, & omnia quæcunque custodiæ causa fiebant excubiarum dispositio, aggeres, in mœnia pecuniarum impendium per mea decreta efficiebantur. Deinde cum rei frumentariæ prouidere uellet, me unum ex omnibus populus suffragijs suis declarauit: ac postea cum hi instituisent, quibus cura erat me malè tractare, accusationes, referendæ rationis iudicia, delationes, omnia que ista in me intenderent, non per se ipsos quidem ab exordio, sed per eos maximè qui se absconditos iri putabant. Nostis quippe, & recordamini, quòd priori tempore, quotidie ego in iudicium uocabar, & neque Sosislei dementia, neque calumnia Philocratis, neque Diondæ & Melani furor, neque quicquam aliud his contra me fuit non tentatum. In his igitur omnibus, maximè uerò Deorum beneficio, deinde uestro, ac reliquorum omnium Atheniensium iustè alioquin seruatus fui. idque uerum est, cum & iuramento adacti id egerint: & qui iusta decernere solent iudices, illud cognouerint. Ergo cum delatus fui, & me absolueritis, ac quintam suffragiorum partem accusatoribus non concesseritis, tunc decreuistis, me optimè esse de Republica meritum. Cum uerò accusationes effugi, legitima & dicere & scribere præ me tuli: ubi autem rationes relatas populariter probastis, iustè & incorruptè omnia à me gesta esse confessi estis. Hæc igitur cum ita se habeant, quòd aptum iustum ue erat rebus à me gestis, à Ctesiphonte nomen imponi, non ne quod populum aspexerat imposuisse? non ne quod iudices iuratos? non ne quod ueritatem ipsam, quæ apud omnes erat in confesso? ita ait. Sed Cephali illud pulcherrimum, nullius accusationis reum fuisse, atq; per Iouem beatum. Sed quid magis, qui sæpe reus fuerit, et nunquam iniurius fuisse sit euictus, iurè propterea criminari dandus est? Atqui quoad hunc uiri Athenienses, et illud Cephali pulcherrimū mihi dicere licet, nullam unquam aduersus me accusationem hunc instituisse, uel persecutum fuisse, ita ut abs te agnoscat nihilo ciuis esse Cephalo deterior. ex multis enim quis notare posset ipsius inscitiam et inuidiam, non minus



uerò ex his quæ de fortuna disputauit. Ego quidem in summa, quicumq; homo existat, qui homini fortunam exprobrat, eum prorsus amentem existimo. quam enim aliquis, dum se putet secundis rebus agere, beneficentissimam habere existimat, non nouit, an ea ad uesperum usq; sit duratura, quo pacto licet de hac quicquam differere, uel quo pacto eam alteri obijcere? Quoniam iste præter cætera, eaq; multa & de rebus istis insolenti usus est oratione, considerabitis uiri Athenienses, & intuebitur, quanto uerius & humanius ego de istius fortuna edisseram. Ego quidem ciuitatis fortunam bonam esse arbitror, idq; uideo per Dodonæum uobis & ipsum Apollinē Pythium prædixisse: omnium tamen hominum illam, quæ nunc dominatur, molestam & grauem. Quis enim Græcorum uel Barbarorum non multis malis præsentis tempore tentatus est? quòd ergo præclara decreueritis, atq; quod cum Græci putarent, si nos desererent, se foeliciter acturos, his ipsis nos melius egerimus, ciuitatis bonæ fortunæ illud attribuo: quòd uerò nobis restiterit, ac ne omnia quidem, ut uolebamus, uobis successerint, communis cæterorum hominum fortunæ partem in nos redundantem participasse ciuitatem existimo. Priuatam quidem fortunam meam, & uniuscuiusque uestrum ex priuatis rebus nostris perpendendam fore iurè censeo. Ego igitur, ita dignum puto de fortuna disquiri posse rectè, iustèq; ut mihi uideatur: idq; uobis pariter placere reor, qui priuatam certe fortunam meam communi illa ciuitatis angustiorem esse ait, paruam & malam bona & magna angustiorem esse dicit. & quomodo id contingere potest? Atqui si fortunam meam omnino perquirere Aeschines deliberaueris, ad illam tu ipsius cogitationem dirige: atque si meam tua meliorem inueneris, parce ei maledicere. contemplare igitur quamprimum ab initio, atque meas per louem & Deos, aliquas ineptias nemo reprehendat. Ego quidem, si quis paupertati detrahat, eum mente carere arbitror: neque si quis in diuitijs educatus, ea re gloriari uelit: uerum ab huius importuni maledictis & calumnijs cogor, ut in hæc uerba prorumpam, quibus pro ueritate modestissimè quoad potero utar. Mihi igitur constitit Aeschines, dum puer essem, ut congruentes scholas frequentarem, & ea haberem quæ eum oporteat, qui præ egestate nihil turpe sit acturus. ut certè ex pueris excessi, ut ea aggrederer, quæ ista consequuntur, choragum, nauarchum que agerem, in easq; res contribuere, nulloque munere priuato uel publico destituerer, sed & ciuitati & amicis usui essem. ut uerò ad Rempublicam accessi, mihi uisum fuit eiusmodi munera obire, ob quæ & à patria & à reliqua Græcia sæpe fuerim corona donatus: ac ne uos quidem inimicos, quòd honesta non essent, quæ decreueram, appellare tentauerim. Ego itaque sub istiusmodi fortuna uixi, multa que insuper cum ad hæc de ea dicere possem, præmitto: illud ueritus, ne aliquem molestia afficiam propter istiusmodi iactationem meam. Tu uerò uir grauis, qui cæteros contemnis, ad hanc aspice, qua fueris usus fortuna, propter quam cum puer esses, multa cum inopia educatus fuisti, unà cum patre scholæ incumbendo. Attamen, tum terrendo, subsellia spongia tergendo, & pædagogium uerendo, seruorum, non liberorum puerorum numero habitus: in uirum ut euasisti, matris inuitanti libros legebas, & reliqua præparabas per noctem: ut uires adderes, fricabas, & uinum infundebas: atque inuitatos expurgabas, luto & furfure eos abstergendo: ac cum à purgatione cessares, eos dicere iubebas, Malum effugi, melius inueni. Qua in re te iactare solebas, neminem unquam tam uehementer ululasse. & ego id ipsum existimo. Non enim putetis, quod sic altè ipse pronunciaret, nisi præclare ululasset, interdum quidem cum præclaras ageret per uias saltationes, sceniculo syluestri & populeijs coronis ornatas serpentes pareas appellatas constringebat, ac cum supra caput attolleret, & exclamaret, Euohe, sabœ, & saltando diceret, yes attes, attes yes, Princeps, dux, Picæ uaniq; portitor, & eiusmodi appellationibus à sceminis uetulis uocabatur, cum pro his mercedis loco caperet placentas, sub cineritios panes, mulsaq; esculenta. quas ob res quis ipsum non uere beatum appellet, ipsiusq; fortunam? postea uerò quam inter contribules descriptus fuisti, quo nam pacto id factum fuerit, omitto. Posteaquam inquam descriptus fuisti, continuo illud præclarissimum munus commemorabo, pro inferiore scriba & ministro pedaneis iudicibus cum deserueris. ut aut & ab hoc aliquando destitisti, omnia quæ alijs uitio uertis, ipse cum peregisses, non coinquinasti per louem



perlouem quicquam eorum quæ prius egeras, posteriore uita: sed cum te ipsum locasses raucis illis sic appellatis actoribus, Simmyccæ & Socrati, tertias partes agebas, ficus, racemos, ac oliuas colligendo uelut pomorum mercator ex prædijs alienis: quas ob res plures plagas accepisti, quam in his prælijs, quæ uos pro salute committere solebatis. perpetuum enim uobis bellum erat & implacabile cum spectatoribus, à quibus multa uulnera recepisti, meritò huiusmodi periculorū expertes uelut timidos carpis. Verùm ut ab his recedam, ex quibus quis posset egestatem tuam reprehendere, ad eas quæ tui moris sunt, accusationes deuenio. sub ea enim specie regendâ Rempubicâ desumpseras, quoniam et id ut faceres, iam tibi in mentem uenit, sub qua cum patria sceleratè ageret. leporis uitam uiuebas, timidus, & tremebundus, ac semper expectans, ne ob ea cadereris in quibus conscius eras te iniurium fuisse: at quibus in rebus ceteri male egissent, fidens esse ut ab omnibus conspicereris. Porro quicumq; millibus ciuiū interfectis exultauit, is, iuri conuenit, ut à superstitionibus malè tractetur. Pleraq; igitur alia cum de ipso dicere possim, prætermittam. non enim quæcunque ostendere possem huic turpia inesse & uituperabilia, omnia opportunè dici posse existimo, sed illa quæ sine meo dedecore dici possunt. Disquire igitur illa inter se conferendo, quæ tibi & mihi in uita constiterunt, æquo alioquin animo & non infenso ô Aeschines. Deinde hos rogato, cuius nostrum fortunam ipsorum quisq; deligeret. Elemēta docebas, ego discebam: initiabas, ego initiabar: choream agebas, choreæ impensam ego subministrabam: scriba eras, ego concionator: tertias partes agebas, ego spectator eram: cecidisti, ego exsibilauit: pro hostibus omnia in Republica egisti, ego pro patria. reliqua omitam. Verùm hodierna die ego quidem, ut corona honestè, cōtendo: quod nullum autem crimen admiserim, cōstitutum habeo. Tibi quidem illud constat, te manifestò calumniatorē esse. periclitaris enim, siue illud adhuc facere cogaris, siue desistas, ne quintam suffragiorum partem reports. bona non ne uides fortuna cum uiixeris, quod meam ueluti malam accusas? Age iam, & munerū testimonia, quæ obiui, uobis perlegam omnia. At te xē iam nobis et tu uersus, quos decorasti:

*Adsum profectus è profundis manibus Noctisq; portis.*

Atque me inuitum mala nunciare nosti, te que malum Dijs maximè deinde & hi omnes malè perdant, iniquus ciuis cum sis & proditor, abiectus que actor. Recita testimonia. **TESTIMONIA.** In rebus igitur ciuitatis administrandis talis fui, in priuatis quidem quamuis non omnes noscatis, quòd amicis expositus comis que fuerim, & egentibus opem tulerim: illud tamen silentio prætereo, neque aliquid exprimerem, neque his de rebus aliquam testificationem afferrem, neque etiam si aliquos ab hostibus redemerim, neque si illorum filias aliquibus in matrimonium collocauerim, neque si quicquam istiusmodi fecerim: ita enim in animo constitui. Ego existimo eum qui beneficia acceperit, per omne tempus memorem esse oportere: illum autem qui beneficia contulerit, quamprimum eius rei obliuisci, si hunc probi uiri, illum non pusilli animi officium oporteat exercere. Propria uerò benefacta suggerere et commemorare si quis uelit, is parum abest, similis que ei est, qui beneficia exprobrat. Non iam aliquid eiusmodi agam, atque eò adducar: sed utcunque de his antè constitui, illud mihi satis est. Volo quippe à priuatis recedendo, hoc amplius pauca quædam de rebus publicis uobis dicere. Siquidem potes Aeschines aliquem hominem, qui hanc lucem intuetur, proprio nomine signare, qui damnum non senserit ex Philippi tyrannide prius, deinde Alexandri, siue is Græcus siue Barbarus existat, do, concedo tibi, meam siue fortunam, siue miseriam mauis appellare, rerum omnium causam fuisse. Quod si plerique ex his qui me nunquam uiderunt, neque uocem meam audierunt, multi et multa grauiâ passi furere, non sigillatim solum, sed & ciuitates generatim ac populi: quanto iustius & uerius omnium, ut uideatur, communem fortunam, ac quendam rerum euentum difficilem, nec quem oportebat, harum rerum causam fuisse putandum est: Tu igitur ista omittas, neq; de his quæ in Republica administranda tractauit, apud istos accusa: atque illud intelligas, quod si nō omnia maledicta, at saltē aliqua eorū pars ad omnes pertinet, & ad te maximè. Si etenim ego ex memetipso, quasi neminem superiorē haberem, de rebus ipsis consilium cepissem,

cepissem,



cepissem, uobis reliquis oratoribus liceret me reprehendere: ac si in omnibus concionibus aderatis continuo, in publicumque ciuitas utilitatem suam proposuerat considerandam, omnibusque ista tunc uidebantur optima esse, tibi que presertim: non pre beneuolentia quidem ista mihi concedebas, propter spem, gloriam, & honorem, quae omnia his inerant, quae tunc a me gerebantur: sed a ueritate ipsa uidelicet uictus. & cum nihil melius haberes, quod dicere posses, cur non iniustus es accusator, & delinquis, cum istis nunc ea obijcias, quibus tunc non poteras dicere meliora? Apud reliquos igitur ego quidem uideo omnes homines id eiusmodi esse constitutum & definitum. aliquis ex proposito iniuriam infert, in hunc indignatio & uindicta exercetur: quidam peccauit iniustus, pro uindicatione uenia huic conceditur. neque iniurius aliquis fuit, neque peccauit, sed in ea se tradidit, quae omnibus utilia esse uisa sunt, in omnibus non prosperè egit: neque uituperare, neque contumelia afficere hominem eiusmodi iure conuenit, sed est condolendum. Apparet igitur haec omnia ita constare non solum ex legibus ipsis: sed & ipsa natura scitis, scripto non comprehensis, & humanis moribus ista definiuit. Aeschines itaque caeteros homines usque adeo superauit immanitate, & calumnia, ut & quas ipse uelut calamitates commemorauit, & has ipsas mihi impingere uelit. Ac praeter caetera quasi ipse candidè & beneuolè omnia loquutus esset, me obseruandum, & custodiendum fore praecipit, ne seducam & decipiam, eloquentem & prestigiatorem ac sophisten, aliisque istiusmodi nominibus me appellando: ueluti si quis alio prior ea dixerit, quae ipsimet insunt, & haec quae ita se habent: ac quod non sint praeterea cogitaturi auditores, quis aliquando is sit, qui ista dixerit. Ego quidem noui, quod omnes istum cognoscitis, atque huic magis quam mihi ista inesse putatis. illudque probe scio, quod eloquentiam meam: concedo enim id ipsum. Equidem uideo facultatem dicendi magna ex parte in auditorum esse potestate. ut enim uos dicentes admiseritis, ac sicut erga quemque beneuolo animo fueritis, ita is qui dicit, sapere uidebitur. Si igitur aliqua in me est eiusmodi dicendi exercitatio, hanc omnes inuenietis in rebus publicis pro uobis semper fuisse expensam: aduersus uero uos nunquam. sed ne priuatim quidem. Hanc porro istius dicendi facultatem contra inuenietis, non solum quia pro hostibus orauit, sed & si quis aliqua in re eum laesit, aut certe quia in publicarum rerum perniciem uos decepit. ipsa enim non iure, neque in ea quae sint in Republica utitur. neque enim iram, neque odium, neque aliud quicquam istiusmodi honestum probumque ciuem ab his iudiciis, qui foris pro rebus publicis adeunt, petere conuenit, ut sibi adijciant, neque pro his rebus uos adire: sed naturam ab istis maxime habere alienam. quod si id necesse est, ut aequum modestumque se exhibeat: quibus igitur in rebus Reipublicae administratorem & Oratorem uehementem esse oportet? quando de summa rerum agitur, periculumque immineat ciuitati, & cum aduersus hostes aliquid populo constet. in his inquam. haec enim generosi probique ciuis sunt. nullius uero publici unquam criminis, adiungam & id, ne priuati quidem poenam a me sumendam fore, qui minime petierit, uel ciuitatis, uel sui ipsius causa. Nunc uero struat accusationem coronae & praconij, & pro ea re in medium prodeat, ac tot uerba in id consumpserit, priuata cuiusdam simultatis & inuidiae, ac pulilli animi existit in iudicium, & nullius bonae alioquin rei, quod certe ipse mecum contentione habere noluerit: nunc autem tendat aduersus istum, id omnem superat malignitatem. At mihi quidem uideris Aeschines ex his uerbis iactationem quandam, quod uocalis esses, facere uoluisse, proptereaque hanc controuersiam mouisse, non ut alicuius delecti poenam sumeres: id enim orationis genus non est Oratore dignum, o Aeschines: non uocis sonitus, sed in idem cum populo consensisse: illudque insuper, ut eisdem odio habeat, & amet, quos et patria ipsa. qui eo enim animo fuerit, is omnia cum beneuolentia dicit: ille certe, qui eos a quibus ciuitas prospicit aliquid sibi discrimen intendi, reuereatur, cum populo pro patria non consentit. neque igitur, ut ab ea defendatur, illi sperandum esse necesse est. Sed uides. Ego illa eadem cum istis quae conferrent, delegi, ac nihil excepi, etiam pro meo proprio commodo. Igitur neque tur & quo pacto, qui continuo post pugnam legatus proficiscebatur ad Philippum, qui fuit earum quae tunc patriae contigerunt, calamitatum autor: cum tamen ista negasses, te toto priori tempore alicui usui Philippo fuisse, ut omnes nouerunt. Atqui quis ciuitatem decepit? non ne qui ea non dicat, quae sentit? non ne ob

...præco ta  
 ...expirere p  
 ...deinde te  
 ...qui sis: a  
 ...non re  
 ...turando, r  
 ...impingere  
 ...pugna  
 ...uendicabas an  
 ...locales ea uerb  
 ...Pfaltrix:  
 ...uerum conc  
 ...in ipsis r  
 ...mali maledicis,  
 ...enim in r  
 ...conditioe  
 ...populus su  
 ...prout ipsar  
 ...licet ber  
 ...nec que  
 ...impudè  
 ...contum elijs  
 ...tibi e  
 ...promptitudi  
 ...gentibus:  
 ...igitur, qui  
 ...ant, ho  
 ...Deinde, si decere rati  
 ...esset, neq  
 ...neq qu  
 ...calamitate, una c  
 ...honestari debe  
 ...sed qui animo o  
 ...nequaquam. propter  
 ...uero pare  
 ...sed cum ope  
 ...sicut & reliq  
 ...Quisq; enim alteri gen  
 ...nemo me erat  
 ...intererat, is, c  
 ...particeps:  
 ...decreu  
 ...esse, ac ho  
 E I  
 Qui patrie conse  
 Interuont q; uobis  
 Pergando summa uir  
 Et palmam uice pr  
 Genu Caracorum, m  
 Seruati daco subde  
 Exsuperum fato, tent  
 Accipit eni gremio  
 Nil peccare Dei est, f  
 Sed tandem Parcae



non ne ob rem iurè præco tali imprecatur: quod nam maius quis peccatum aduersus uirum Oratorem exprimere posset, quàm quòd non eadē & sentiat, & dicat: Tu igitur talis detectus fuisti: deinde tu uociferas, & in istorum ora aspicere audes: An non putas ipsos agnoscere, qui sis? aut credis quòd sopor, & obliuio tam altè omnes cōprehenderit, ut uerborum non recordentur, quæ in conspectu populi pro cōcione iactabas obtestando, & iurando, nullius rei cum Philippo tibi esse cōmercium? sed me tibi calumniam istam impingere priuatæ similtatis gratia, cum alioquin uera non esset, posteaquàm celerrimè pugna renunciata fuit, ad nihil istorū aduertendo quamprimū profitebaris, & uendicabas amicitia & hospitalitatē tibi cum eo esse, cum ad eam rem operam tuam locasses ea uerba trāsferendo: ex qua porrò æqua aut iusta causa ô Aeschines, Glaucotheæ Psaltriæ filio hospes, uel amicus, aut notus fuerit Philippus, ego quidē non cerno. uerūm conductus fueras, ut quæ istis utilia essent, interuerteres: at tamē cum ita apertus in ipsis rerū euentis proditor tenearis, & aduersus te ipsum accusator euaseris, mihi maledicis, & ea exprobras, quorum omnes potius q̄ me, authores esse inuenies. multis enim in rebus, honestisq; & magnis ciuitas ô Aeschines, & profecit, & ad meliorem conditionem per me deuenit. quas ob res ingrata non extitit: indiciōq; est, quòd cum populus suffragijs creandum delegisset eum, qui orationem haberet pro defunctis, prout ipsarū rerum euentus tulissent, te ad id nō designauit, cum tamen te proposuisses, licet bene uocalis esses: non Demaden, qui paulo antè pacē fecerat: non Hegemonē, nec quenquā alium è uobis, sed me. Atque cum tu, & Pythocles unā prodississetis, & impudētes, ô Iupiter & Diij, & eadē mihi uitio uerteretis, quæ & tu ad presens, ac contumelijs afficeretis, hoc melius me constituit. Causam profectò non ignoras, ueruntamen tibi eam ego explicabo. utrumq; enim ipsi notuerant, & meā beneuolentiam, ac promptitudinem, qua res tractaueram, & uestram iniquitatē. quæ enim rebus prosperè agentibus iureiurando negabatis, ista cum respublica labefactata fuit, confessi estis. Eos igitur, qui in cōmunibus calamitatibus ea quæ sentiebant, impunè proponenda sumebant, hostes quidē iam diu, tunc uerò ipsis palàm factos esse duxerunt. Deinde, & decere rati sunt eum qui tunc dicturus pro defunctis, & illorum uirtutem exornaturus esset, neq; cōtubernalem, neq; sodalem eorum fuisse, qui aduersus eos in acie stetitissent, neq; qui illic indecoris saltationibus & cantilenis indulgisset in ipsa Græciæ calamitate, unā cum eis qui proprijs manibus cædem patrauerant, cū huc redississent, eos honestari debere: neq; eos qui uoce illorum fortunam lugendā esse fictè sumpsissent, sed qui animo condolerent, id in se ipsis ac in me esse aspiciabant, in uobis uerò nequaquam. propterea me delegere, & non uos, ac non populus ad eum modum, defunctorum uerò parentes, & fratres, qui à populo ad sepulchra attollebantur, non eodē modo, sed cum opus esset, ut epulum uelut penes mortuis propinquo-rem ipsi peragerēt, sicut & reliqua huiusmodi fieri consueuere, illud apud me fecerūt: et merito. Quisq; enim alteri genere magis quàm ego propinquus erat. qui uerò omnibus communiter, nemo me erat propinquior. cuius enim, ut illi seruarentur, & feliciter agerent, maximè intererat, is, cum illi ea passi fuissent, quæ non debuerant, plurimi mœroris supra omnes particeps fuit. Recita ipsi illud Epigramma, quod publicè ciuitas ipsis inscribendū fore decreuit, ut uideas Aeschines, & in hoc ipso te ipsum perfidum & calumniatorem esse, ac hominem perditum. Recita,

## EPIGRAMMA.

Qui patriæ causa pugnas iniere decoras,  
 Fuderuntq; hostis iurgia & arma sui,  
 Pugnando summa uirtute, & robore belli,  
 Hi palman uitæ præposuere suæ,  
 Gloria Græcorum, mori uoluere prius, quàm  
 Seruitij duro subdere colla iugo:  
 Ex superum fato, tantos miserata labores  
 Accipit eni gremio patria grata suo.  
 Nil peccare Dei est, felixq; peragere cuncta:  
 Sed tandem Parcam uincere nemo potest.

YY Audis



Audis Aeschines & in hoc ipso Epigramate, quod in nullo peccare, Deorum est, & omnia recte agere? Non consultori preliatores animandi potestate attribuit. quid igitur o sceleste, mihi ob ista maledicis, ac ea dicis quae in tuum, tuorumque caput Diu uertant. Multa igitur, uiri Athenienses, alia cum ipse fuerit criminatus, & reprehenderit, unum maxime omnium admiratus fui, quod cum casus Reipublicae commemoraret, quod non beneuolo animo, neque ut iustus ciuis commotus fuerit. Neque enim in luctu fuit, neque quid eiusmodi animo sustinuit. uerum cum uocem attolleret, & exultaret, ac tremulo gutture gestiret, existimabat me uidelicet accusare. Indicium uero aduersus se ipsum extulit, quod in molestis Reipublicae casibus, nihil item cum ceteris mouebatur. At qui eum qui legum, & administrandae Reipublicae se curam gerere praese fert, uelut nunc iste, ac si nihil aliud, illud certe habere necesse est, eisdem de rebus moerere, ac eisdem de rebus cum ceteris laetari, & non sub proposito administrandae Reipublicae a parte hostium stare: quod tu praesenti tempore fecisse conuictus es, cum tamen me omnium causam, & propter me in discrimina ciuitatem incidisse affirmes, cum non tempore, quo ad Rempublicam accessi, neque ex consilio meo uos coeperitis Graeciae auxilia ferre. uerum enim si illud mihi a uobis concederetur, uos tantum consilio meo dominatui, qui aduersus Graeciam struebatur, restituisse, maiori munere afficiendus essem, quam ceteri omnes, quos decorastis. At ista neque ego dicerem, uobis enim iniuriam inferrem: neque uos, probe noui, illud permetteretis, isteque si iure agere uoluisset, simultatis gratia, quam in me habet, magnitudini & celsitudini rerum a uobis gestarum non detraxisset, neque eas dedecorasset. Sed quid ista redarguo? cum alia multa indigni ipse detulerit, & fuerit ementitus: quippe qui, quod a Philippo, & starem, o tellus & Diu, criminatur, quid iste non asseueraret? Atqui, per Herculem, & omnes Deos, si pro ueritate res considerare debemus, neque mentiri, ac inimico animo aliquid asserere, immo istud de medio auferendo, quotcumque reuera sunt ad quos iure, meritoque factorum culpam, in eorumque caput omnes referrent, hos huic per similes in qualibet ciuitate quis posset reperire, non mihi, qui quando infirme erant res Philippi, ac modicae ferre, cum nos saepe praediceremus, & moneremus, optimaque suaderemus, priuati cuiusdam uilisque lucri causa, quae Reipublicae conferrent, abiicere: cum singuli eos qui ciues habebantur, subducerent, & deprauarent, quousque in seruitutem redegerunt, Thessalos Daochus, Nyceas, Thasideus: Arcades Cercidas, Hieronymus, Eucalpidas: Argiuos Myrtis, Teladamus, Mnaseas: Elienses Euxitheus, Cleotimus, Aristhechmius: Messenios filij Philidae, Deorum hostis, Neon scilicet & Thrasylachus: Sicyonios Aristratus, Epichares: Corinthios Dinarchus, Demaratus: Megareses Ptaodorus, Helixus, Perilaus: Thebanos Timolaus, Theogiton, Anemetas: Eubaeenses, Hipparchus, Clitarchus, Sofistratus. Deficiet me dies proditorum nomina recensentem. Hi omnes sunt, uiri Athenienses, qui eisdem decretis in eorum patrijs, quibus & isti apud uos, homines scelesti, assentatores, furiae, ac quorum quisque suas ipsorum patrias cum mutilas reddidissent, libertatem Philippo primum, deinde Alexandro supposuere, uentre ac Venere felicitatem dimetiendo: libertatem uero, & quod neminem in eorum dominium admittent, quae apud priores Graecos finitiones quaedam beatitudinis & leges habebantur: postposuere. Huius igitur ita detestandae ac uulgaris coitionis, & peruersitatis, magis autem, uiri Athenienses, proditoris, si nugandum non est, Graeciae libertatis, & ciuitas apud omnes gentes culpa caruit ex meis Reip. administrationibus. & ego apud uos. Deinde me rogas, pro qua uirtute me petam honestari? ego iam tibi id explico: quonia omnes, qui rebus publicis apud Graecos praesidebant, eum subornati fuissent, a te exordio sumpto, prius quidem a Philippo, nunc uero ab Alexandro, me neque occasio, neque uerborum comitas, neque promissionum magnitudo, neque spes, neque timor, neque gratia, neque quicquam aliud distinuit, neque adduxit, ut quae iudicari aequa, & patriae utilia, aliquo modo traderent, neque quaecumque in consilio decreui, quoquo tempore eisdem itidem uobis, uelut in trutina penderent, ad questum declinando consului, sed recto equoque ac incorrupto animo omnia a me gesta fuere. sed cum res maximas, quantas, qui mecum per ea tempora erant homines, praemanibus haberent, ea omnia recta equaque ratione administraui, proptereaque postulo me honore affici. Muri porro munitionem istam, quam mihi obiectabas, & exaggerationem



rationem dignas certè gratia & laude iudico. qua uerò ratione non: Plurimi quãuis, ea quæ à me ipso in administranda Republica gesta sunt, faciam. Non enim faxis ciuitatè sepsi, neq; lateribus ego, neq; pro his mihi ipsi nimium arrego: sed si operã meam equabiliter perpendere uolueris, inuenies arma & ciuitates, et loca et portus, & naues et magnum equorũ numerum, ac qui pro his pugnarent. Hec ita ego obieci ad Atticę propugnaculum, quoad humana ratione fieri potuit, atq; istis mœnibus regionẽ muruui, non Piræci circuitum solum, non ciuitatis. Neq; uictus fui ego consilijs Philippi, quinimmo id multum abest: neq; belli apparatus, sed sociorum duces & copiæ sorte quadam. Quæ rerum istarum argumenta existunt: Clara atq; perspicua. Aduertite profectò quid facere oportebat beneuolum ciuem, quid eum qui omni prouidentia, promptitudineq; & animi equitate pro patria Reipublicæ administrandæ incumberet: non ne ut ab ora maritima Eubœam ante Atticam opponeret: Ex parte quident mediterraneę, Bœotiam. A locis quidem, quæ uergunt in Peloponnesum, huic finitima: non ne ut frumētaria inuectio, ut amicissimè in Pyraũ usq; deferrent, prouideret: ac eorum qui socij existeret res seruaret, auxilia mittēdo, taliaq; dicēdo, & decernēdo, Procōnesus, Cherrhonesus, Tenedus, ut amicæ, sociæq; essent, efficeret: Byzantiũ, Abydum, Eubœã, ac maximas quasq; quę hostibus cõstarent, potentias abalienaret: & quæ ciuitati deessent, ea adiūgeret: Hæc igitur uobis omnia gesta sunt meis decretis, meisq; in Republica gubernationibus: quæ & deliberata, uiri Athenienses, si quis citra inuidiam aduertere uoluerit, rectè inueniet, omniq; cum moderatione perfecta, & cuiusq; rei opportunitatē à me nō prætermittam, nō ignoratã, non traditã, ac nihil eorum quæ ad unius uiri potestatē & ingeniũ pertinere potuerunt, abfuisse. quòd si Dei cuiuspiam aut fortunæ uis quædam, siue ducum nequitia, aut eorum improbitas, qui ciuitates uestras prodiderūt, aut ista omnia cõiuncta res cunctas uastarunt, quousq; eas subuerterūt. cur Demosthenes iniurius habetur: siquidem qualis ego apud uos fui, ex eodemmet ordine uel unus in unaquaq; Græcarum ciuitatum uir extitisset, seu magis si uirum Thessalia solum, itēq; alterũ Arcadia habuisset, qui ista, quàm ego, sapere potuisset, nemo Græcorũ nec intra nec extra Pylas præsentia mala expertus esset: sed omnes cum libertate gauderēt & suæ potestatis essent, omni cum tranquillitate, tuto, feliciter suas ipsorum patrias incolerent, talis tantæq; beatitudinis uobis ac reliquis Atheniensibus propter me gratias habēdo. Ut cernatis quòd factis pauciora uerba facio, ut absit inuidia, recita mihi ista, et lege, sumendo numerũ auxiliorum missorum, ex meis decretis. **AUXILIA EX MEIS DECRETIS.** Hæc & eiusmodi agere ô Aeschines, honestum probumq; ciuẽ decet. quibus prosperè succedentibus ô terra & Diij, inter maximos sine controuersia constitit eum esse, iureq; conuenit. Ut uerò aliter euenerint, quòd itaq; probetur, superest: & nulla in re ciuitatē abieciisse, ipsiusq; uoluntatem, sed fortunam esse uituperandam. quæ res ita dijudicat, non per louem, quòd ab his quæ ciuitati conferrent, refugerit, se ipsum hostibus diuendendo, opportunitates pro inimicis captauerit, cum pro patria debuisset: neq; quòd agrè tulerit, dum res ciuitate dignas diceret, & decerneret, in istisq; maneret, sufferre, si quis priuatim aliqua in re molestia affecerit, illud recordetur & memoria seruet, neq; quietē agat, dũ uelit esse iniurius & dolosus, ut tu plerunq; facis. est quidẽ iusta quies, ciuitatiq; conferens, quam multi ciues è uestro ordine simpliciter agunt. sed non istam hic agit quietem, immo uerò multũ abest: ac cum ei uisum fuerit, à Repub. recedit, idq; sepe ei uideatur. obseruat si quando eius qui continuas conciones habuerit fastidio estis repleti, uel si quid aduersi à fortuna obuenerit, aut quid aliud molesti obtigerit: multa enim sunt quæ humanitus eueniūt. deinde in hoc ipso tẽpore uelut turbo ex quiete profilit, & agitata uoce, uerbisq; & dictionibus collectis, ea dilucida quadam, & sub uno spiritu expressa oratione connectit, cum nulli alioquin sint usui, nec ullo modo profint, damnum porrò ei ciui cui fors dederit, communeq; dedecus afferant. Ceterum ab hac exercitatione atq; studio ô Aeschines, si id ab æquitate animi procedebat, & qui publicam utilitatem præscriberet, fructus par erat, generosos & honestos, ac qui omnibus proficerent, prouenire, societates ciuitatum, copiam rerum, nundinarum constitutionem, legum legitimarum lationes, aduersus eos qui hostes detecti essent impedi-







baris. ego fateor imbecillus eram, sed uobis magis erga istos beneuolus. Hæc duo, uiri Athenienses, cuius natura modestus habere debet: ita enim à me de me ipso dicente quàm remotissimè ab inuidia narrabitur. In magistratu, ut generosi & principis uiri uoluntatem erga ciuitatem retineat: reliquis uerò temporibus, & actionibus beneuolentiam. huius enim rei natura domina est. Quod autem quis potèntiam habeat, & uires, ab alijs rebus est. hanc igitur apud me in summa remansisse inuenietis. Videte quæso, non cum reus postulatus fui, nò cum Amphictyonica iudicia in me intenderunt, non cum minis insecuti fuere, non cum detulere, non cum hos detestandos ueluti feras bestias in me impulerunt, ullo modo beneuolentiã erga uos deserui. ab initio enim quàm primùm rectam iustamq; Reipub. administrandæ uiam delegi, honorem, potentiam, gloriam patrie excolendo, ea augendo, & cum ipsis manendo. nò enim ob quorundã secundam fortunam alacer ego & exultans forum circumeo, dextram protendendo, nuncium illis dicendo, quos illuc putem esse renunciaturos: prosperos ciuitatis euetus cum horrore non audio, & suspirando, ac oculos ad terram demittendo, quemadmodum hi impij faciunt, qui ciuitatē quidem carpunt, ueluti seipsos non carpant: cum id agunt, foras aspiciunt, & si Græciæ calamitate illata alter feliciter agat, ista laudanda putat: & quo pacto per omne æuū ea durent, procurandū esse censent. Ne dii omnes, quisquam uestrum ad hæc annuat: sed illud potius, animum meliorem & mentem illis immittite. quod si ita sint insanabiles, hos ipsos ex se detestabiles & execrãdos terra mariq; reddite. Hos certè, reliquos ab impendenti timore liberate, certamq; salutem concedite.

DEMOSTHENIS ORATIO DE E-  
MENTITA LEGATIONE, INNO-  
minato interprete.

**A**eschines uir erat Atheniensis, Atrometi filius & Glaucotheæ, amborum ignobilium, ut ait Demosthenes. hunc enim literas docendo, illam uerò purgando, ac ceremonias quasdam non satis honestas inuitando, uitam inquit traduxisse. Traditur & Aeschines ipse etiam Tragediarū actor, et scriba ciuitatis fuisse: quod erat uile quoddam ministerium. postea tamen unus ex oratoribus euasit, & de pace legationem ad Philippum obiuit. Cum etenim Athenienses bellum gererent cum Philippo pro Amphipoli, multaq; indigna ipsi passi fuissent, nihilq; memoratu dignum agerent, persuasi sunt, ut legatos mitterent ad Philippum pro pace. emittunt quidem X numero legatos, inter quos Aeschines & Demosthenes erant, cumq; fœdera admisisset Philippus, rursus secundo loco hi ipsi legatos agunt, ut pacis iuramenta reciperent. atque ob res istas, ex tribus Demosthenes desert Aeschinem, quod cum Philocrates pacem cum ignominia & detrimento Reipublicæ protulisset, & rogasset, ei patrociniū impenderit. quòd tempora subtraxerit: qua ex re accidit, ut Thracia diriperetur. quòd mendacia Atheniensibus retulerit: à qua re illud fuit, ut Phocenses euerterentur. eum dixisse ait, quòd Phocenses Philippus non popularetur. quod cum uos credidissetis, genti opem non tulistis. inquit autem, hæc omnia preciodonisq; corruptum Aeschinem commisisse. Statum causæ de substantia esse dicimus, & propterea coniecturabilem. incitatio cõtentionis fertur fuisse ob Timarchum Demosthenis amicum, quem infamia notauit Aeschines, dum eum accusasset inhonestæ uitæ, quòd ad Pittalacū inquit auium ludi magistrum uenitaret. speciosus cum esset, ut auium pugnas spectaret: huncq; corruptum, illum corruptorem fuisse.

ALIUD ARGUMENTVM INCERTI AVTORIS  
in eandem.

Bellum paruum conflatum fuerat inter Philippum & Athenienses, ex quo tempore transgressus fœdera, quæ cum ipsis habebat, ab Olynthijs Amphipolim accepit, quæ ciuitatis possessio erat. & quando socij defecerant, hæc ipsa sub Olynthijs erat. Ortum est etiam alterum bellum inter Phocenses, & Thessalos, atque Thebanos: cum Thessalis quidem de templo Pythij Apollinis, cum Thebanis uerò de Orchomeno & Coronea. Id enim ex historia patet, quòd duas ciuitates Thebanis uicinas abripuerant: Thessalis autem expulsis, Amphictyoniam: quippe cum in media Phocide sacra Delphica constituta essent. Postea uerò quàm diutius inter se pugnasent Athenienses & Philippus, pacem postremò facere ambo desiderabant. sed existimabant hoc dedecus habere, pacem uter ipsorum prior proponeret. Aristodemus autem, & Neoptolemus, histriones actores que Tragediæ erant. hi ob suam professionem licentiam habebant, & potestatem quocunque uellent proficiscendi, etiam ad hostes. Cum igitur hi Macedoniam petisissent, suam artem ostentauerunt. ac tunc Philippus eos benignè excepit, ut præter alias pecunias, etiam ex suis ipsis erogarit. Cum que intelligeret



Phocenses, Theſſalos, & Thebanos legationes ad ipſum miſſuros, uoluit Athenienſes circumuenire. hocq; prætextu arrepto, dimiſiſt Aristodemo & Neoptolemo eis aiebat, Amicus ſum Athenienſibus. Rurſus euenit, ut quid eiſmodi ſuccederet. Phrynon quidam Athenienſis cum receſſiſſet ludis Olympicis decertaturus, uel ut illos ſpectaret, captus fuit tempore nouilunij à quibuſdam militibus Philippi, omnia que ſua ei ablata fuere: & cum ueniſſet Athenas, Athenienſes rogabat, ut ipſum crearent, & legatum eligerent, ut ad Philippum profectus, ab eo ſua recuperaret, quibus fuerat ſpoliatus. Ob id que perſuaſi Athenienſes, illum & Cteſiphontem legatum designauere. Cum que ij in Macedonia perueniſſent, Philippus eos perhumanè hoſpicio ſuſcepit, uſque adeo, ut ea quæ ab eis fuerant per milites aſportata, reddiderit, alia que inſuper ex ſuis donauerit, necnon excuſationem eam protulerit, quod milites ignoraiſſent, eo tempore nouilunium fuiſſe. Atque hiſ iſtis rurſus illud idem proponebat, ſe eſſe Athenienſium amicum. In Atticam iſti cum reuertiiſſent, eadem quæ ceteri nunciarunt. Athenienſes iſta cum audiſſent, dignoſcere uoluerunt, num re uera Philippus pacem cum Athenienſibus facere uellet, & ea de cauſa decem legatos elegere. Sunt autem hi, Cteſiphon, Aristodemus, Iatrocles, Cimon, Nauſicles, Dercyllus, Phrynon, Philocrates, Aefchines, & Demosthenes: hoſ que mittunt in Macedonia, ut uideant, an uerè Philippus pacem componere uelit: quod que ſi ita eſſet, ut legatos ab ipſo ſecum ducant, qui iuramenta accipiant. Hi decem legati cum abiſſent, inter quos unus erat Demosthenes, & reuerſi fuiſſent, ſecum tres Philippi legatos Athenas adduxere, Antipatrum ſcilicet, Parmenionem, & Eurylochum, qui ab Athenienſibus iuramenta reciperent. Dum autem & Athenienſium ſocij conuenerent, ea uidelicet de cauſa, ut & ipſi iuramenta acciperent, tempus præteribat. Demosthenes itaque cum Philippi ingenium cognoceret, utpote qui perpetuus eſſet direptor & uexator, Athenienſes hortatur, primo quoque tempore legatis Philippi ut iuramenta exhibeant, etiamſi Cerſobleptes non adeſſet. Dicebat enim Demosthenes, Cerſobleptem iuramenta præſtaturum fore, quo tempore Thraciam peterent. Sciendum autem eſt, quod Demosthenes in ſecundam legationem profectus non fuit, tali de cauſa. Cum enim primam legationem obiuiſſet, quosdam in Macedonia inuenit ex Athenienſibus captiuos, hiſ que pollicitus fuit, ſe proprijs pecunijs ipſos redempturum fore: id tamen facere non poterat, niſi ſub nomine legati. Dicebat autem, Athenienſibus que conſulebat, eſt Republica fore, ſi legati nauibus obirent, ut quippe celeriter appellerent: ac ubicunque Philippum intelligerent morari, eò ut proficiſcerentur, ibi que iuramenta acciperent. iſti uerò cum non obtemperaiſſent, pedestri itinere abiere. Et cum in Macedonia perueniſſent, tres meſes integros ibi moram traxere, donec Philippus multis Athenienſium oppidis ſubugatis rediiſſet, inter quæ etiam Cerſobleptes in poteſtatem redactus fuerat. & cum Philippus regreſſus fuiſſet, non eſt ueſtigio iuramenta præſtitit, uerum illa diſtulit, quouſque expeditionem aduerſus Phocenses parauit, licet Phocenses legationem ad ipſum miſiſſent de bello componendo. Ac cum Philippus aduerſus Phocenses egreſſus eſſet, atque adeo illis in templo iuramenta offerre deberet, illa in diuerſorio exhibuit, dum ita diceret, foedera in eo cum Athenienſibus, Athenienſium que ſocijs, Alenſibus, & Phocenſibus exceptis. dicebat enim, quod Alenſes hoſtes erant Pharſaliorum, qui eius erant amici. Cum Phocenſibus autem, aiebat, non paciſcor, quando quidem in templum Apolliniſ impiè ſe geſſerunt. Cum igitur ſecunda legatio in Atticam rediiſſet, Demosthenes ſe oppoſiuit, inquiens, Quæcunque à Philippo decreta fuere, mihi non placent. Aefchines quidem dicebat, Philippum iſta palam dixiſſe, ſibi uerò ad aurem loquitum eſſe: quod ex eo dixiſſet, præter Alenſes & Phocenses, ne ſcilicet Thebani id reſciſcentes cauere. ipſos enim, dicebat Philippus, ego aggreſſus euer tam, hoſ autem ſeruabo. Athenienſes cum Aefchini fidem præſtarent, tertiam legationem deſtinarunt, dum ſcire uellent, an Philippus, quæ ab Aefchine relata fuerunt, ſeruaturus foret. At Demosthenes iuramento firmavit, neque ſe eam legationem obiturum, neque ei communicaturum, quocunque modo bene an malè ea legatio cederet. Ac dum Aefchines timeret, ne Demosthenes, ſi domi maneret, auxilium Phocenſibus mittendum fore ſuaderet, finxit ( ut ait Demosthenes ) ſe aduerſa uale tudine laborare, ob idq; Aefchines frater, qui dicebatur Eunomus, dum ſecum medicum haberet, uenit in ſenatum, iurauit que Aefchinem morbo laborare, propterea populus Athenienſis ipſum Eunomum, loco ipſius legatum creauit. Cum que hi legati abiſſent, in Eubœam que perueniſſent, audierunt Philippum Phocenses in ditionem ſuam redegiſſe: atque ex eo dedecore affecti, reuerſi fuere. Ea autem tertia legatio dum in Atticam regreſſa eſſet, Aefchines ſponte ſua, & iniuſſu ſenatus ( ut inquit Demosthenes ) legatus profectus eſt ad Philippum. Sciendum autem eſt, quod quilibet ex legatis poſt geſtam legationem rationes reddebat. Prima que legatio adeo rectè rationes reddidit, ut Demosthenes decreuerit, eos dignos haberi, qui ad publicum epulum inuitarentur. Mos enim erat, ut qui in legatione ſe bene geſſiſſet, ad publicum conuiuium uocaretur. Dubitant nonnulli, qua de cauſa, ſi Demosthenes ſciebat hoſ eſſe proditores, ad publicum prandium eos inuitandos decreuerit. Reſpondemus, quod poſt illud epulum Demosthenes eorum animum detexit. Solus autem Demosthenes ex ſecundæ legationis legatis rationes reddidit. Cumq; Aefchines & ipſe rationes redditurus eſſet, inſurrexere Timarchus & Demosthenes illum

VANT V  
 tionem ad  
 uos paulo a  
 tur, & uos  
 que etiam  
 gratiam, nu  
 tramentū, q  
 mōdo, quod iſta ad uo  
 lūta ob priuatas ſunt cu  
 illis pro inquis hominib  
 uis, quamuis rationes red  
 proponere uideo. at hunc  
 cum ad uos acceſſerit, & r  
 omnes depoſcebant, ſult  
 ſum omnium morem



illum accusaturi. At Aeschines ab Atheniensibus petijt, ut oratorũ uita exquireretur: & ea inquisitione habita ostendit, Timarchũ muliebria passum fuisse: & ob id Athenienses eum exploserunt. Lex enim erat, ut qui se prostituisset, Rempubicam minime administraret. Deinde Demosthenes solus Aeschinem accusauit. At dicunt nõ nulli, quomodo hic Demosthenes tertiæ legationis mentionem fecit: dicemus, quòd per triennium post accusationem institutam Demosthenes iudicium aggressus fuit, & Aeschinem detulit. Nam secunda legatione exacta, Athenienses cum percepissent Phocensium euerfionẽ, ex agris se intra urbem recipiebant, & in multa trepidatione erant: postq; illud triennium in iudicium prodijt Demosthenes, Aeschinem accusaturus, illumq; duobus criminibus inuoluit, Phocensium scilicet euerfione, & largitione. Sciendum præterea, Demosthenem uti eo tanquam præcipuo crimine, quòd Phocenses Aeschinis opera perijsent: & ad eius rei confirmationem, secundam quæstionem inseruit. Dicit enim, Aeschinem pecunijs corruptum, id facinoris attentasse, ut scilicet prioris criminationis de Phocensibus ista confirmatio esset. Argumenta autem & indicia ea sunt, quòd Aeschines iamdiu ista adornauerit, & machinatus fuerit: quibus pariter signis, artem & colorem, quo usus erat Aeschines, præuertit. quippe qui confugere poterat ad ignorantiam & ueniam. Et hæc quidem signa Demosthenes sumpsit partim ex his quæ neglecta fuerant ab Aeschine, partim etiam ab his quæ in legatione acta fuerant: siquidem Aeschines Philocrati fauerat, quando Philocrates pacem fieri debere decreuerit, Phocensibus exclusis. Præterea à Thessalis iuramenta non acceperat, qui socij erant Philippi, qui nequaquam aduersus Phocenses unã cum Philippo militassent, si iuramenta exhibuissent. Huc etiam accedit, quòd Philippo expeditionem præparare permisit contra Phocenses, id que propter moram temporis. nam Aeschines tempora protraxit dedita opera, ne scilicet populus Atheniensis cum classe exiret, atque adeò Pylas intercluderet. Adde etiam, quòd ex legatione reuersus urbem deceperit ex industria, id que duplici spe propofita: una quidem, quòd diceret Thebanos perituros esse: altera uerò, quòd retulerit Phocenses seruatũ iri, usque adeò ut facultas nõ fuerit, aliquod utile consiliũ pro Phocensibus inire. Dicebat enim Aeschines, credendum esse Philippo. pollicitus enim fuerat, se ipsos ciuitatis causa esse seruaturũ. Et hæc quidem sunt signa prioris rationis. Secundi autem capitis sunt ea, quòd donis et pecunijs corruptus fuerit à Philippo: ubi manifestè ostenditur, Aeschinem à Philippo pecunias accepisse. Hæc igitur sunt argumenta, quorum alia quidem sumpta sunt à neglectis, alia uerò à gestis: utputa, odio non habet Philippũ, quanquam (ut inquit) ab eo deceptus: Philippo posauit, quando Amphictyon fieri affectabat. Cum scilicet Amphictyones de ipsis Athenas legationem miserunt, semper cum Philocrate, qui & ipse pecunias accepit, uersatur. Vocatus, ut testimonium diceret, quo tempore Hyperides Philocratem detulit, cum adesset, nihil dixit. Legatus à populo creatus, ut primo quoq; tempore ad Philippũ in Phocidẽ proficisceretur, ob ea quæ sibi Philippus pollicitus fuerat, se ægrotare finxit. Captis Phocensibus, inuissu populi contra abiurationem recessit, quando uel maximè ipsum ab eo cauere oportebat. Hæc sunt argumenta secundæ rationis. Ex his autem argumentis illud quòd multo ualidius est, & cui maximè insistit Demosthenes, est, quòd falsa Atheniensibus renũciauit, & quòd multa Philippi nomine promiserit, de Thebanis uidelicet et Phocensibus. Argumentũ autem huius orationis coniecturale est. non enim Aeschines cõcedit ea quæ sibi obijciuntur: siquidem omnino negat talia à se perpetrata fuisse. Species autẽ huius orationis est (ut nonnulli existimant) simplex. quippe cum multa materia concurrat, alij tamen crediderunt, eã compositã esse, dum sumunt duo crimina de Phocensibus & Thracia. Menander autem inquit, speciem seu formam compositam intercurrere. Procemium autem sumptũ est à calumnia. per quæ enim ipsum timidum facit & deprecantem, per ea ostendit se iustis rationibus non admodum fidere: eiusq; pariter est consilium, ut aduersariũ collidat.



**Q**UANTVM, uiri Athenienses, studij & prensationis ad hanc contẽtionem adhibitũ fuerit, uos propè omnes cognouisse arbitror: cũ uos paulo antè uideritis, quãdo sorte educti estis, qui tumultuabãtur, & uos adibant. ea tamen à uobis omnibus deprecari uelim, quæ etiam non petentibus æquum est ut impertiamini: ut nullam gratiam, nullum ue hominem pluris habeatis, quàm iustitiã et sacramentũ, quod, cum huc intraftis, quilibet uestrũm adiurauit: illud expendẽdo, quòd ista ad uos, uniuersamq; ciuitatẽ pertinent: at ipsæ fautorũ preces, & studia ob priuatas fiunt cupiditates: quas ut coerceatis, leges uos cõgregarunt, non ut illas pro inquis hominib. ratas habeatis. Reliquos enim qui res ciuitatis iustè tractarint, quamuis rationes reddiderint, perpetuæ quæstionis constituendæ facultatem proponere uideo. at hunc Aeschinem uel maximè contrã, acisti faciunt. antequam enim ad uos accesserit, & rerum gestarum rationem præbuerit, hunc quidem exijs qui rationes deposcebant, sustulit: illis uerò, passim per forum uolitando, minatur, indignissimum omnium morem, & bis perniciosissimum in Rempubicã inducẽdo.

¶ enim



si enim is qui res ciuitatis attigerit & administrarit, præ sui formidine, & ut iustitiam defugiat, curarit, ut nullus eius sit accusator, rebus omnibus profus defituemini. Quod hunc itaq; multa & graua commisisse cōuincam, extremoq; supplicio dignum fore confido, & admodum mihi persuadeo. Quod autem (quanquā ista ita animo conceperim) subuerear, uobis exponam, neq; celabo. Nam omnia quæ apud uos iudicia habentur, mihi uiri Athenienses uidentur non minus de tempore, quam pro re constitui: ac quod multum temporis post legationem præterierit, timeo, ne aliquam obliuionem, aut scelerum tolerantiam uobis iniecerit. Quemadmodum tamen de his iuste sentire, & iusta modò statuere mihi uideremini, illud uobis explicabo, si apud uos ipsos uiri iudices consideraueritis & reputaueritis, quarum rerum ciuitati conueniat rationem à legato sumere. In primis itaq; earum, quas renunciauit: deinde, quas persuasit: postremò, quas illi mandaueratis, præterea & temporum, ad hæc omnia num corruptus nec ne ea cuncta peregerit. Quid ita ea sunt consideranda: quoniam ex renunciationibus rectum uos de rebus consilium capitis. si etenim uera referuntur, quæ è re sunt, decernitis: si eiusmodi non nunciantur, contraria statuuntur. Consultationes porro magis fide dignas esse censetis, quæ à legatis exhibentur: eos quippe (utpote qui illa sciunt, quorum gratia missi fuerant) auditis, nulla ergo in re reprehendi debet legatus, quod prauè & inutiliter uobis consuluerit. Verùm enim quæ iniunxistis ut diceret fateretur ue, et aperte decreuistis ut exequeretur, cōuenit ut illa fuerit prosequutus. Esto. Cur tempora considerantur? quia sæpe, uiri Athenienses, contingit, multarum magnarumq; rerum occasio, ut modico tempore occurrat: quam si quis prudens & sciens hostibus condonarit et prodiderit, nequaquam fieri potest. agat quicquid uelit, ut postea eam recuperet. Atqui quod largitionem passus fuerit nec ne, ob eas res corruptelam subire, ex quibus ciuitati detrimentum paratur, omnes (probe noui) quod fateremini id graue esse, multaq; animaduersione dignum. hoc tamen lator legis non definiuit, sed simpliciter dixit, munera accipi nō debere, ratus (ut mihi uidet) eum qui uel semel quid acceperit, & pecunijs fuerit subornatus, nō amplius quæ ciuitati conducant, sincerè iudicaturū. Si itaq; redarguero, & manifestè ostendero hunc Aeschinē & nihil ueri retulisse, & prohibuisse populū uera de me audire, & omnia utilitati uestre contraria, consuluisse, ac nihil eorum quæ uos præceperatis, in legatione egisse, & tempora cōsumpsisse, in quibus plurimarum maximarumq; rerum opportunitates ciuitati deperire. Atq; pro his omnibus munera & mercedē unā cum Philocrate accepisse, ipsum condemnate, & meritam pro sceleribus pœnam sumite: sin ista, uel non omnia patefecero, me improbum existimate, & istum absoluite. Cum multa insuper alia & permolesta præterea mihi accusanda supersint, uiri Athenienses, ex quibus nemo est qui eum odio merito non prosequeretur, uolo ante omnia quæ dicturus sum, ad memoriam uestram reuocare, (rectè quidem plerosque uestrum id recordari scio) in quo ordine administrandæ Reipublicæ ab initio Aeschines seipsum collocarit, & quæ uerba aduersus Philippum in concione habenda esse putarit: ut cernatis, quod ex rebus ab ipso gestis, & in concione à principio dictis, atq; his ipsis maximè ex omnibus muneribus accepisse indicabitur. Is itaq; primus est inter Athenienses, qui animaduertit Philippum (ut tunc in concione dicebat) Græciæ insidias struere: & nonnullos, qui Arcadiam regebant, corrupisse, quiq; Ischandrū Neoptolemi filium habuerit, à quo ista ei suggererentur, qui senatum, qui populum istis de rebus adierit, qui uos adduxerit ut legatos omnes in partes emitteretis, qui eos huc conuocarent, à quibus de bello aduersus Philippum suscipiendo consulendum esset: qui deinceps, cum ex Arcadia uenisset, pulchras illas & productas orationes renunciauit, quas in frequenti concione contra Hieronymum, qui Philippi partes susceperat, se Megalopoli pro uobis habuisse dicebat: qui commemorauerit quantis malis afficiant uniuersam Græciam, non solum suā patriam, qui muneribus & pecunijs acceptis à Philippo corrumperentur. Postea igitur quā ista ab hoc tunc ita in Republica procurarētur, & eiusmodi de se specimē dedisset, ut legatos pro pace ad Philippum mitteretis, persuasi estis ab Aristodemō, & Neoptolemo, ac Ctesiphonte, cæterisque qui illinc ne minimū quidem ueri retulerant, interq; eos legatos hic unus creatur, non qui res uestras proditurus esset, neq;

qui



qui in Philippo fiduciam haberet, sed ueluti qui ceteros collegas obseruaturus esset. ob ea enim quæ aut dicta sunt uerba, & ob inimicitias, quas aduersum Philippum præ se ferebat, hanc iure merito de ipso opinionem conceperatis. Me itaque cum postea conuenisset, ut eandem legationem unam obiremus, scelestumque et impudentem obseruaremus ambo Philocratem, pluribus uerbis est adhortatus. Quousque igitur huc à prima legatione reuersi sumus, me certe, uiri Athenienses, quod corruptus fuisset, & se diuendidisset, latuit. præter namque alia uerba, quæ prius dixerat, quem sermonem uobis retuli in priori ex illis concionibus, dum surrexisset, in quibus de pace deliberabatis, exordium sumpsit. quod ego uobis eisdem, ut puto, syllabis, quibus iste usus fuit, commemorabo. Si uel longissimo, aiebat, tempore cogitasset Philocrates, quæ nam optima ratione paci aduersaretur, eum meliorem non puto inuenturum fuisse, quam ea scribendo quæ decreuit. Ego enim hanc pacem, quousque uel unus ex Atheniensibus superfit, nunquam contrahi ciuitati consulere. Veruntamen aio pacem fieri oportere. Atque istiusmodi breuia dixit et moderata uerba. Cumque ista in priori uobis omnibus audientibus dixisset, in posteriori concione, (in qua pacem firmari necesse erat, cum ego sociorum scitum defenderem, & pacem, ut æquabilis & iusta esset, procurarem, eaque uos admitteretis, neque uocem despiciatissimi Philocratis sustinere uellitis) dum is stetit, concionem habuit, illumque his uerbis defendit, quæ multis o Jupiter, reliquique uos Di, supplicij digna existunt. Quod scilicet neque maiorum uestrorum meminisse deberetis, neque eos qui triumphos & nauales pugnas recitarent, audiretis: uerum se legem laturum esse, & decreturum, uos nemini e Græcis opem ferre debere, qui prius uobis auxilium non præstitisset. Atque ista sceleratus & inuerecundus hic ipse dicere ausus fuit, astantibus & audientibus legatis, quos à Græcia accersueratis tunc, cum ab isto persuasi essetis, is que nondum precio seipsum addixisset. Quemadmodum igitur, uiri Athenienses, dum uos posteriori loco ad iuramenta accipienda illum destinauissetis, & tempora subtraxerit, & res omnes publicas contaminarit, quanquam graues cum isto mihi ortæ sint inimicitia, dum eapropter illum prohibere uellem, quamprimum intelligetis. Verum postquam rursus ex hac secunda legatione, quæ pro iuramentis emissâ fuerat, reuersi fuimus, & cuius nunc rationes quærentur: neque aliquid quod parui magni uel esset momenti, inuenissemus eorum quæ dum pacem effeceratis, dicta, aut in spe proposita fuerant, sed omnibus in rebus decepti fuissetis, aliaque his penitus contraria fecissent, ac præter ipsum decretum legationem obiuissent: iuimus in Senatum. Et ista plerique sciunt, quæ dicturus sum. tota enim curia plebeijs hominibus repleta erat. Cumque ego processissem, omnia quæ ueritatem continerent, ad Senatum retuli, hosque reprehendi, & à prima illa rerum sperandarum propositione uniuersa recensui, quas res Ctesiphon & Aristodemus uobis renunciauerant. & deinde, quando pacem feceratis, quæ iste in concione dixerit, & ad quæ ciuitatem deriuauerint: ac de reliquis dixi, quæ ab illis sunt. Ista autem erant, Phocenses, & Pylæ, quæ ne à uobis dimitteretis, consulebam: ne uel quod ista paterentur, ferretis: ac nedum rerum expectatione, expectatarumque spe atque pollicitationibus detineremini, ut ad extremum res deuenirent permitteretis, ac ista in animum Senatus induxi. Ut concio autem coacta fuit, & in conspectu uestro oratio habenda foret, & primus inter nos omnes prodixisset hic Aeschines: atque per Iouem & Deos, uidete, & ad memoriam uestram reuocate, num uera dicam. quæ etenim omnes res uestras labefactarunt, & funditus euerterunt, ista iam sunt quæ dico: ne quippe aliquid eorum quæ in legatione gesta fuerant, renunciarer, aut quid eorum quæ in senatu dicta fuerant, si altercatio subeunda esset, quod minimè uera ego dixissem, ab illorum commemoratione omnino continui. Eiusmodi uerba protulit, quæ ita tot tantisque bonis repleta erant, ut uobis omnibus allectis abierit. dicebat enim, se uenire persuaso Philippo, ut omnia faceret, quæ ciuitati conferrent, de rebus scilicet & quæ ad Amphictiones, & alia omnia pertinerent: ac longam uobis orationem recitauit, quam se contra Thebanos apud Philippum habuisse dicebat, capitaque uobis narrauit. Subducebat quoque ex his, quæ in legatione gesserat, quod si per biduum triduum uel domi mansissetis, neque expeditionem educeretis, minusque tumultuaremini, Thebas quidem per se ipsas obsessas, præter reliquam Bœotiam, essetis audituri: Thespias uero & Plateas instauratas: Deo



pecunias redditas, non à Phocensibus, sed à Thebanis, qui in templi direptionem cōspirant. scēq; Philippum docilem fecisse, ipse dicebat: quòd non minus impiè se gesserant, qui consiliū dedissent, quàm qui manibus proprijs facinus admisissent. & propterea pecunias in eius interitum publico præconio Thebanos declarasse. Audireq; se aiebat, nonnullos ex Eubœensibus timentes & trepidantes, quòd urbs Philippo familiarissima effecta esset: quoniã (aiunt) nos fallere uiri legati nō potestis, quibus cōditionibus pacē cum Philippo contraxeritis: neq; ignoramus, quòd uos ei Amphipolim dederitis, Philippus uerò se uobis Eubœam traditurum desponderit: alterius attamen rei tractationē sibi commissam dicebat, quam nondū palàm facere uolebat, quod in præsentia nonnulli ex legatis ei inuiderent. innuebat quodammodo, & significabat Oropum. His de rebus probabatur, & meritò, Aeschines, oratorq; optimus esse uidebatur, & uir admirabilis, atq; admodū honorificè è suggestio descendit. Ego cum surrexissē, & ista me nescire aiebam, & aliqua ex his dicere tentabam, quæ ad Senatum retulerā. Hiq; cum hinc inde assisterent, hic Aeschines & Philocrates exclamabant, exturbabāt me, postremò illudebant: uos ridebatis, neq; audire uolebatis, neq; alia credere in animo statueratis, præter ea quæ iste nunciasset. Atque per Deos, & meritò ita affecti esse mihi uidebamini. Quis enim nō cōmoueretur, si tot tantaq; bona expectaret: aut quis eū toleraret, qui ea futura non fore diceret, aut ab his acta crimineretur? Reliqua enim omnia, existimo, propositæ expectationi & spei tunc posteriora ducerentur: quiq; dicendo aduersarētur, turbulenti & inuidi apparent: hæc usque adè admirabilia, & in utilitatem Reipublicæ facta fuisse uidebantur. At cuius gratia ista nunc priori loco ad memoriam uestram reuocaui, & eiusmodi orationes repetij? Vel unius potissimum rei causa id feci, uiri Athenienses, ne posteaquã aliquis uestrū me dicentem audierit, & res gestas reprehendentem, eiq; graue id & nimis absurdum esse uideatur, ac proinde admirando dicat, tunc cur ista è uestigio non dicebas, & cur nos non admonebas? Veruntamen recordemini, quæ isti sponderant, quasq; pollicitationes in quaq; occasione faciebant, ob quas cæteros, ne orationē haberent, excludebant: hancq; huius præclaram renunciationem consideretis, quòd præter reliqua omnia, ea etiam in re iniuria ab isto affecti estis, quoniã uera pro rei opportunitate, ac cum necesse erat, cognoscere prohibiti estis, spe, circumuentione, & promissione decepti, ob eamq; rem uel in primis, ac cuius potissimum causa uerba feci, ista prænarraui. Secundò ex eo, quod illo inferius non existit, ut eius animum erga Rempublicam, quando incorruptus erat, recordati, quàm auersus & infidus Philippo esset, fidē & amicitiam repente deinde contractam consideretis. Postmodum, si quæcumq; iste uobis nunciavit, successere, & quæ acta sunt rectè se habent, omnia pro ueritate, pro que commodo Reipublicæ facta fuisse putetis. Quòd si omnia contra ac iste dixit, acta fuerunt, & multam ignominiam grauiq; pericula ista ciuitati crearunt ob huius sordidum quæstum, & dum ueritatem pecunijs prodit, ipsum scitote commutatum fuisse. Volo autem (quoniam ad hos sermones productus fui) quemadmodum res Phocensium à uobis fuerint ademptæ, primum omnium dicere. Neq; aliquem uestrū oportet, uiri iudices, si ad rerum magnitudinem aspexeritis, maiores esse accusationes & criminationes istius autoritate putare: sed illud perspicere, quod si & quemuis aliū ei ordini uos præfecissetis, eiusq; potestati temporum euentum dedissetis, deinde is siquidem uelut iste uoluisset seipsum hostibus diuendendo, uos fallere & circumuenire: tantorū utiq; malorum is author esset, quanta ab isto prouenere. Non enim, quoniam abiectis hominibus in rebus publicis sæpe uos utimini, iccirco & res ipsæ sunt abiectæ, quibus apud cæteras gentes ciuitas uel maxima existimatione pollet: quinimmo id multum abest. Proinde Phocenses, reor, Philippus euertit, at hi administri fuerūt. Illud iam considerare oportet, & prospicere, num quæcumq; ad Phocensium salutem pertinerent, quæ in legationē uenerunt, ea omnia isti perdidierint, & ultro inquinarint: nō quod is per se Phocenses euerterit. Vnde id esse posset? Da mihi Senatusconsultū, quod ad renunciationē meā sanxit Senatus, eiusq; testimoniū, qui tūc illud rogarat: ut cernatis, quòd ego cū tunc nō tacuerim, nūc alienus sim ab his quæ gesta fuere: uerūm quod eo tēpore reprehēdi, et longè ante uidi quæ erāt euentura, Senatus quippe cū nō impeditus fuerit, ne uera ex me audiret, neq; hos



neq; hos laudauit, neq; ad epulum conuocandos duxit. Atqui ita ab urbe condita nemo, inquiet, aliquos legatos passos fuisse, sed ne Timagoram quidem, quem populus morte damnauit: uerum tum isti id pertulere. Recita ipsis testimonium in primis, deinde Senatusconsultum. TESTIFICATIO, SENATVS CONSULTVM. Hic nulla laudatio legatorum, neq; ad epulum conuocatio extat, ab Senatu facta. Quod si is dicat id factum fuisse, ostendat, et exhibeat, atq; ego descendo, uerum nihil actum fuit. Si itaque eadem omnes qui in legatione eramus, egeramus, iure neminem laudauit Senatus. indigna enim (ut uera fateamur) ab omnibus acta fuerant. Quod si alij ex nobis iusta, alij e contrario fecerunt, propter eos qui prauis fuerunt, probis (ut apparet) contigit ut eiusmodi ignominiae participes essent. Quo nam modo itaq; omnes facile scire poteritis, quis malus existat? Quae res, redigite in memoriam, quis ab initio gestorum sit constitutus accusator. patet etenim, quod ei qui peccasset, tacere satis erat: & ubi praesentem occasionem euitasset, non amplius in sermonem de factis seipsum constituere sufficeret. Atqui nullius criminis est conscius. si taceat, silentio ipso prauis & indignis actionibus communicasse uidetur. Primus igitur ego istarum rerum delator fui, ac earum rerum nullus me accusauit. Senatus itaque ista ante decreuerat. concio uero cum cogere, & Philippus iam Pylis adesset, (haec enim erat uel maxima caeterarum culpa, quod Philippus, si is rebus superuenturus esset, et cum uos, quid agendum esset, audire oporteret, deinde deliberare, ac postea quod uisum fuisset, executioni demandare, simul & uos audiretis, & ille adesset: neque facile dictu foret, quid facere oporteret. ad haec praeterea nemo decretum ante a Senatu factum populo legerat, neque populus illud intellexerat.) is autem cum surrexisset, ea concionatus fuit, quae paulo ante ego uobis explicauis, multa scilicet, magna que bona, quae a Philippo se impetrasse aiebat, prouentura, ac propterea Thebanos in eius interitum publico praconico pecunias declarasse: ita ut uos aduentu Philippi primum perterriti, & his cum succensissetis, quod id non annunciarant, uel quouis alio mitiores euaseritis, dum expectaretis ea omnia quae desiderabatis, euentura fore. Atqui ne uocem quidem meam ferre poteratis, alterius uel cuiusquam. Post quae Philippi epistola recitabatur, quam is scripserat, cum nos affectatus non fuisset: quae expressa quaedam & manifesta uidebatur defensio pro eis conscripta, quae ab his perperam gesta fuerant. Namq; ipse eos retinuerat, ne ad urbes se conferrent: ut iuramenta acciperent, continebat: quodque, ut ei Alenses erga Pharfalios conciliauerit, ipsos detinuerat, & omnia in se suscipiebat, atq; sibi ascribebat istorum flagitia. De Phocensibus autem, uel Thespiensibus, de uel his quae iste uobis retulerat, ne minimum quidem dicebatur. idq; non temere per eum modum actum fuit, uerum his de rebus, pro quibus non poenam ab istis sumpturi eratis, quod illa non gessissent, minimeq; procurassent, quae illis mandaueratis ex rogatione, ille culpam sibi attribuebat: quodq; ipse eorum author fuisset, aiebat, utpote quem uos castigare non possentis. At quae dolo malo ille ab ciuitate anticipare uolebat, is renunciauit, ut ne quid conqueri, ne uel in posterum Philippum increpare possentis: cum neque in literis ipsius, neq; in alijs aliquibus, quae ab ipso essent, haec haberentur. Recita eis epistolam ipsam, quam is conscripsit, ille uero misit: & aduertite, quod ad eum res se habet modum, quo illam ego explicui. Lege. EPISTOLA. Literas auditis, Athenienses, quam honestae, quamq; sint perhumanae. de Thebanis autem, Phocensibus uel, seu rebus alijs, quas iste uobis retulit, ne tantulum quidem. Huius igitur Epistolae nulla certe pars sana existit, atq; id uos uel maxime quamprimum uidebitis. Alenses enim, quos ut conciliarent, ille ait, se hos demoratum fuisse, eiusmodi conciliationem consecuti fuere, ut sint exacti, eorumq; ciuitas direpta fuerit. quibus captiuis factis, dicit se cogitare, num qua in re uobis rem gratam facere possit: cum ne animum quidem ait, eos liberandi, se habuisse. Testatur etenim apud uos in conspectu populi sepe est, quod ego talentum ferens ad eos accesserim, nuncq; idem comprobabitur. idcirco ut meam largitatem obscuraret, id ipsum suasisit, ut ille in literis infereret. Quod itaq; omnium maximum est, in prioribus literis perscripsit, quas nos pertulimus, dum ait: Ego quidem scripsissem, idq; palam, quatis beneficijs uos essem effecturus, si aperte cognoscerem, societatem etiam mihi accessuram fore, societate uero inita, ait se nescire qua in re



gratitudinem animi sui ostendere possit, neque quid ipse sponderit: hoc namque uide licet nouerat, nisi uobis illulisset. At uero quod is ea scripserit, recita id ipsum ex hac pri oris Epistolae parte, quam in manibus sume, ac lege. **EX EPISTOLA.** Pri usquam ergo pacem consequeretur, si societas quoque ei accideret, se scripturum pol licetur, quanta beneficia Reipublicae esset collaturus. ut uero utrumque ei successit, nesci re ait, quam gratiam sit relaturus. Quod si uos dicatis, ipsum ea facturum, quae illi igno miniam infamiam uel non afferant, in has excusationes confurgens, & si uos quid eius modi dicatis, & id petere adducamini, iam sibi ipsi perfugium parat. Ista itaque, & plera que alia tunc licebat redarguere, uosque admonere, neque permittere ut res dilaberentur, nisi Thespiarum, & Platearum, ac quod Thebani poenas luituri admodum essent, ueritate ab stulissent. Atqui ista si uel solui audienda erant, et Respublica fallenda, recte alioqui di cebantur: quod si reuera peragi debebant, illa conticuisse expediebat. quod si eorum res ad ductae erant, ut neque si id Thebani animaduertissent, quicquam amplius erant habituri, quid non facta sunt? Si uero ex animaduersione impediti fuerunt, quis illud predicauit: non ne iste? Verum neque id futurum erat, neque uoluit ista, neque is sperauit, ita ut praedi cationis neque culpam sustineat: sed his sermonibus. uos circumueniri necesse erat, ueritateque uerborum meorum minime audire uelle, uosque ipsos intra urbem manere, eiusmodique rogationem superiorem esse, per quam Phocenses euerterentur: ob id ista diuulgabat, ob id in concione iactabat. Nunc itaque tunc talia tantaque promittentem ego cum au direm, & exacte noscerem quod ementiretur, ac quo pacto, id uobis exponam. In pri mis quidem, quoniam cum Philippus iuramenta pacis subiturus esset, Phocenses ab his exclusi esse fuerant declarati: quod silendum praetereundumque probabiliter erat, si futurum esset ut seruentur. Deinde, quia Philippi legati de ea re ne uerbum quidem fecerunt, neque Philippi literarum, uerum cum hunc ex istis coniectura assequerem, ere ctus aduersus ea dicere tentabam. dumque aures praestare uolebatis, obmutui: illud dum taxat testatus, atque per Iouem & Deos recordamini, quod ista neque nossem, neque par ticeps essem. Adieci quoque, quod ea non expectabam. cumque uos eo uerbo non expe ctandi, turbaremini: Videte, inquam, si quid eorum uiri Athenienses fiat, hos ut laude tis, & honestetis, & corona etiam donetis, me uero minime. ac nihilominus si quid con tra euenierit, ut his indignemini: ego quidem me deonero. Hic Aeschines subiiciendo non dixit, ne te nunc deoneres: uerum, ut tunc, tibi haec arroges. per Iouem, inquam, iniurius essem. Cum admodum contumeliose surrexisset Philocrates, nihil est, inquit, uiri Athenienses, admirandum, si non eadem mihi & Demostheni uidentur: hic enim aquam, ego uinum bibo. At uos uidebatis. Considerate quae so decretum, quod postea rogandum Philocrates tradidit. illud enim si quis ad eum modum audiat, commendan dum apparet. Quod si temporum rationes subduxerit, quibus rogatum exitit: ac quae iste tunc sponderat, nihil aliud esse uidebuntur, quam quod Phocenses Philippo & Thebanis tradant, nisi, quod non manibus post terga reuinctis. Recita decretum. **DECRETUM.** Videtis uiri Athenienses, hoc decretum quot laudationibus, ac etiam quam faustis uerbis sit repletum, ut pax eadem, quae cum Philippo sit, & ad posteros pertineat, itidique et societas: Philippumque laudandum fore, quod iusta alioquin se facturum promittat. uerum nihil ille promiserat, quinimo uel ita summe aberat a pollicitatione, ut nescire certe dicat qua in re uobis gratificari possit. at is erat, qui pro eo loquebatur et pollicebatur. Ad ea autem uerba quae ab isto dicebantur, cum uos propensos accepisset Philocrates, ad hoc decretum ascribit: quod si Phocenses ea quae necesse fuerit, non egerint, et templum Amphictyonibus non reddiderint, populus Atheniensis aduersus eos exercitum edu cat, qui ea fieri uetuerint. Ergo uiri Athenienses, cum uos domi maneretis, egressique mi nime fuissetis, Lacedaemonique discessissent, eamque fraudem praesensissent, cum & quisquam alius ex Amphictyonibus non adesset praeter Thessalos & Thebanos, diu meliora, uiros, his templum restituendum tulit, cum Amphictyonibus reddendum tulisset. quibus: ibi enim alij non aderant, praeterquam Thebani & Thessali: neque scri psit Amphictyonas conuocandos fore, neque eorum usque expectandum, donec conuenissent: neque ut Proxenus pro Phocensibus expeditionem faceret, neque quod Athenienses exirent, neque quicquam eiusmodi. Atqui binas literas miserat Philippus, quae uos inuocabant,

... ut exiretis: neque  
... quae uos exire p  
... prohibuisset: n  
... egressuri esse  
... contrarium d  
... adducti, sed o  
... LITERAE.  
... modo quid ea  
... consentire ut u  
... quam primu  
... non enim:  
... dum ista cor  
... Phocen  
... & decre  
... intellexerunt, at  
... qui Philipp  
... adducti fu  
... namquam Ath  
... quae i  
... Erant & quid  
... propegnandum et  
... quodque nisi ea  
... illi speraueran  
... Philippo fecerant. Ad  
... ita ut om  
... unum decretu  
... mihi uidentur  
... pacem in  
... beneficijs priuati  
... tam grandi improbi  
... qui huius seculis uer  
... non potest: Hoc ita  
... uidelicet quod  
... tunc credidisset. e  
... Etenim cum se  
... omnia cotaria h  
... haec ad eum m  
... quibus singul  
... in mea de  
... consecimus ad  
... Phocenses in colum  
... in Pylis P  
... argumento est:  
... (dum uos fi  
... Ab hinc quintam co  
... Phocensium l  
... qui id uis decerneretis, ut  
... ad ea audiendum,  
... hanc usque, quin  
... aia fuere, & om  
... id palam sit: v. K.  
... ex Chalcide.  
... constituerat: et  
... VIII, VII, VI, V



inuitabant, non ut exiretis: nequaquam. nunquam enim per ea tempora, quæ ille absumebat, & per quæ uos exire potuissetis, tunc uos euocasset. Neque me utique, cum huc nauigare uellem, prohibuisset: neque ut quicquam eiusmodi diceret, huic mandauisset, ex quo uos minime egressuri essetis: sed ut quæcunque uelletis, rati id illum perfecturum, nihil quod ipsi esset contrarium decerneretis, neque se tuerentur, neque resisterent Phocenses spe opis uestræ adducti, sed omnes desperati seipsum traderent. Recita ipsis literas ipsas Philippi. **LITERAE.** Hæ igitur literæ ipsæ inuitant iam quidem, & per loquem: istis autem, si modo quid earum rerum sine dolo continebatur, quid aliud par erat ut fieret, quam consentire ut uos exiretis: & Proxeno, quem circum ea loca esse noverant, ut scriberetis, quamprimum copias educeret. Omnia itaque his contraria fecisse uidentur, & merito. non enim ad ea quæ scribebat, mentem adhibebant: sed eorum quæ animo agitabat, dum ista conscriberet, conscij erant. in his igitur administri fuerant, hisque operam nauabant. Phocenses itaque, posteaquam ea quæ à uobis in concione acta fuerant, audierunt, & decretum istud Philocratis in manus sumpserunt, huiusque pollicitationem intellexerunt, atque promissa, undelibet perire. Aduertite quæ lo. Nonnulli ibi aderant, qui Philippo diffiderent, & mentis quidem compotes erant: hi ut ei fidem præstarent, adducti fuere. Quid ita: quod rebantur, etiam si decies Philippus eos decepisset, nunquam Atheniensium legatos Athenienses ipsos fallere auros. uerum enim ea uera esse, quæ is uobis retulerat, quodque Thebanis, non ipsis, calamitas impenderet. Erant & quidam alij, qui arbitrabantur quoduis subeundum periculum fore, ac propugnandum esse. Sed & hos illud placauit, quod Philippum ab eis stare persuasi essent: quodque nisi ea fecissent, uos aduersus ipsos protecturi essetis, quos eis auxilium laturos, illi sperauerant. Sed & alij uos poenituisse putabant, utpote qui pacem cum Philippo feceratis. Ad hæc præterea, quod eam & ad posteros pertinere decreueratis, ostenderunt, ita ut omnia quæ à uobis expectabant, prorsus desperarēt. Idcirco ea cuncta in unum decretum isti congesse, quo uel maxime omnium uos detrimento affecisse mihi uidentur. Cum homine enim mortali, qui que pro rerum occasione uires haberet, pacem immortalem promulgasse, infamiam que ciuitati inuissile, eam que beneficijs priuasse, quæ non solum ab alijs, sed & quæ à fortuna expectabat: & tam grandi improbitate usos fuisse, ut non modo qui uiuant, Athenienses, sed & qui futuris seculis uenturi essent, iniuria affecerint, qui omnium grauissimum esse non potest? Hoc itaque nunquam uos passi fuissetis, ut posterius ad pacem adijceretur: uidelicet quod & ad posteros pertineret, nisi promissionibus ab Aeschine factis tunc credidissetis, quibus Phocenses cum fidem præstitissent, funditus euersi fuere. Etenim cum se ipsos Philippo tradidissent, & in illius manibus urbes collocassent, omnia contraria his, quæ iste uobis renunciauit, nacti fuere. Ut uero aperte cernatis, quod hæc ad eum modum et istis authoribus intercidere, tempora uobis ad calculos reuocabo, quibus singula quæque gesta fuerint: qua in re si quis ex his aduersari uoluerit, confurgat, & in mea clepsydra loquatur. Pax igitur facta fuit **XIII KL. Martij.** Nos autem iter confecimus ad iuramenta accipienda treis integros menses, ac per id omne tempus Phocenses incolumes erant. Huc à legatione iuramentorum reuersi fuimus idibus Maij, iamque in Pylis Philippus aderat, idque Phocensibus nunciabat: quorum nihil illi credebant. argumento est, quod ad nos huc minime uenissent. Concio post hæc, in qua res omnes isti (dum uos fallerent & deciperent) perdidere, **XVI. KL. Junij,** coacta fuit. Ab hac igitur quintam computo diem, qua illa apud uos de Phocensibus tractata fuere. Hic enim Phocensium legati aderant, neque curiosi erant, & quid isti renūciarent, & qui id uos decerneretis, ut sciscitarentur. Vigesima igitur ea erat dies, qua statuimus, Phocenses ad ea audiendum, quæ decreueramus, admitti debere. A sexta porro die præcedenti in hanc usque, quinque sunt dies. sequentes itaque sunt, **XI, X, & IX. KL.** quibus fœdera acta fuere, & omnes eorum res interciderunt, & transactæ fuerunt. Quomodo id palam sit? **V. KL.** uos in Piræo de re nauali concionabamini. Venit autem Dercyllus ex Chalcide, & uobis retulit, quod res omnes in manibus Thebanorum Philippus constituerat: et quintam esse eam diem subducebat, ex quo fœdera sancita fuerant. **IX igitur, VIII, VII, VI, V, KL.** id accidit, ut in eam quintam diem incidere.



Per ea itaq; tempora, quibus renunciationes habuerunt, quibus rogationes tulerunt, per ea omnia Philippo adiutores, exitijq; Phocensium unà authores fuisse coarguuntur. Ad hæc præterea, nullam ex Phocensium ciuitatibus obsidione captam fuisse, neq; ex uiolenta oppugnatione, sed ex eo quod paruerunt, omnes funditus euerfas esse, maximo indicio est, quòd cum hi eis persuasissent, à Philippo seruandos fore, ista pertulerint: neque enim illū ignorabant. Affer iam mihi & Phocensium societatem, placitaq;, per quæ eorum mœnia excidit: ut noscatis, quæ pacta à uobis eis constarent, quæ per istos Dijs inimicos fuerint cōsequuti. *Lege. SOCIETAS ATHENIENSIS V M ET PHOCENSIV M.* Quæ enim à uobis eis aderant, hæc sunt: amicitia, societas, auxilium. At quæ per hunc, qui uos ne opem ferretis, impedimento fuit, nacti fuerint, audietis. *Dic. PACTIO PHILIPPI & PHOCENSIV M.* Auditis uiri Athenienses, pactio Philippi & Phocensium, ait, non Thebanorū & Phocensium, neq; Theffalorum & Phocensium, neq; Locrorum, neq; alicuius alterius ex eis qui aderant, atq; rursus, Phocenses ait ciuitates tradere debere Philippo, nō Thebanis, non Theffalis, neq; cuiquam alteri. Quam ob rem? quod Philippus ab isto uobis coram nunciatus fuerat, quòd Phocensium saluti præsto futurus erat, huic iam omnia credebant, & ad hunc omnia dirigebant, in hunc intuiti pacem faciebant. *Recita & reliqua: & cogitatis, quid tum crediderint, quid fuerint perpepsi: nunquid similia, an proxima his quæ is retulit. Profer. SCITVM AMPHICTYONVM.* Istis, uiri Athenienses, grauiora admissa non sunt, neque maiores res in Græcia gestas memoria uestra existimo, neq; superioribus temporibus. tantarum tamen taliumq; rerum uir unus dominus euasit Philippus, istis ministris, cum adhuc Atheniensium ciuitas extaret, cui Græciæ præesse patrium erat: minimeq;, si quid eiusmodi fieret, despicere. Quò nam igitur modo miseri Phocenses perierint, nō ex his tantum decretis perspici potest, sed & ex rebus quæ confectæ fuere. Spectaculum horribile, uiri Athenienses, & miserandum, cum paulo antè Delphos proficiscebamur, necesse nobis erat ea omnia intueri, domos euerfas, mœnia circuncisa, regionem iuuenibus destitutam: mulierculas autem & pusiones paucos, et senes homines miserabiles. atque in summa, nemo quidem oratione assequi posset, quæ nunc per ea loca calamitates existunt. Verum enim, quod hi contrariam tulerint sententiam pro uobis aduersus Thebanos, quæ de seruili iugo proposita fuerat, uos omnes ego dicere audio. Quam ergo putatis, uiri Athenienses, maiores uestros, si reuiscerent, suffragationem, sententiam uel iaturos fore, de his qui exitij Phocensium culpam sustinent? Ego enim arbitror, quamuis proprijs suis manibus saxis ipsos obruerent, se tamen puros fore existimarent. Quo enim pacto indecorum non est, immo, si id augeri potest, turpissimum, eos qui tunc nos seruarint, & salubre pro nobis suffragium tulerint, contraria per istos consequutos fuisse, & talia pati neglectos esse, quæ ne aliquis quidem ex Græcis unquam pertulisset. Quis itaque earum rerū effector fuit? quis ista decipiendo induxit? non hic ipse? Multis etenim in rebus, uiri Athenienses, aliquis Philippum ob fortunam beatum appellaret: meritò tamen ob id uel maximè omnium fortunatum dicere posset, in quo per Deos atque Deas alium ego non habeo, quem nominare possim, qui tempestate nostra fortunatus fuerit. Ciuitates namq; celebres cepisse, & latam regionem sub se redegisse, atque hæc omnia, optabilia quidē ista esse opinor & illustria. quidni? diceret tamen aliquis ista & à plerisque alijs facta fuisse: uerum ille propria ei ac nulli alij ex hominibus obtigit fœlicitas. Quæ? posteaquam in rebus agendis, prauis hominibus ei opus fuit, quòd peruersiores inuenerit, quàm uolebat. Quo enim pacto isti & iurè tales existimari nō possent? siquidē ea pro quibus Philippus ipse, cum tam grandia essent, eiusq; tantopere interesset, mentiri non audebat, neq; alicui epistolæ mandare: neq; aliquis, qui eius legatus esset, exposuerit: in hæc isti cum seipos diuendidissent, uos fraudabant. Et Antipater quidem, & Parmenio, cum domino suo inseruirent, neque postea uobiscum colloquuturi essent, id tamen consequuti sunt, quòd opera sua uos non deciperemini. Atheniensium autem, uel maximè liberę ciuitatis, legati, qui creati fuerant, qui bus uos occurrentes oculos in eos intendere, & quibuscum reliquo uitæ tempore uiuere necesse erat, & inter quos rerum administratarum rationes erant reddituri, istos fallere

Quo pacto  
cognoscatur  
ut cum qui ta  
E X E  
paxco uouet, le  
hoc dici nō p  
minister, ipse h  
de ficinus uos  
postuletis, ea  
obtestamini  
Nonaquam. Que  
deprehendit  
temeritatis ip  
reuniciuit, c  
alios, non  
deinde P  
magis que pere  
Phocensibus, u  
uel quod in  
legati h  
seruarentu  
propter Lacedæ  
propter He  
reterebat: i  
Phocenses fa  
in, duo  
in clam  
Lacedæ  
Phocenses accuset,  
unquam seru  
Reipublicæ  
Phocenses pecca  
quod ea non eu  
nam qui  
Phocenses  
parere, que  
Phocensium. Quona  
apparatu, La  
iplos sibi P  
in insidias  
ne dum uos iter  
& bellum, & mo  
sed circa illum  
fuit. Non igit  
reperere earum re  
est. Sitaque  
sunt, quod C  
ne ue sustinere u  
ne ciuitati  
sociorum sal  
Chersoneus ad  
salui fuere. Athu  
Deinde e  
quam eor



fallere sustinuerunt. Quo pacto his improbiore homines, aut magis arrogantes gignerentur? Ut igitur cognoscatis, quod & is execrandus uobis est: quodque neque sanctum, neque pium est, ut eum qui talia fuerit euentus, absoluatis: recita execrationem, & perlege, à lege sumendo. EXECRATIO. Hec pro uobis, uiri Athenienses, in una quaque cōcione præco uouet, lege sancita: ac quādo Senatus cōsultat, apud eū rursus itidē facit: atque ista, ab hoc dici nō potest, quod nō bene nosset. Cū namque uobis subscriba esset, & Senatus minister, ipse hanc ipsam legē præconi exponebat. Quo igitur modo non absouū & grande facinus uos feceritis, si quæ execratione imperatis, quod Dī potius pro uobis faciāt, postuletis, ea uos ipsi, cū id sit in potestate uestra, hodie minimē faciatis? Sed quem illos obtestamini, eum ut perditū faciant, & genus & familiam, hunc ipsi dimittitis? Nequaquam. Quicumque nanque uos latuerit, hunc finite Dī puniendum: at quem ipsi deprehenderit, non item illis de hoc quicquam mandetis. Ad id igitur impudentiæ & temeritatis ipsum uenturum audio, quasi se ab omnibus patris alienum faciat, quæ renunciauit, quæ promisit, quæ dolose in Rempublicam admisit: ueluti inter quosdam alios, non inter uos, qui omnia noscitis, iudicetur. primum quidem Lacedæmonios, deinde Phocenses, postea Hegesippum ut accuset. Ista enim ridicula sunt, magis que perditam quandam audaciam sapiunt. Quæcunque enim nunc dicet de Phocensibus, uel Lacedæmonijs, aut Hegesippo, siue quod Proxenum non susceperint, uel quod impij existant, siue qualibet alia de re eos criminetur, omnia hæc antequam hi legati huc uenisset, acta erant: neque erant impedimento, quo minus Phocenses seruarentur. Rogitas quis id ait? Aeschines hic ipse. Nanque non quod nisi propter Lacedæmonios, neque quod nisi Proxenum non susceperint, neque quod nisi propter Hegesippum, neque quod nisi ob hoc uel illud seruati fuissent, non sic tunc referebat: sed istis omnibus omisis, Philippum persuasum expresse uenire dixit, ut Phocenses saluos faceret, Bœotiam instauraret, uobis res peculiare efficeret, ista factum iri, duorum trium uel dierum spacio: iccirco Thebanos ipsi pecuniam per præconem in clamauisse. Ne igitur hæc, quæ prius quàm iste renunciaffet, gesta fuerant uel à Lacedæmonijs, uel à Phocensibus, audite: neque tolerate: ne ue finite ut Phocenses accuset, quod improbi fuerint. Non enim Lacedæmonios ob eorum uirtutem unquam seruauistis, neque hos detestabiles Eubœenses, alios uel multos: sed quoniam Rempublicæ expediebat, saluos esse, quemadmodum nunc Phocenses. Ac quid Phocenses peccarint, aut Lacedæmonij, seu uos, uel quiuis alius post huius orationes, quod ea non euenerint, quæ ab isto dicta fuerant, istud rogate. Ostendere enim non poterit. nam quinq; tantummodo dies intercessere, quibus iste falsa retulit: uos credidistis: Phocenses audierunt, seipso dederunt, perierunt. Unde, ni fallor, & iam apertè patet, quod omnis fraus & machinatio decompositò facta est in interitum Phocensium. Quo namque tempore Philippus propter pacem uenire non poterat, sed erat in apparatu, Lacedæmonios accersebat, omnia ipsis facturum pollicitus, ne opera uestra ipsos sibi Phocenses asciscerent. Ut uerò in Pylis adfuit, Lacedæmonij uerò, utpote qui insidias cognouissent, recesserunt, hunc rursus promisit, qui uos deciperet: ne dum uos iterum animaduerteteris, quod pro Thebanis res gereret, in tempora, & bellum, & moram incideret, cum Phocenses se defenderent, uos uerò opem ferretis: sed citra ullum negotium omnia in potestatem suam redigeret, quod & perfectum fuit. Non igitur, quoniam Lacedæmonios & Phocenses Philippus decepit, propterea earum rerum, in quibus iste uos decepit, pœnam non pendas. neque enim iustum est. Si itaque loco Phocensium, & Pylarum, & reliquorum locorum, quæ amissa sunt, quod Chersonesus super sit ciuitati, dicat: per Iouem & Deos, ne admittite, ne ue sustinete uiri Athenienses, quod ad ea quæ ex legatione passi estis, & ex defensione ciuitati dedecus paretur: quod uidelicet, ut priuata quædam uestra eximeretis, sociorum salutem destituitis, neque enim id fecistis: sed pace iam facta, & cum Chersonesus adhuc salua maneret, postea per quatuor integros menses Phocenses salui fuere. At huius falsa renunciatio sequenti tempore ipsos perdidit, cum uos seduxisset. Deinde etiam in præsens maiori in periculo constitutam Chersonesum inuenietis, quàm eo tempore. Vtrum enim ampliorem pœnam

Philippus



Philippus dedisset, si quid aduersus eam admisisset, priusquam aliquid ex his quæ ad ciuitatem pertinent, cepisset, quàm in præsentî: Ego quidem arbitror, tunc multo latiorum. Quis igitur eius est status, metu et periculo illius sublato, qui ipsam iniuria afficere uelit: Præterea, & quid eiusmodi ipsum dicturum fore audio, quod admiratur, cur Demosthenes ipsum accuset, nemo autem ex Phocensibus. Vt certè res se habet, melius erit id à me audiat. Phocenses qui eiecti sunt, alij puto, cum optimi sint & modestissimi, exiliumq; & eiusmodi alia cum patientur, quietè uiuunt, neq; aliquis ex eis eligeret pro communi calamitate priuatas inimicitias suscipere: alij cum nihil sine pecunia sint acturi, qui ipsis eam præbeat, non habent. Neq; ego aliquid alicui dedi, ut hic assisterent, & quæ passi fuerint, exclamarent. Veritas enim & res gestæ pro eis uociferantur. At uerò populus Phocensis adeò grauer et miserabiliter affectus fuit, ut à quo cunq; non de iudicio reddendæ rationis Athenis constituendo ratio habeatur, sed ut seruitutem non subeant, & ne moriantur præ formidine Thebanorum & Philippi externorum militum, quos alere coguntur dispersi per uicos, & armis exuti. Ne ipsum ista dicere patiamini: sed ut ostendat, quod Phocenses non interciderint, aut quod nō pro miseris, Philippum eos seruaturū fore. In hoc enim legationis rationes consistunt, quid actum sit, quid retuleris: si uera, serueris: si falsa, des pœnas. Quod si Phocenses nō adsint, quid tum? ita enim eos, ni fallor, tractasti, quantū in te est, ut neq; amicis auxilio, neq; inimicis obstaculo esse possint. Atq; quia præter aliam turpitudinem & ignominiam, quæ res gestas comitatur, quod & grauiora ex his pericula Reipublicæ immineant, facile patefiet. Quis enim uestrum nō nouit, quod ob Phocense bellū, atq; ob id quod Phocenses Pylas sub manu sua haberēt, quo ad Thebanos tuti uos eratis: quodq; nunquam uenturi essent in Peloponnesum, neq; in Eubœam, neq; in Atticam Philippus, neq; Thebani. istam tamē ab loco & rebus ipsis tutelam, quæ ciuitati nostræ supererat, horum fraudibus, & falsis relationibus persirasi uos abiecit: cumq; armis munita foret, assiduoq; bello, & amplissimis uirorum sociorum urbibus, latissimaq; regione, è medio auferri negligenter permisistis. Atq; frustra primum subsidium ad Pylas uos emisistis, quod pluribus ducentis talentis confeceratis, si peculiāres sumptus computaueritis eorum qui in militia fuere. unaq; fuit spes, quam contra Thebanos conceperatis. Quod porro plurimum opprobrij (cum tamen multa & grauiora sint ea quæ iste Philippo subadministrat) re uera Reipublicæ influxerit, & uobis omnibus, illud à me audite. Quoniā cum Thebanis Philippus ab initio omnia indulisset, quæ illi facere proposuerant, is dum contraria retulisset, & uos palam ostendisset id minimè uelle, uobis cum Thebanis maiores inimicitias, Philippo autem ampliorem gratiam creauit. Quo igitur pacto, non iniquissimo homine uos usi estis: Recita decretū, sumens illud Diophanti, ac illud Callisthenis: ut uideatis, quod quādo opportuna efficiebatis, sacrificijs & laudibus digni, & apud uos ipsos & cæteros existimabamini. Cum uerò ab his seducti fuissetis, pueros & mulieres ab agris conuexistis, & Herculi sacra intra mœnia persoluenda decreuistis, cum pax extaret. quod & admiror, si eum qui, Dij ne de more coleantur, effecit, impunitū dimiseritis. Recita decretum. **DECRETVM.** Hęc quidem tunc digna, uiri Athenienses, rebus gestis decreuistis. Dic quæ sequuntur. **DECRETVM.** Ista tunc uos decernebatis istorum causa, cum neq; ob eam spem ab initio pacem & societatem contraxissetis, neq; postea, ut ad posteros extenderetur, adscribi debere suasi fuissetis, uerū cum ab his (ueluti grandia commoda recepturi essetis) adduceremini. At uerò exinde, quoties & ad fretum, & ad Megara cum audiretis copias Philippi & externum exercitum adesse, tumultuaremini, omnes recordamini. Non itaq; quod nondum Atticam ingressus fuerit, considerandum existit, neq; ob id segniore esse oportet: sed si istorum opera ei data sit potestas id cum noluerit faciendi, illud inspici necesse est, atq; ad eam rem indignā aspiciere: & authorem, ac eum qui huiusmodi facultatem illi pararit, odisse & castigare par est. Noui igitur quod uerba, quæ ad eius accusationem pertinent, Aeschines deuitabit: dum uos quam longissimè à rebus abducat, enarrabit, quot bona cunctis mortalibus à pace obueniāt: & contrario, quot à bello incommoda: pacisq; laudationes omnino recitabit, eiusmodiq; pro eius defensione coaceruabit, At hæc omnia accusationē in eum conficiunt, siquidem quod cæteris



cæteris bono fuit, tantarum rerum, tantiq; tumultus nobis causam cum præstiterit. Quid porrò aliud id esse uideri potest, quàm quòd hi cum munera acceperint, illud quod natura bonum existat, prauè distorserint? Atqui, non ne triremes trecentæ, earumq; apparatus, & stipendia uobis supersunt, supereruntq; propter pacem: fortè quis dicat. Ad ea uos illud respondere debetis, quòd res Philippi à pace multo ampliores euasere, & armorum munitione, & locis, & uectigalibus, quæ illi sunt mirificè adau-cta. Accessere & uobis nonnulli quæstus rerum uerò nostrarum status, & sociorum, per quem aut sibi, aut optimatibus felicitatem omnes comparauerunt, ab his diuendi- tus interijt, & mancus effectus fuit: at illorū formidabilis, & multo potētior. Verum iustum non est, ut utrumq; ei creuerit, istorum causa, & societates, & uectigalia: uobis autem, quæ iure alioquin ex pace constent, ea aut pro illis, quæ hi uenundederint, computent. hæc enim illorum loco nobis non obtigerunt, sed & id multum abest. Ve- rùm ista nobis ad eum modum adfuissent, illa uerò istis accessissent, nisi horum inter- uentu prohibitum fuisset. Prorsusq; uiri Athenienses, & iustū profectò quis diceret esse, si plurima & aduersa ciuitati acciderunt, ut nullius eorum Aeschines in causa fue- rit, in eum ira ne redundet: sicuti si quid eorum quæ è re sunt, per quempiam alium a- ctum fuerit, id hunc seruare non debet. sed quorum hunc authorē fuisse aduerteritis, & gratiam, si eam mereatur, contraq; indignationem, si eiusmodi admisisse uideatur, ei repēdite. Quomodo igitur ista iurè cognoscere poteritis? Si omnia unà confunde- re eum nō permiseritis. Imperatorum scilicet errata, bellum cum Philippo habitum quæ à pace bona prouenerint: uerum unumquodq; per se consideraueritis. Exempli gratia. Constabat nobis bellum cum Philippo, constabat, ea in re aliquis Aeschinem reprehendit. uult ne quis hunc accusare ob res in bello gestas? nullus profectò. Ergo quoad eas res ipsum absoluite, ipsumq; in ea re dicenda defatigari non conuenit. De his etenim quæ sunt in controuersia & testes præbere, et indicia ostendere reum oportet: non ea, de quibus conuenit, dolosa defensione perfundere. Ne igitur de bello ali- quod uerbum facias: nemo enim te bellicarum rerum accusat. Deinceps pacem non- nulli nostrum fieri suaserunt: persuasi fuimus, legatos emisimus: huc isti duxere eos, qui pacem facerent. Rursus hoc in loco quis increpat Aeschinem? dicet ne aliquis, quòd cum is pacem suassisset, aut, cum huc qui eam facerent, adduxisset, peccarit? Ne- mo quidem: itaq; neq; de eo certè illi dicendū est, quòd ciuitas pacem fecerit. is enim eius rei princeps non fuit. Quid igitur, ais, roget me aliquis, ac unde accusationis tuæ exordium sumis? Vnde, uiri Athenienses, cum consultaretis uos, non de eo an pax fa- cienda esset, nec ne: id enim iam fuerat terminatum: sed inde, quæ nam facienda erat? his enim, qui iustam alioquin rogationem tulerāt, cum intercessisset, ei qui corruptus legem tulerat, assensit, muneribus acceptis. Atq; exinde cum ad iuramenta accipien- da delectus esset, eorum quæ illi uos mandaueratis, nihil effecit. socios, qui belli su- perstites fuerant, peremit: ac tanta commentus fuit, quanta nemo unquam alius, siue superiori ætate, seu futuro tempore facturis existit. Ab initio enim quousq; uerba fa- cere cœpit Philippus de pace, Ctesiphon & Aristodemus primi, fraudandū exor- dium extulerant. postea uerò quàm ad rerum negociationem deuentum fuit, Phi- locrati, & huic rem commiserunt. hi, cum illud suscepissent, omnia perdidere. Deinde, quoniam ipsi necesse est rationem & iudicium rerum administratarū subire, cum (ut arbitrator) is callidus existat, et Dijs inimicus, et scriba, quasi ex causa pacis in iudicium fuerit uocatus, se defendet, non ut plurimum quàm quis eum accuset, rationem reddat, insania quippe id esset: sed illud prospicit, quòd in his quæ ab eo gesta sunt, nihil inest boni, omnia uerò criminosa sunt. At de pace defensio, licet nihil aliud, nomen saltem habet humanū. qua uereor, uiri Athenienses, uereor, ne fallamur: sicuti qui uersuram faciunt, cum spe lucri adducantur. Eius enim pacis securitatem & stabilitatē hi prodi- derunt, Phocenses scilicet et Pylas. non tamē isto suadente à principio pacem fecimus. Verum absurdum illud est, quòd dicturus sum, attamen admodum uerum. Namq; si quis reuera pace ipsa gaudet, Imperatoribus, quos omnes accusant, eius gratiam habe- re debet. si quidem illi, ut uos uolebatis, pugnasent, ne pacis quidē uerbum ferre po- tuissetis. Pax itaq; illis suadentibus, periculosa uerò, & anceps, & infida istis impellen-



tibus & corruptis effecta fuit. Arcete igitur, arcete ipsum à sermonibus de pace, atque in eos qui res gestas contineant, concludite. non enim ex causa pacis Aeschines in iudicium adducitur, non, sed pax ob Aeschinem uituperatur. indicio est: namque, si pax facta fuisset, multaque postea in re uos fuissetis decepti, neque sociorum quisquam perisset, quem nam hominum molestia pax affecisset, praeterquam quod cum ignominia facta fuisset, atque istius rei is quoque author esset, cum Philocrati fauerit. Veruntamen nihil quod insanabile foret, effectum fuisset. At nunc, ni fallor, multorum aliorum malorum causam huiusmodi sustinet. Quod itaque turpiter & inique haec omnia ab istis perditia fuerint, & coinquinata, reor uos omnes cognoscere. Ego, uiri iudices, tantum abs sum ut rebus calumniam, uel à uobis id fieri postulem, ut si ista ex insipientia, aut credulitate, siue ob aliam quandam ignoracionem ad hunc modum peracta fuere, & ego Aeschinem absoluaui, & uobis, ut absoluaui, suadeam. Atqui istarum excusationum nulla urbana est, siue legitima. nulli enim uos imperatis, ut publica contrectent, neque quenquam compellitis: sed ut aliquis in animum suum induxerit se ualere, atque prodierit, proborum & benignorum hominum munus obeuntes beneuolè recipitis, neque cum aliqua offensione: sed & cum suffragiis designatis, ac res uestras illi committitis. Si itaque alicui rectè res cesserit, is cohonestabitur, ob idque maiora quam ceteri commoda assequetur. Quod si ei id non successerit, aliqua re obtendet, & pretextet: at iustum illud non esset. Neque enim qui perditus fuere, socijs satis esset, neque pueris, neque mulieribus, neque reliquis, ut meam propter stupiditatem, ne dicam istius, eiusmodi passus fuissent. imò uerò id longè abest. Attamen uos Aeschini ista tam grauiam tamque immoderata condonate, si ea ob infirmitatem ingenij, aliam uel quandam ignorantiam constuprasse se uideatur. Verum enim si ex mentis prauitate pecuniam & munera accepisse, idque à rebus ipsis aperte coarguatur, eum, quoad per leges liceat uel maximè interficite. Quod si id fieri nequeat, facite ut eius uita ceteris sit exemplo. Expendite quæso istis de rebus rationem, quam iusta apud uos futura sit. Necesse etenim est, quod huiusmodi uerba Aeschines iste dicat in conspectu uestro, de Phocensibus scilicet & Thespiensibus, ac Eubœa. nisi, cum se uenundidisset, de industria fraudauerit, duorum alterum ut existat: aut quod palam promittentem Philippum audierit ista se facturum & curaturum: uel si id non ita habeat, praestigijs, atque inter cetera comitatis seductionibus adductum fuisse, ista cum ab eo expectaret. Praeter has duas nulla alia ratio superest. Ex eis itaque ambabus uel supra reliquos mortales ipsi Philippum odisse conuenit. Quid ita? quia quantum in illo fuit, omnia ab eo nequissima & inhonestissima euenere. Vos seduxit infamia affectus, & dignus ut iam perierit, iudicatur. Atque si quid, quod ad ea crimina accederet, factum fuisset, id iamdiu in accusationem deriuatum foret. Nunc autem propter uestram mansuetudinem, & bonitatem, rationes reddit, atque eas quando uelit, Est ne igitur aliquis uestrum, qui uocem Aeschinis Philippum damnantis audierit: aut hunc aliqua in re redarguentem, aut quid dicentem uiderit: nemo. Primum enim uniuersi Athenienses uituperant Philippum, & quicumque semper ex his, qui aliqua priuata iniuria ab eo quippe fuerint affecti. Ego illa ab ipso uerba desiderabam, nisi seipsum uenalem fecisset: Viri Athenienses, me ut uultis tractate: fidem sequutus fui, deceptus sum, peccaui, fateor. Hominem, uiri Athenienses, obseruate, infidus, ueterator prauus est. Nonne cernitis quo pacto me affecerit, quo pacto me circumuenerit: nullum quidem istorum uerborum ego audio, sed & neque uos. Quid ita? quonia non seductus, neque deceptus: sed cum se mercenarium effecisset, & pecuniam sumplisset, ista dixit atque illi tradidit, pulcherque & honestus ac iustus operarius illi effectus fuit. legatus tamè & ciuis uester cum esset, proditor euasit, dignusque ut ter, non semel perierit. Non tantum itaque ex his conuincitur, quod argento compulsus ea omnia dixerit: uerum ad uos paulo antè Thesiali uenere, unaque cum eis Philippi legati, à uobisque petebant, ut Philippum Amphictyonem decerneretis. Cui igitur uel maximè pra omnibus hominibus, istis refragari conueniens erat: huic Aeschini. Quamobrem? quia his quæ iste renunciarat in praesentia uestra, contraria ille effecerat. Is enim aiebat, Thespias & Plataeas ipsum muro circumdaturum, & Phocenses non perditurum, Thebanorumque insolentiam pro nobis depressurum, iste profecto Thebanos

maiores



maiores quàm conuenit, effecit: Phocenses quidem funditus destruxit: Thespiasq; & Plataeas minimè muro muniuit, Orchomenum uerò & Coroneiam depopulatus fuit. quo' nam modo istis pugnantiora inter se reperiri possent facta fuisse? Non itaque aduersatus fuit, neque os aperuit, neque quicquam aduersus ista loquutus extitit. Atque istud nondum censetur indignum, cum tamen tam grande existat, sed & solus ex omnibus ciuibus patrocinium impendit. Atqui id ne Philocrates quidem, scelestus cum sit, facere ausus fuisset: uerùm is Aeschines id ueritus non fuit. Vosq; cum tumultuaremini, neque ipsum audire uelletis, & à suggesto descendisset, atq; his qui à Philippo aderant, legatis se ostentaret, multos aiebat tumultuantes adesse: paucos uerò cum oporteret, militantes. Recordamini quippe, ipse arbitror, quàm admirandus miles, ô Iupiter, existat. Præterea quoq; si nullum ex legatis haberemus, quem nihil habere ostendere possemus, neque fieri posset ut omnes probationes & alia eiusmodi perspicerent: reliquum esset, ut considerantes rem per se, quæ Philocratis non solum curam uobis ad populum sæpenumero extulerint, & uobis significauerint, quòd triticum mercatus fuerit, domos ædificarit, se profecturum dixerit, etiam si id uos non decerneretis, ligna conuexerit, aurumq; palàm in mensis nummulariorum permutarit. Neq; enim dici potest, quòd is aurum non acceperit, cum ipse id fateatur, & palàm faciat. Est ne itaq; aliquis ex hominibus ita demens & insanus, qui, ut Philocrates munera accipiat, ipse ignominia & periculo affici uelit: cum ei liceret unà cum his qui nihil deliquerint, exquiri, his tamen aduersari, & illum dum comitetur, reum in iudicio agere malit? Ego certe neminè fore puto: uerùm hæc omnia, si recto iudicio perpendere uolueritis, inuenietis, uiri Athenienses, magna & patentia signa esse, quòd is nummos acceperit. Quod tamen postremo loco factum fuit, nihil minus est argumenti, quòd iste Philippo seipsum uendiderit, ut uidebitis. nostis nêpe, quòd cum nuper Hyperides Philocratem detulisset, ego procelsi, & dixi, uel una in ea accusatione me perturbari, quòd solus Philocrates tot tantorumq; criminum culpæ reus fieret, reliqui uerò nouem legati nullius rei accusarentur: negabamq; id ita se habere. nusquam enim ille per se solus uisus fuisset, nisi aliquos ex his adiutores habuisset. Ne itaq; ego quenquam absoluaui, aut condemnaui, dixi, sed res ipsa eos qui deliquerint inueniat: qui uerò eius rei participes non fuerint, dimittat. consurgat qui uelit, & prodeat in conspectum uestrum, ostendatq; se esse immunem, eiq; non placere quæ à Philocrate acta sunt: eumq; qui illud fecisset, ad ista dixi ego quidè remitto. Atq; ut puto memores estis, quòd nullus uenit in medium, neq; se uindicauit. ac cæteris quibusq; aliqua quidem adest excusatio: is certè, quòd rationibus reddendis obnoxius non esset: ille, quòd fortè præsens non fuerat: illi, quòd gener illuc adesset. at huic nihil eiusmodi attribui potest. uerùm enim ita uel semel seipsum mancipauit, ac non solum præteritarum rerum mercedem accepit, sed & deinde ostēdit, quòd si ad præsens euadat, aduersus uos ab illo stare uelit: ita ut ne ullum uerbum aduersus Philippum proferat, etiam si ipsum uos absoluat: neq; se ipse uelit absoluere, quinimmo infamia notari, in iudicium trahi, quodcūq; à uobis potius perpeti deligat, quàm aliquid agat, quod Philippo cordi non sit. Atqui quæ communiò, quæ ue ista tam multa pro Philocrate anxietas: qui si honestissimè & cum summa Reipublicæ utilitate legationem egisset, cum ex legatione pecuniam se reportasse fateatur, quemadmodum fatetur hoc ipsum uitaue & præcauisse, idq; per se testatum facere debebat ille qui gratis legationem obiisset. Non itaq; id fecit Aeschines. Ista non sunt iam aperta, uiri Athenienses, ista non exclamant & dicunt, quòd Aeschines pecuniam acceperit: quodq; continua animi deprauatione ob argentum laborat, non propter stupiditatem, non propter ignorantiam, neque propter errationem. Atqui quis aduersus me testatur, inquit, quòd munera acceperim: id enim quàm præclare abs te dicetur, res ô Aeschines ipsæ testantur, quæ maiorem fidem quàm cætera merentur: quas quis dicere causari ue non potest, quòd, quoniam uel ita persuasæ sint, aut ut cui gratificentur, eiusmodi existant. Sed quales tu, cum prodideris, easq; inquinaris, effecisti, tales ipsæ cum in disquisitionem ueniunt, apparent. Ad res præterea ipsas, mox tu quoque ipse aduersus teipsum



sum testimonium ferēs: hīc itaque consurgas, & mīhī respondeas. Neque enim dices, quoniam inexercitatus cum sis, non habeas quid dicas, utpote qui nouas con-  
trouersias quasi fabulas, easq; testibus carētes, accusatorio iudicio ad integram diem  
institueris. Patet itaque, quod sis eloquentissimus. Multa ergo & indigna ea cum  
sint, quæ ab hoc Aeschine acta fuere, multamq; nequitiam contineant, ut & uobis id  
uideri arbitror, nullum tamen est illo quod dicturus sum, sicuti ego reor, grauius: ne-  
que quod magis ipsum uel in ipsa munerum corruptela deprehensum, ac omnia nun-  
dinatum coarguat. Postea enim quàm iterum & tertio legatos ad Philippum emit-  
tere decreuissetis, ob eas pulchras & grandes expectationes, quas iste sponderat,  
huncq; & me designauissetis, ac ad idipsum & plures alios: ego quippe cum præces-  
sisset in medium, continuo eiurauī. & cum nonnulli tumultuarentur, & peterent ut  
ego proficiscerer, dixi, me abire non posse, is porro confirmatus fuit. Ut uero concio  
surrexit, hī congressi deliberabant, quem nam ibi relinquerent, cum res suspensæ es-  
sent: & quod futurum foret, incertum esset. Conuenticula, & sermones uarij tunc per  
forum habebantur. timebant iam, ne derepente concio indiceretur. deinde cum uos  
à me uera disceretis, aliquid quod ad cōmodum Phocensium cederet, ne decerneretis,  
& res Philippum effugerent: si etenim uel quid solum statuissetis, & aliquam medio-  
crem spem eis prætulissetis, seruati fuissent. Non enim fieri poterat, non poterat, ut, si  
uobis uerba data non fuissent, aliquid Philippo reliquum esset. Neque enim frumen-  
tum in regione suppetebat, cum seminata propter bellum non fuisset: neq; aliunde  
id conuehi poterat, cum ibi triremes uestræ adessent, & mari dominarentur, ciuita-  
tesq; Phocensium multæ & captu difficiles forent, præterquam temporis diuturnita-  
te & obsidione. Nam si singulo quoq; die ciuitatem cepisset, duæ & uiginti sunt nu-  
mero. Ob ea uero omnia ne quid ex eis commutaretis, in quibus decepti fueratis,  
hunc ibi dimiserunt. etenim si eiurasset, sine aliqua causa id ferendum non fuisset, &  
magnam suspicionem generasset. Quid ais? ad tot tantaq; bona, cum illa retulisses,  
non proficisceris? neq; legatum agis? remanere oportebat. Obtendit itaq; quodam-  
modo ægrotare, & cum frater eius medicum Excelestum conduxisset, & ad Senatum  
accederet, iureiurando eum excusauit, & ipse creatus fuit. Postquam autem Phocen-  
ses quinque aut sex diebus post concidissent, & conductio huic sicut quippiam ali-  
ud finem consequuta esset, ac Dercyllus huc ex Chalcide reuertisset, uobisq; in Py-  
ræo concionem habentibus renunciasset, quod Phocenses perierant: uosq; uiri Athe-  
nienſes ista cum audissetis, illisq; & merito irascere mini, & ipsi obstupesceretis, pue-  
rosq; ac mulieres ex agris conuehēdos decreuissetis, oppidaq; muniri, & Piræum  
muro circumdari, ac Herculea sacra intra urbem peragenda esse: posteaquam itaque  
ea ita se haberent, ac tantus tumultus successisset, tantaq; trepidatio ciuitatem circun-  
staret: tunc eloquēs ac sapiens iste, & bene uocalis, neq; Senatu neq; populo eum de-  
signante, in legationem profectus fuit, ad eum qui ista commiserat, neq; ægritudinis  
ob quam tunc eiurauerat, ratione habita, neq; quod alius eius loco legatus fuerat de-  
signatus, neq; quod pro eiusmodi reb. lex mortis penā imponat, neq; eius quod om-  
nium est grauiſſimum, quod is qui nunciasset, sibi Thebis pecuniam in clamatam fuisset,  
postquam Thebani, ultra quod uniuersam Bœotiam iam essent cōsequuti, & Pho-  
censium ora potiti fuerant, eo tempore per medias Thebas Thebanorumq; copias  
iuerit. Verum ita furebat, & adeo præ quaestu & largitione exultabat, ut cum omnia  
deleuisset, & contempsisset, abierit. Cumq; res hæc ita affectæ essent, multo insuper in-  
digniores sunt, quas cum eò petiisset, effecit. Nam cum uos omnes qui hic adestis, ce-  
teriq; Athenienſes, usq; adeo ea grauiā & calamitosa esse putaretis, quæ Phocenses  
perpessi fuerāt, ut è Senatu aliquos nō emiseritis ad uisitandū, et sacra custodiendum  
ludis Pythijs, uerum à patrio uisitandi ritu destiteritis: hic rerum ac belli triumphis,  
quos Thebani & Philippus dedicabant, permixtus epulabatur, libamentorumq; &  
supplicationum particeps erat, quas pro sociorum uestrorum muris, & locis & ar-  
mis perditis, ille nuncupabat: & pariter corona donabatur, laudationesq; unā cum  
Philippo canebat, & beneuolentiæ poculo propinabat. Neque ista cum ad hunc  
modum

... dicitur sint, alite  
... qui sunt in ten  
... Decretum  
... peregit, qui ei ir  
... me ista mihi narra  
... reuicta decretum  
... TEST  
... cum libaba  
... locis præstare  
... aduersus patri  
... quæ pro e  
... digna com  
... gellerat, iuste  
... sit, qui  
... in dec  
... pop  
... inter Am  
... in Philippu  
... exstant, n  
... ingredi  
... præstiteris, m  
... deprehenderis,  
... imò uer  
... pacem ex bell  
... uenia dignam  
... prodideri  
... Ab isti  
... cum Philippo fu  
... damaueritis.  
... quid magis q  
... pecunias i  
... iustit  
... neque ear  
... sint iuicuri, c  
... uerit  
... est, c  
... quod uos  
... uol  
... p  
... res præ  
... qui impelli cor  
... reuicta  
... adesse oporteat  
... disponant.  
... facile consec  
... ista dūnt, e' uestig  
... Quid porro  
... (ut ferat) X L  
... motuum fuisse,  
... ea quæ tunc illi  
... in potestate se  
... iugo dedit, c  
... sequenti ten



modum à me dicta sint, aliter ab hoc dici possunt. sed de eiuratione, ex publicis codicibus uestris qui sunt in templo Martis, ista patent, quibus libris publicus minister praefectus exiit. Decretum quoque de huius nomine est inscriptum. De his porro, quae illic iste peregit, qui ei in legatione collega & praesentes fuere, testimonium ferent, qui certe ista mihi narrarunt: neque ego cum illis legatus fui, sed eiuraueram. Atque mihi recita decretum. Acta publica, & testes euoca. **DECRETVM. ACTA PVBLICA. TESTES.** Quae nam itaque uota Deis nuncupasse Philippum suspicamini, cum libabat, aut Thebanos ipsos? non ne ut in bello robur & uictoriam eis & locijs praestarent, contrariaq; Phocensibus? Ergo ista unà is uouebat & execrabatur aduersus patriam, quae nunc par est ut in eius caput uertatis. Abijt itaque praeter legem, quae pro ea re mortis poenam imponit. & illuc cum se contulisset, alia alijs supplicijs digna commisisse uisus fuit. quae etenim antea patrauerat, & in legatione pro his gesserat, iustè alioquin ei uitam adimere deberent. Expendite quæso qui cruciatus futurus sit, qui ita condignus existat, ut tantis pro sceleribus debitus censerì possit. Quì enim indecorum non est, uiri Athenienses, communiter quidem uos omnes, uniuersumq; populum his omnibus de rebus, quae à pace sunt, indignari, neque eorum quae inter Amphictyones aguntur, participes esse uelle, grauiq; & suspicioso animo in Philippum esse, utpote quoniam impietatis & molestiae quae gesta fuere, repleta existant, neque aequitate nitantur, uobisq; minus conducant. Cum autem forum ingrediamini, rationes his de rebus disquisituri, sacramentumq; pro Republica praestiteritis, malorum omnium authorem, & quem ista admisisse in ipso crimine deprehenderit, hunc dimittatis? Atque quis non iurè uobis uitio uertat ex reliquis ciuibus, imò uerò ex uniuersa Graecia, cum uideat uos Philippo iratos esse (qui, cum pacem ex bello conflat, rerum occasionem à uenalijs fuerit mercatus, rem multa uenia dignam peragendo) eum uerò impunitum relinquere, qui res uestras ita perditè prodiderit? cum leges extrema alioquin supplicia illi qui ista fecisset, praescripserint. Ab istis fortè eiusmodi quoque ratio efferetur, quòd illud inimicitiarum cum Philippo futurum sit principium, si eos qui per legationem pacem contraxerunt, damnaueritis. Ego quidem, si id reuera ita se habet, cogitatione assequi non possum, quid magis quam hoc accusare debeam? siquidem is qui, ut pacem consequeretur, pecunias insumperit, in praesenti adeò formidolosus & potens euasit, ut sacramento & iustitia contemptis: uos iam qua in re gratificari Philippo possitis, cogitetis: neque earum rerum machinatores quo supplicio affecti congruentem poenam sint luituri, considerare uelitis. Enim uero quòd id amicitiae initium, quae uobis proficiat, uerisimile potius futurum sit, illud ni fallor ostendam. Hoc enim probè sciendum est, quòd Philippus ciuitatem uestram non despicit, uiri Athenienses: neque, quòd uos magis quam Thebanos contēnendos duxerit, illos potius quam uos amplexari uoluerit: uerum ab his perdidicit, eaq; intellexit, quae & antea ego uobis in cōspectu populi dixi, ac nemo ex his aduersatus fuit, quòd populus turba quaedam est, & res praeter ceteras summè uolubilis & imprudētissima: sicuti fluctus maris, qui ut impelli contigerit, fluit refluitq;: sic alius uenit, alius abiit, ac nemo est qui rerum publicarum curam gerat. at ne eas quidem recordatur: quòdq; aliquos ei amicos adesse oporteat, qui singula quaeque pro eo apud hos pertractent, ea que ut ipsi libuerit, disponant. Quòd si ei id paratum existat, quòd cunq; à uobis consequi uoluerit, id facile confectum iri. Si itaque audiuisset, arbitror illos qui tunc apud ipsum ista dixissent, è uestigio ut huc reuersi fuere, securi percussos, id ipsum quòd Rex effecisset. Quid porro fuit, quòd Rex egit? cum à Timagora deceptus fuisset, ei que (ut fertur) XL talenta largitus esset, posteaquam rescuuit ipsum uestris sententijs mortuum fuisse, & ne uiuendi quidem facultatem sibi confirmare potuisse, nedum ea quae tunc illi sponderat, peregisse: agnouit, se huic honorem detulisse, qui res in potestate sua non haberet. Etenim Amphipolim primùm uobis rursus sub seruili iugo dedit, quam tunc sibi sociam & amicam fore decreuerat: deinceps nulli unquā sequenti tempore pecunias fuit elargitus. Hoc idem itaq; Phi-



lippus fecisset, si aliquem ex his pœnam dare didicisset: & in præsentî si id perdiscat, efficiet. Postea uerò quàm audierit Oratores inter uos probari, cæterosq; cœsurę subijcere, quid sibi agendum quærat, multa impendere, cum pauciora possit: omnesq; reuereri uolet, cum duos uel treis liceat: profectò desiperet. Neq; enim Thebanorū Rempublicam communi beneficio afficere sibi proposuisset Philippus, quin immò illud plurimum abest: uerum à legatis inductus fuit, quoniam uero modo, ego id uobis exponam. Ad eum ex Thebis legati uenerant, cum & nos à uobis missi ibi aderam. his pecunias ille dare destinauerat, adeoq; (ut aiebant) multas: non admisere, neque eas accepere Thebanorum legati. Deinde in sacro quodam & cœna dum potaret, & cum eis perhumanè uersaretur Philippus, inter cætera cum multa, utpote captiuos & id genus alia, ac postremò pocula argentea & aurea ipsis obtulisset, ista omnia illi repudiarunt, neque usquam sese abiecere. Ac tandem Philon unus ex legatis ait, uiri Athenienses, uerba, quæ uestri, non Thebanorum gratia, par erat ut dicerentur. dixit enim, se, cum Philippum uideret magnificè & benignè erga ipsos se habere, uoluptate & lætitiâ affici: ipsi itaque, quod ei amici & hospitaes etiam sine his muneribus essent, ut benignitatem uerò istiusmodi exhiberet his in rebus, quæ ad eorum ciuitatem pertinerent, & quas tunc tractarent, ab eo postularunt, aliquidq; quod ipso & Thebanis dignum foret, perageret. Atque uniuersam ciuitatem ad eum modum, & seipos erga eum affectos iri profitebantur. Cæterum considerate, quid ex his Thebanis accesserit, quid ue contigerit: & ueritatem ipsam cõttemplimini, quantum intersit, res ciuitatis minimè diuendere. In primis itaque ipsis debilitatis, ac bello fractis & deuictis, pax successit: deinde Phocensium inimicissimorum extrema perniciēs, murorumq; & ciuitatum euersio. Num & ea tantum accidere? non per Ioem. uerum ad hæc Orchomenus, Coroneia, Corsiæ, Tilphossæum, & tantum ex agro Phocensi, quantum uoluere, aduenerunt. Thebanis itaque ista à pace obuenerunt, quibus ne maiora quidem, etiam si uouissent, contingere potuerunt. Legatis porro Thebanorum quid? Nihil, præterquam quod istarum rerum eorum patriæ authors fuere. Hanc igitur honestatem, & uerecundiam, ad uirtutis calculos reuocemus, pariter & gloriæ, quam isti pecuniâ uendicarunt. Iamq; conferamus Athenarum ciuitati quid pax attulerit, quidq; Atheniensium legatis: & expendite, num Reipublicæ peræquè, atque his ipsis aliquid accesserit: ciuitati quidē, ut omnibus agris & socijs priuaretur, ut iureiurando Philippo obstringeretur, si quisquam ad ea seruanda se conferre uellet, uos illum prohibituos, eumq; qui illa uobis tradere cuperet, inimicum & hostem esse ducturos: illum uerò qui ista abstulisset, socium & amicum. Ea enim sunt, quæ patrociniis Aeschines defendit, huius uerò administer tulit Philocrates. cumq; ego prioris diei actionem obtinuissem, & uobis sualuissem, ut sociale scitum ratum haberetis, legatosq; Philippi euocaretis: id cum iste in sequentem concionem reiecisset, Philocratis sententiâ rogari obtinuit, in qua & hæc atque istis pleraque alia insuper indigniora continentur. Ciuitati ergo ista à pace aduenere, quibus nihil magis indecorum reperiri facile poterit: legatis uerò, qui ista peregerunt, ut cætera sileam, quæ omnia uos oculis uestris intuiti fuistis, ædes, ligna, frumenta: sed & in euersa sociorum ora, agri & iugera quamplurima, quæ talentum Philocrati in mercedem ferant, Aeschini autem huic xxx minas, obtigerunt. Quo pacto graue, uiri Athenienses, & miserandum non est, sociorum uestrorum calamitates legatis uestris in prouentus cedere: unamque & eandem pacem ei ciuitati, quæ illam poposcisset, cum sociorum interitum, tum agrorum alienationem, proque gloria dedecus generasse, legatis que qui ista aduersus Rempublicam admisissent, prouentus, copiam, prædiâ, opes pro extrema inopia genuisse. Verum enim, quod uera dicam, aduoca earum rerum testes Olynthios. **TESTES.** Non utique admirer, si & quid eiusmodi dicere ausus fuerit, quod fieri non poterat ut laudabilis, actalis qualem ego poscebam, pax fieret, cum re bellica Imperatores abuterentur. si ista dixerit, uos quæso ipsum rogate, & in memoriam reuocate, num ex quauis alia in legationem profectus fuerit ciuitate, an ex hac ipsa?



hac ipsa quod si ex alia, quam bello superiorem fuisse dicat, & optimos ductores habere, iure pecunias accepit: sin uerò ex hac ipsa, cur ob quæ ciuitas eum legatum misit, cum res proprias amiserit, pro his tamen is munera præcerpsisse apparet: Eadem enim ipsa & ciuitatē, quæ eos emiserat, & legatos ex ea missos cōsequutos fuisse oportebat, si iustē alioquin res tractabātur. Amplius quoque & illud cogitate, uiri Athenienses, utrum arbitramini Phocēses Thebanis, an Philippū uobis superiorē fuisse: Ego quidē probē noui, quod Phocenses Thebanos deuicissent. Orchomenū enim tenebant, & Coroneiā, atque Tilphossæum, & suos in Neotibus existentes receperāt, ac in Edyllo ducentos & septuaginta trucidauerāt, trophæūque erexerāt, & equestri prælio superiores fuerant, malorūque Illias Thebanos circumstiterat. Vobis uerò quid eiusmodi non adfuit, atque utinam ne de cetero adsit. Illud uerò in eo bello, quod cum Philippo gerebatis, teterrimū erat, quod cum uolebatis ipsum malē tractare, non poteratis: sed & ne quid insuper uos pateremini, ipsi prorsus tuti eratis. Quid igitur ex eadē pace obtigit: Thebanis quidē, quod cum adeo bello fuerint profligati, sua tamē recuperauerint, & suo imperio hostiū urbes adiecerint: uobis uerò Atheniensibus, & quæ belli tempore uobis seruata fuerāt, hæc ut in pace perdideritis, quoniā eorum legati suam Rempub. non prodiderant, res autē uestras hi uenditarint. Sed per louē, socios bello defatigatos fuisse, dicet. Quod ista per hunc modū diuendita fuerint, ex his quæ supersunt, eo amplius cognoscetis. Posteaquam pax exitū habuit, dico eam cuius author fuit Philocrates, & quam iste defendit: legati autē Philippi discesserāt, cum iusiurandum accepissent, & hæcenus de rebus gestis desperandū nō erat, pax tamen ignominia & indignitatē ciuitati afferebat, sed pro his tamē admirabilia bona nobis euentura erant: ego à uobis petebā, atque istos admonebā, ut quàm celerrimē in Hellespontum enauigarēt, neque desererent permetterent uel aliqua ex illis locis medio tempore Philippum occupare. Exactē enim nouerā, quod quæcunq; post bellū pace insequuta destituerentur, ea negligentibus deperire soleāt. Nemo enim unquā, qui pro summa rerum pacē agere perluasus fuerit, pro his quæ negligentet derelicta fuere, bellū dein integro gerere uoluit. Verūm hi qui ea antē cepere, illa retinēt. Præter uerò ista ex duobus emolumentis ciuitatē non aberraturā arbitrabar, si uos enauigaremus. Aut enim si præsentēs essemus, & iuxta decretū, ipsum ob iusiurandū astringere uellemus, futurum erat, ut ea quæ à ciuitate abstulisset, redderet, & à cæteris abstineret: aut si ista ille non faceret, nos quamprimum hic uos certos eramus reddituri, ut per ea quæ in locis longinquis, & rebus minorib. fecisset, uos quod insaturabilis infidusque esset cum cognouissetis, ne ea quæ propè maioraque essent, Phocenses dico & Pylas, essetis neglecturi. Atque ita cum ille ista non præoccuparet, neque uos seduceremini, omnia uobis iuxta mansura essent, & ab ipso ultro omnia æquabilia futura forent, atque ista ita casura, non immeritò suspicabar. Si etenim incolumes, sicuti tunc salui erāt, Phocēses essent, & Pylas tenerēt, ille quidē nihil intētare posset, quod uobis formidolosum esset, propter quod à iusto declinare deberetis, neque enim itineribus profectus, neque classe uictus præpotente in Atticā uenturus erat: uos uerò illi statim emporia clausuri eratis, ipsumque in pecuniarū penuria, aliarumque rerum obsidione rursus cōstituturi, ita ut ille, non uos, cōmodis pacis inseruitorus esset. Atque quod ista nunc post rerū euenta non confingā, & simulē, sed tunc quamprimū cognouerim & perspexerim, et hos monuerim, inde scietis: quoniam concio reliqua nulla supererat, eo quod omnes absumptæ fuerant: hi uerò non discesserant, sed ibi manebāt: decretū fero, cum essem in Senatu, Senatui potestātē populo faciente, legatos quamprimū proficisci debere: Proxenu autē Imperatorē copias ipsas ad ea loca deducere, ubi Philippū fore sciscitaretur: cum id quidem hismet uerbis, ac ita ut nūc expressis loquor retulerim. Ac cedō, mihi recitata decretū, illo in manib. sumpto. **DECRETVM.** Hinc igitur eos seduxi adeo inuitos, quemadmodum ex his quæ postea fecere, manifestē cognoscetis. Postea uerò quàm ad Oreū peruenimus, & Proxeno cōmissi sumus, & hi enauigare negligenter, iussaque peragere in orbē uagabātur. ac priusquam in Macedoniā peruenissemus, tres atque uiginti dies consumpsimus: reliquos uerò omnes dies in Pella moram traximus, priusquam Philippus aduentasset. His itaque dinumeratis, unā iter fecimus integros quinquaginta



quingenta dies. Hos igitur medio tempore, Doriscum, Thracem, & loca in Murris, Sacrum montem, res omnes in pace, & inducijs cepit, & suo arbitrio regebat Philippus, multa cum ego monerem, & cōtinuò clamarem, principiò quasi in publicum sententiã assererem, postea tanquã ignaros docerẽ: postremò uerò ueluti ad eos qui seipso uendiderant, & homines loquerer iniquissimos, nihil supprimebam. Qui autem istis dicendo apertè resisteret, & omnibus quæ ipse dicebam, & à uobis decreta essent aduersaretur, is erat. An certè ista reliquis omnibus legatis placerent, mox scietis. Ego quidem nondum de quoquam aliquid dico, neque aliquem culpo. nec enim quisquam ex eis per uim hodierna die fieri potest, ut bonus fuisse appareat: sed per se, atque si scelerum particeps non fuerit. Quòd utique indecorè, indignè, & minimè gratis res actæ fuerint, uos omnes perspexistis. qui nam uerò in earum rerum comunione fuerint, res ipse manifestum facient. Hoc itaq; per Iouem iusiurandum à socijs sumpseret: uel reliqua, quibus opus erat, perfecere. Plurimum quidem abest, ut id fecerint. Verùm tres totos menses cum peregrè uagati fuissent, & mille drachmas in uaticum cum accepissent à uobis, quantum à nulla unquam ciuitate, uel cum illuc legati irent, aut inde cum huc uenirent, impensum fuit, iuramenta recepere. Verùm enim in hospitio quodam ad templum Castoris & Pollucis. Qui enim uestrum Pheras profectus fuit, nouit quod aio. hic iuramenta pacis præstita fuere, cum huc exercitu actò Philippus uenisset: idq; cum dedecore, uiri Athenienses, & dignitatis uestræ ratione non habita, gestum fuit. Atqui hoc Philippus plurimi præter cætera aestimauisset. Putate quòd ad eum modum fieret. pacem enim cum non ualere, sicuti hi primum cœperat. absq; Alensibus & Phocensibus fieri decernere. uerùm cum Philocrates à uobis compelleretur, ut ea obliterando, in decreto scriberet, & exprimeret, Athenienses, Atheniensiumq; socios: noluit quenquam sociorum, qui ibi aderant, eiusmodi iuramentum præstare. neque enim cum eo militaturi erant, ad ea quæ nunc loca uestra possidet. Verùm iusiurandum eum prætextum erat exhibiturum, quòd ipsi testes futuri non essent earum pollicitationum, ob quas pacem uenatus fuerat. Ac ne illud omnibus palàm fieret, quoniam non Athenarum ciuitas bello oppressa fuisset: sed quòd Philippus is esset, qui pacem expeteret, ac qui multa Atheniensibus promitteret, ut pacem consequeretur. Ne itaq; ista quæ dixi, diuulgarentur, propterea putauit istis nusquam eundum esse. Hi uerò omnibus in rebus ei gratificabantur, illum extollendo, illiq; admodum adulando. Cæterùm cum hæc omnia coarguantur, tempora consumpsisse, loca Thraciæ deseruisse, nihil eorum quæ decreueratis fecisse, nedum ea quæ Reipublicæ conferrent, falsa renunciaisse: quo pacto fieri potest, apud iudices prudentes, & qui iusiurandū obseruare uelint, ut hi absoluantur? At uerò quod ea quæ dico, uera existant, in primis recita decretum, quantum uestra intererat, eos ad iuramenta euocasse: deinde Epistolam Philippi, postmodum Philocratis decretum, ultimo illud populì. **DECRETVM. EPISTOLA. DECRETA.** At uerò quòd Philippum in Helleponto deprehendissemus, si quis mihi paruisset, & à uobis iniuncta fecisset, iuxta decreta, uoca testes, qui illic præsentés aderant. **TESTES.** Recita uerò & aliud testimonium, quæ Euclidi huic, cum postea superuenisset, Philippus responderit. **TESTIMONIUM.** Quòd itaq; his inficiari non liceat, quòd ista pro Philippo non pertractarint, me audite. Quo enim tempore in primam pacis petendæ legationem profecti fuimus, caduceatorẽ uos præmiseratis, qui uobis inducias faceret. Tunc igitur cum celerrimè in Oreum peruenissent, caduceatorem non expectauere, neq; moram aliquam fecere, in Alumq; enauigarunt, cum is obsidione permeretur: ac rursus inde ad Parmenionem obsessorem cum transmisissent, per hostilem exercitum ad Pagasas se contulerunt. & cum ultrà progressi fuissent, caduceatori Larissæ occurrerunt: tanto studio & animi alacritate progrediebantur. Cum uerò pax constaret, & profectio undelibet tuta esset, mandataq; uestra acceleranda forent, tunc cum essent in itinere, neq; festinandì, neque nauigandi uoluntas ipsis in mentem subibat, quid ita? Quoniam eo tempore, ut pax sine ulla mora fieret, id erat è re Philippi: nunc uerò ut plurimū temporis interiecti cunctarentur, antequam pacis iuramenta reciperent. Verùm quòd ista per ueritatem asseuerem, & id testimonij accipe



nij accipe. **TESTIMONIVM.** Possunt ne magis homines, quod omnia pro Philippo egerint, conuinci, quam profectioe ipsa, dum pro re uestra properandū esset, commorati cū fuerint? eundem uerò cum non esset ante caduceatoris aduentum, dum celerauerint? Quo igitur tempore ibi eramus, & in Pella morabamur, cogitate quid quisq; nostrū sibi agendum proposuisset. Ego itaq; ut captiuos redimerem, & conquirerem, ac pecunias proprias in id sumērem, & Philippū ut deprecarer, loco munerum, quæ nobis donabat, ut hos dimitteret: ipse uerò, mox audietis, quid faciendū perrexerit. Quid igitur id erat, quod Philippus nobis communiter pecuniam largiretur? Ac ne illud ignoretis, ille nos omnes explorauerat, cuiuslibet nostrū quodammodo priuatim pecunia missa, ac plurimo uiri Athenienses auro condonato, postea uerò quam à nescio quo frustraretur (mihī enim neq; memet ipsū nominare conuenit, uerū opera & facta ipsa commonstrabunt) quæ communiter darentur, omnes arbitratu fuit quamprimū & inconsultē accepturos esse. Eos itaq; qui priuatim sese uendidant, in tuto futuros, si omnes paulatim communium munerum participes essemus, propterea q; illa dabantur. Hospitalitatis autē dona ad eam rem pretextum afferebant. Ut uerò ipse hæc uetui, iterum ea inter se hi partiti fuere. A Philippo quidem postea quam ego petij, ut id in redimendis captiuis ipse impenderet, neq; quenquam horum accusare par erat, neq; dici debebat, quod alia hic uel ille haberet, neq; largitio refugienda erat. in id quippe consensit. uerū eam rem reiecit in quinquennales ludos Minera, quibus aiebat, se eos remisurum. Recita testimonium Apollophanis, deinde reliquorum, qui aderant. **TESTIMONIVM.** Age uerò quot & ego ex captiuis redemerim, uobis referam. Per omne quidem illud tempus, cum Philippus nondum aduentasset, quo in Pella fuimus commorati, nonnulli ex captiuis, quicunq; sub uadimonio erant, cum diffiderent, ut reor, ne deinceps id Philippo suadere possent, se ipsos redimere uelle aiebant, eiusq; rei nullam Philippo gratiam habere: atq; mutuo accipiebant, hic quidem treis minas, ille uerò quinque, alter sicuti redemptionis precium cuiq; contigerat. Postea igitur quam Philippus reliquos liberare conuenerat, hos ego cum conuocassem, quibus ipse argentum commodaram, & rei seriem ad memoriam reuocassem, ne si festinarent, minus beneficij habuisse uiderentur, ne ue et proprijs pecunijs homines inopes redempti foret, cum alij se à Philippo liberandos sperarent, redemptionis precia dono dedi. Et quod ea uerè dicā, recita testimonia. **TESTIMONIA.** Quam igitur pecuniarum summam remisserim, & dono dederim miseris ciuibus, hæc est. Quando autem is dixerit apud uos, quid nam, ut ais Demosthenes, ex quo Philocratis sententiam defenderim, cum cognosceres nihil nos agere, quod esset e Republica, legationem, quæ ista fuit insecuta, ad iuramenta accipienda rursus obijisti, neq; iurasti, cuiusmodi cōmemorate. Quoniam his me uenturū sponderam, quos liberaui, redemptionisq; precia me allaturum, & quoad fieri posset, illos seruaturum. Iniquum itaq; fuisse, ementitū esse, et uiros ciues afflictos abiicisse. Priuatim uerò si iurassem, non admodum honestum neq; tutū fuisse, per ea loca uagari. Nam si id non feci, quia, ut eos seruarem, in animo proposueram: si pecunia, eaq; admodum multa accepta, unā cum his in legationem si profectus fuisset, detestandus omnibus & execrabilis immaturè peream. Indicio enim est, cum ad tertiā legationē uos me bis suffragijs designauissetis, bis ego iuramento eam repudiaui: & præter hanc profectioē omnia istis cōtraria peregi. ea enim quorū ego arbiter erā ex causa legationis, per hunc modū uobis euenerunt. At quæ isti, cū plures essent, obtinuerūt, cuncta interciderunt. Atqui & reliqua omnia, tanquā ista cōsequentia peracta fuissent, si qui mihi paruissent. Neq; enim ego usq; adeo stupidus et demens eram, ut argentum impenderem, cum alios uiderem illud accipere: ut laudem apud uos consequerem. quæ uerò sine aliqua impensa fieri poterant, quæq; toti ciuitati multo maiora emolumenta præbitura forent, ista fieri noluerim scilicet, uiri Athenienses: uerū, ni fallor, isti me uincebant. Age uerò, quid præter ista ab hoc, ac quid à Philocrate actum fuerit, animaduertite. Si etenim inter se conferant, utiq; erunt clariora. In primis itaq; Phocenses & Alenses foederum expertes reddiderunt, atq; Cersobleptem, & id quidem præter decretum, & ea quæ in præsentia uestra dicta fuere, Deinde decretum ipsum commouere aggressi sunt, illudq; immutare, sub



quo nos legatum agentes profecti fuimus. Postea Cardianos Philippo socios addiderunt. epistolamq; à me uobis conscriptam, mittendam non fore decreuerunt. Ipsi uerò cum nihil integri scripissent, id misere. Postea præclarus iste, me ait populum uestrum conquassaturum Philippo promisisse, quoniam ista increpabam, non solum quia ea turpia putarem: sed & quia uererer, ne per hos ego innocens interirẽ. Ipse uerò quodcumq; tempus seorsum nactus fuerat, nullibi Philippo defuit. Et ut reliqua sileam, Dercyllus ipsum Pheris noctu obseruauit, non ego, dum secum hunc puerum meum haberet: ac cum ipsum ex Philippi tabernaculo exeuntem deprehendisset, ut id mihi puer nunciaret, mandauit, ac id ipsum recordaretur. Postremoq; detestabilis iste & impudens die noctuq; cum nos recessissemus, à Philippo receptus fuit. Et quod ista uere referam, primùm ipse cum me inscripsero, & talionis pœnæ me subiecero, testimonium feram: deinde & quosq; ex legatis uocabo, alterumq; ex duobus aut testificari, aut inficiari, cogam. Quod si inficiari uoluerint, ipsos peierasse uobis, coram manifestè conuincam. **TESTIMONIUM.** Quibus igitur malis & negotijs in tota illa peregrinatione distentus fuerim, uidistis. Quid ipsos putatis ibi fecisse, cum prope largitorem essent: cum uobis inspectantibus, & facultatem habentibus hos cohonestare, aut contrà punire, talia peragant? Recensere iam uolo ea quæ ab initio in accusationem deducta fuere, ut quodcumq; in exordio orationis uobis pollicitus fui, illa me executum fuisse ostendam. Palàm feci, nihil ueri eum retulisse: quinimmo uos decepisse, dum factis ipsis, non uerbis pro testibus uterer. ostendi ipsum authorem fuisse, ne uos me uera alioquin dicentem, audire uelletis: dum huius tunc pollicitationibus & renunciationibus seducti essetis. omniaq; contra quam oportebat ipsum consuluisse, socialiq; paci aduersatum fuisse: & illi, quam Philocrates scripserat, patrociniū impendisse: tempora subtraxisse, ne si in animo fuisset, pro Phocensibus exire possetis: alia que in ea profectioe multa & grauiā admisisse, omnia prodidisse, uendidisse, munera accepisse, nihil flagitij prætermisisse. Nempe ista ab initio pollicitus fui, eadem que plana feci. Spectate igitur quæ ista secuta sunt. oratio enim quæ sequetur, ad uos simplex mihi futura est. Iurauistis uos sententiam laturos fore, ex legibus, populi que placitis, atque consilij quingentorum. is autem apparet omnia contraria legibus, decretis, iustitiæ in legatione peregisse. Ipsum igitur damnari conuenit apud iudices, qui mente non careant. si enim nulla alia in re peccasset, uel duo ex his quæ admisit, satis sunt, ut ipsum è medio tollatis. Non enim Phocenses tantum, sed & Thraciam Philippo tradidit. Atqui nemo ex uniuerso terrarum orbe duo loca ciuitati commodiora ostendere posset, terra quidem Pylis, mari uerò Hellesponto: quæ ambo impudenter Philippo uendiderunt, et maximo incommodo nostro in illius manibus collocarunt. Hoc itaque ipsum præter cætera usque adeò grande crimen fuit, Thraciam uidelicet, & Muros perdidisse. multa dici possent, quot ab ea apud uos interierint. Qui uerò ob id, quia magna repetundarum summa tenerentur, difficile admodum non est connumerare: Ergophilus, Cephisodotus, Timomachus, & superiori ætate Ergodes, Dionysius, & alij, quos parum abest ut dicam omnes simul minori quàm istum detrimento Rempublicam affecisse. uerumtamen & eo tempore, uiri Athenienses, ex prouidentia quadam, quæ indigna erant cauebatis, & prospiciebatis. Nunc uerò quod nisi uos quotidie perturbet, & præsentem dolorem afferat, despicitis. Propterea uos nunc frustra decernitis, quod Philippus Cerfoblepti sacramentum præstet, consilij Amphictyonici ne particeps esse uelit, pacem uerò instaurandam esse. Etenim nullo ex his decretis opus foret, si is nauigandum curasset, ac ea facere quæ è re essent. Nunc autem ea quæ seruari poterant, si enauigassent, iubendo proficisci, perdidit: quæ uerò si dixissent, mentiendo. Quamprimum igitur indignabitur uel maxime, ut ipse audio, si solus eorum qui ad populum concionari solent, uerborum rationes reddere debeat. Ego certe, quod omnes & merito, illorum uerborum quæ dicant, pœnam luere deberent, si quid corrupti dixissent, prætermitto. Verum illud dico, si quidem Aeschines priuatus cum esset, qua in re nugatus est & aberrauit, ne admodum in eum animaduertite, uerum dimittite, ueniam condonate. Quod si legatum agens, ob pecuniam de industria uos seduxit, ne missum facite, neque id tolerate: quod eorum quæ dixerit, ipsum pœnam pendere



pendere non oporteat. Cuius nam rei pœnam à legatis sumere conuenit, quàm uerborum? Legati enim non triremiũ, non locorum, nõ peditum, nõ arcis imperium gerunt. nemo enim ista legatis committit: sed uerba solum, & tempora. Tempora itaq; Reipublicæ si quis non absumpserit, utiq; non deliquit. quòd si illa subtraxerit, peccasse dicendus est. Sermones autem, si ueros retulerit, aut conducibiles, dimittendus est: sin autem falsos, & pecunia corruptus, atque inutiles, condemnari debet. Nihil enim est, in quo quis magis uos iniuria afficiat, quàm qui falsa referat. Apud quos enim in orationibus Reipublicæ regimen consistit, quo pacto, si hi uera non dicant, tu tò res ipsa communis administrari potest? Quòd si & ad ea quæ hostibus conferunt, muneribus acceptis conciones habeat, quæ fieri poterit, ut non periclitemini? Neq; enim par est, si paucorum dominatus, aut tyrannidis tempora quis consumat, ac uestra. Verùm id nõ parũ abest. In illis enim principatib. omnia ex imperio celeriter perficiuntur: apud uos in primis omnibus de rebus Senatui audientiam facere, & antè deliberare necesse est, atque id quando aliquid præconibus & legationibus præscriptum fuerit, neque perpetuò: deinde concionem cogere, atque eam cum ex legibus licuerit, postea obtinere. & eos superiores euadere oportet, qui optima suaserint; his, qui ignoratione aut nequitia aduersati fuerant. Ad hæc insuper omnia, posteaquàm aliquid sancitum fuerit, & illud utilitatem afferre uideatur, populi necessitati tempus est indulgendum, quo ea sibi comparent, quibus indigeant: ut quæ placita fuerint, perficere queant. At qui tempora consumit, in eiusmodi Republica qualis apud uos est, non tempora iste absumpsit, non, sed res ipsas unico uerbo profus abstulit. Adest itaque promptus quidẽ sermo omnibus his qui uos decipere uolunt, quòd qui Rem publicam perturbant, illi sunt qui Philippum uos prohibent beneficio afficere. Contra quos nullum ego uerbum faciam, uerùm epistolas Philippi legam: & opportunitates, in quarum singulis decepti estis, ad memoriam reuocabo, ut cernatis hoc frigidum uerbum ad saturitatem usque illum transiisse, dum uos fraudibus inuolueret.

EPISTOLA PHILIPPI. Cum itaque adeò nefanda & multa, ea que omnia contra uos in legatione commiserit circumuoluitans, tamen ait, Quid dicat aliquis de Demosthene? qui legationis collegas in iudicium e mentitæ legationis uocat, per louem, uelim nolim, per illam uniuersam peregrinationem, cum abs te eiusmodi insidijs fuerim circumuentus. Cum uerò duæ mihi dantur ad præsens optiones, ut uel rerum gestarum, cum tales sint, uobis uidear particeps fuisse, uel eas accusarem: ego certè neque tecum in legatione, communicasse aio, sed in legatione quidem te & multa & grauiã, me uerò ipsum pro istis optima quæque perfecisse. Verùm Philocrates tecum communicauit, cum illo quippe tu & Phrynon. Vos enim ista agebatis, atque ista uobis omnibus placebant. Vbi sal, ubi mensæ, ubi libamina? Hæc enim cum circummeat, uoce tragica exclamat, quasi non illi qui iniuste agunt, horum sint proditores, sed qui iuste se gerunt. Ego quidem noui, quòd omnes Prytanei præfecti frequenter publicè sacrificant, & simul cœnant, unaq; libamenta faciunt, neque propterea optimi iniquos imitantur: sed si quem ex ipsis iniurium deprehenderit, Senatui populoq; eum indicant. Senatus quoque eodem pacto, quando in ineundo magistratu sacrificat, unã conuiuium habuit. Imperatores item in sacris libationibus communicant, atque omnes ferè ( ut ita dicam ) magistratus. ergo ea propter iniurijs impunitatem dederunt. Multum uerò id abest. Leo Timagoram accusauit, cum per quadriennium eius in legatione collega fuisset: Eubulus Tharrecen & Smicythum, eorum cum fuisset contubernalis: Conon ille antiquus Adimantum, cum in eadem prætoriam dignitate collega fuisset. Vtri itaque salem & libamenta uiolarunt, Aeschines, qui prodidere, & legationẽ e mentiti fuere, ac munera accepere: an uerò qui illos accusarunt? nimirum qui totius patriæ libationes, quemadmodum tu, non solum qui priuatas deformarunt. Ut igit uideatis, quòd omnium hominũ, qui aliquando nõ solum publicè, sed et priuatim ad Philippũ se contulerunt, hi fordidißimi & nequissimi fuerint, extra rẽ legationis huiusmodi me parumper audietis. Postea enim quàm Olynthum Philippus uenit, Olympiã celebrabat, ad illudq; sacrificium & celebritatem omnes scenicos artifices coegerat. eis ad epulũ inuitatis, uictoribusq; corona donatis,



rogauit Satyrum hunc comicum histrionem, cur solus nil peteret, num aliquem in eo pulillum aut infensum animum erga se aspexisset? dixisse Satyrum aiunt, quod nulla re qua ceteri indigerent, ei opus foret: quæ uerò ipse libenter postularet, facillimè Philippus dare posset, & supra omnia gratificari: se tamē uereri ne frustraretur, si peteret. Ille uerò cum iuberet ut diceret, et quid eiusmodi iuueniliter protulisset, nihil esse quod facturum nō foret: ipsum dicūt exposuisse, quod ei fuisset Apolophanes Pydneus hospes et amicus: cū uerò ille insidiosè interfectus uita functus fuisset, et eius cognati perterriti essent, filias, pupillæ cū forent, in Olynthū furtim exportarunt. eæ quippe (ait) urbe capta, in seruitutem deuenere, penesq; te sunt, cum nubilis ætatis existant. has abs te peto, & ut mihi des, deprecor. Volo etenim rem intelligere & noscere, quo munere me sis affecturus: eas utiq; si donaueris, ex ea re nihil lucrificiam: sed dote adiuncta, eas elocabo, atque non prætermittam ut aliquid & nobis & patre suo indignum patiantur. Ut autem qui in conuiuio aderant, ista audierunt, tantus plausus, laus, & tumultus ab omnibus excitatus fuit, ut Philippus aliquantum commotus fuerit, easq; tradiderit. Atqui unus ex his qui Alexandrum Philippi fratrem interfecerant, is fuerat Apolophanes. Porro huiusce Satyri cœnæ alteram, quam hi in Macedonia fecerunt, conferamus: & expendite num ad eam accedat, illi uel similis existat. Conuocati hi cum essent ad Xenophronem Phædimi filium, qui unus fuerat ex XXX tyrannis, accessere: ego non iui, ut uerò ad comotationem deuenerunt, Olynthiam quandam mulierem introducit, elegantem profectò & ingenuam, atq; prudentia præditam, sicuti docuit euentus. hanc primùm is bibere parumper, atque isti comedere (ut mihi uidetur) compulere, sicuti postridie latrocles mihi narrauit, ut res ultrà processit, atque calefacti sunt, eam discumbere & aliquid canere iussere. ipsa cum id grauiter ferret, & recusaret, ac nesciret: illud contumeliam quandam esse dixerunt iste ac Phrynon, neque ferendum esse, eam quæ ex Olynthiis, Dijs infensis, & scelestis hominibus captiua facta esset, nimis delicatam esse. puerumq; aduocat, ut quis eorum ferat. flagello sumpto uerna adfuit, ebrijsq; cum essent scilicet, & parua forent ea quæ ipsos irritarent, ut nescio quid illa dixit, & lacrymauit, uerna tunica discissa, ad humeros eam cædit plagis inflictis. præ dolore autem & rei indignitate mulier mente abalienata, cum se inde abripuisset, ad genua latroclis concidit, mensamq; euertit. ac nisi ille eam exemisset, ab temulentis cæsa periisset. Atque profectò sceleris huius petulantia & temulentia mirabilis est, deq; ea muliere in Arcadia infinitis in locis uerba fiebant: & Diophantus nobiscum cum esset, id retulit, que nunc ipsum ut testetur adducam: perq; Theffaliam creber de ea erat sermo, & ubiq; Cumq; istiusmodi factorum sibi conscius esset, iste inexpiabilis uos intueri audebit? & uitā, quam ipse traduxit, continuo alta uoce prædicabit? quibus ex rebus ego suffocer, hi non ne sciunt? Ab initio quidem quod matri sacra facienti libros legens, & puer cum esses, in conuiujs & inter temulentos homines deuolutus fueris? deinceps sub magistratibus, quod inferioris scribæ officium exercueris? atque duabus tribus uel drachmis improbè te gesseris? postremò uerò, quod nuper alienis sumptibus tertiarum partium actione contentus enutritus fueris? Quam ergo uitam recensabis? num eam, quam non egisti? quando quidem ea quam traduxisti, talis apparet. Verum quæ potestatem in te præ se ferunt, ea commemorabis. Is apud uos alim detulit prostitutæ pudicitia. Sed nondum ista dicenda sunt: uerum recita mihi in primis testificationes istas. **TESTIFICATIONES.** Tot igitur & talia cum sint ea, uiri iudices, in quibus uos iniuria affecisse redargutus fuit, quibus in rebus quid mali non inest? muneribus corruptus, assentator, execrationibus obnoxius, mendax, amicorum proditor quod fuerit, omnia insunt quæ dicuntur, ad horū quidem nullum respondebit, neq; legitimā habebit & puram quam dicat defensionem. Quæ enim ipse audiui eum dicturum fore, ad dementiā quandam proximè accedunt. Veruntamen cum nil aliud fortè habeat, quod iustè exponere possit, quod cunque ut commentetur, ei necesse erit. Intellexi quidē ipsum dicturum, quod ego omnium utique quæ reprehendam, particeps fuerim, & ea mihi placuerint, & in eis cōficiendis illi fuerim adiutor: deinde, quod derepentè mutata uolūtate illa in iudicio accusarim.

Est certè



Est certè de his reb. quæ admiffæ fuere, neq; æqua, neq; cõsentanea ifta defenfio: meã tamen accusationem quandã continet. Ego quidem fi ifta cõmiffi, homo fum nequã: res propterea meliorẽ statum' ne habent: Quinimmo id plurimũ abeft. Enimvero me utrũq; uobis oftendere oportere arbitror. et quòd fi ifta dicat, ementiat, atq; fi quam iuftã habet defenfionẽ, quòd eã effugiet. Iufta itaq; & fimplex ea eft, uel quòd ea quæ accufant, facta non fuiffe demonftrèt: uel quæ gefa fuere, quòd Reipublicæ cõferat. iftorum quippe neutrũ is efficere poffet. Neq; enim quòd certe conductã, Phocenfes euerfos effe, & Pylas Philippũ occupare, & Thebanos uires auxiffe, & in Eubœa milites adeffe, & Megaris infidias ftruere, & pacem iniuratã effe, ei dicere licebit: quibus contraria tunc retulit in confpectu ueftro, quòd fcilicet expedirent quæ futura erant: neq; quòd ifta admiffa non fuerint, fuadere poterit uobis ipsis, qui illa intuiti eftis, & illorum probè confciji eftis. Itaq; quòd nulla in re cum iftis communicarim, mihi palãm facere fupereft. Vultis igitur, reliquis omnibus omiffis, quæ uobis corãm refutaui, quæ in peregrinatione offendi, cum illis continuò refifterim, hos ipfos uobis testes exhibeam? Quòd omnia contra meam & iftorum uoluntatem actã fuerint, quòd que hi pecuniam aduerfus uos acceperint, ego autem eam fumere noluerim? Spectate quæfo. Quem enim in ciuitate deteftabiliorem effe diceretis, magisq; despiciatum, maioriq; impudentia repletum? nemo utriq; ueftrũ, etiam errans, alium noui quòd diceret, quàm Philocratẽ. Quem uerò uel fupra cæteros uociferare, & quòd cunque uelit explicatififfima uoce proferre? Aefchinem iftum fcio, quòd diceretis. Quem autem ifti nullius animi, & timidum inter multitudinem effe aiunt? ego autem magis cautum appello? me quippe. Ipfe etenim nullius unquã tumultus author fui, neque uos inuitos quicquam compuli. Atqui in omnibus concionibus, quoties de his fermo incidit, & me iftos accufantem auditis, continuoq; coarguentem, manifeftoq; dicentem, quòd pecuniam fumpferint, & res omnes ciuitatis uendiderint: nullusq; ex his ifta cum audiat, aduerfatus fuit, fed ne quidem os aperuit, neque fe oftendit. Quid ergo in caufa eft, quòd omnium qui funt in ciuitate nequiffimi, & uocaliffimi, à me omnium timidiffimo, quicq; ufque adeò à cæteris uociferatione uincat, fuperantur? quoniam ueritas magnã uim habet, contrariumq; imbecille eft. Sibi enim ipsis confcios effe, quòd Rempublicam nundinati fuerunt, hoc reprimit iftorum temeritatem, hoc linguam inuertit, os oppilat, strangulat, filere facit. Itaq; poftrẽmò certè recordamini pauloante in Piræo, cum ipfum legationem obire non permittebatis, exclamantem, quòd me delaturus læx maieltatis, & accufaturus effet, atq; heu heu. uerũ enim ifta exordiũ quidem petunt prolixorum multorumq; certaminum & uerborum: illa uero pura, ac duo tria ue fortaffe uerba funt, quæ quis etiã hefterna die emprus enunciare poffet. Viri Athenienfes, res ifta perquam digna exiftit. is me accufat iftis de rebus, quarum ipfe particeps fuit, atq; me pecunias accepiffe ait: ipfe cum eas acceperit, aut faltem fimul ceperit. Nil igitur horũ dixit, neq; loquutus fuit, & ne aliquis quidem ueftrũ id audiuit, alia uerò minabatur. quid ita? quoniam earum rerum patratarum fibi confcius erat, iftorumq; uerborũ feruus erat. Non igitur animus ad ifta appropinquabat, fed refugiebat. ipsis enim confcientia obfiftebat. Ne cætera uerò quæq; conuicij confectaretur, nemo illi refistit, aut ne malediceret. Quod ergo omnium maximum fuit, quòdq; non uerba iam, fed facta redolebat, illud eft: quòd cum ego iure alioquin agere uellem, ut quemadmodũ bis legatus fueram, ita bis uobis rationẽ redderẽ, ad ratiocinatores is Aefchines dũ accelfiffet, plurimis testibus fuffultus refistit, ne me in iudiciũ uocarent, utpote qui rationes retulerim, & rationibus reddendis obnoxius non effem. atq; ea res perridicula quidẽ erat. Quid igitur id effet, quaritis? prioris illius legationis, quam nemo accufat, cum rationem reddidiffet, rufus in hanc ingredi nolebat, quam modò introit, in qua omnia facinora continebantur: quoniam ego ad id bis deueniffem, neceffarium ei erat, ut in id iterum intromitteretur, propterea me uocari non permisit. Atqui ea actio, uiri Athenienfes, utrumq; uobis apertè cõmonftrat, et quòd is feipfum damnarit, ita ut nemini ueftrũ pium effet, ipfum abfoluere, quòdq; nil ueri de me dixerit. etenim fi ita haberet, tunc & orando & accufando rem exquisiffet: non autem per louem me citari



uetuisset. Quòd itaq; ista uerè dicam, euoca earum rerum testes. **TESTES.** At uerò si extra legationis materiem multis uerbis de me maledicta iactauerit, ne utiq; ipsum audiatis. Non enim hodierna die reum ago, neque post ista quisquam mihi clepsydram dabit. Quid igitur ea significant, nisi defectionem legitimæ defensionis? Quis enim accusare deligeret, cum accusatur, dum habeat qua ratione se tueri possit? Illud amplius considerate uiri iudices, si ego in iudicium uocarer, Aeschines autem is delator esset, Philippus uerò iudicem ageret, exinde ego nihil haberem quo refutare possem, me non deliquisse, hunc maledictis incessere & uituperare conarer: num putatis ob eam rem ipsam iniquè laturum fore Philippum, si apud eum illius beneuolos quis probris insectaretur? Neque igitur uos deteriores Philippo esse uelitis, sed pro quibus controuersia constituta existit, ut de his dicat in se defendendo, compellatis, mihi testimonium recita. **TESTIMONIUM.** Nempe ego ex eo quod nullius flagitij mihi ipsi conscius eram, & rationem referre, ac omnia ex legibus subeunda mihi fore putabam: is uerò contrà rebatur. Quo itaque modo eadem à me atque ab isto acta fuere? quo uerò pacto isti licet ea uobis coram dicere, quæ nullo unquam priori tempore reprehendit? Nequaquam certè. Attamen dicet, & mehercle consentaneo modo: id certè nouistis, quod ex quo homines geniti fuere, & iudicia constituta sunt, nemo qui se deliquisse confiteatur, repertus fuit, sed impudenter loquuntur, inficiantur, ementiuntur, excusationes prætendunt, omnia faciunt ne dent pœnas. quibus omnibus uos minime hodierna die deterreri oportet: sed unde uos ipsi rem didicistis, ita causam iudicetis, neq; mea aut huius uerba attendatis: neque testes, quos iste paratos habebit ad quodlibet testificandū, largitore usus Philippo. Videbitis certè quàm alacri animo ei testimonium ferent. neque si sonora is & alta uoce utatur, ego uerò parua. Non enim Oratorum, neq; uerborum iudicium hac die (si sapitis) habere uos decet, sed pro rebus indecorè & indignè deperditis conflata ignominiam in authores depellere. res enim gestas, cum illas exquisieritis, omnes nostis. Quæ igitur ea sunt? illa quæ uos scitis, neq; uos à nobis ipsis id audire conuenit. Si enim omnia quæcunq; uobis pollicitus fuit, ex pace sequuta fuere, & si tanta ignauia & improbitate uos præditos esse profiteamini, ita ut dum neq; hostes regionem tenerent, neq; mari obsidione premeremini, neq; ciuitas aliqua alia calamitate distineretur, sed triticū uili precio mercaremini, ac reliquis in rebus nil peius quàm hoc tempore ageretis, præsciueritis: et antè admoniti fueritis ab istis, quod socij interituri, et Thebani uiribus potiores futuri, & Thraciā uniuersam Philippus occupaturus, & in Eubœa præsidia aduersus uos instruenda, & omnia quæ successerunt, quod euentura essent, deinde libenti animo pacè feceritis: Aeschinè absoluite, neq; ad tantā rerum infamiam periurium quoq; uobis asciscite. nihil enim in uos peccauit: uerum ego furès & cæcus sum, qui nunc ipsum accusem. Sin uerò omnia his aduersa, multaq; & humanitate plena loquebantur, quod Philippus ciuitatē amaret, Phocenses seruaturus esset, Thebanos ab iniuria cohibiturus, insuper ad hæc maiora quàm quæ ad Amphipolim spectant, uobis gratificaturus foret, si pacem consequeretur, Eubœam, Oropū rediturus: si itaq; ea dicendo, & omnia promittendo, deceperunt, & illuserunt, ac ferè Attica quoq; ipsa uos priuauerūt, eos condemnare debebitis. Et ne ad cætera, quibus cõtumelia affecti estis (neq; enim noui quid aliud dicā, ac pro quibus rebus hi muneribus fuerint corrupti) uos execrationem & periurium domum referte: illud amplius cogitate uiri Athenienses, quamobrè ego (si hi nihil commiserint) eos deferre aggressus fuerim: non enim inuenietis. lucundum ne est, plures inimicos habere? at id ne tutum quidè est. Verum enim mihi cum eo aliqua affuit similitas? nulla. Quid ergo tibi ipsi metuebas, & ob timiditatē, hanc tibi salutē fore existimasti? etenim & ista ipsum dicturū audiui, cum tamen nullum adsit Aeschini delictū, neq; flagitium, ut tu ais, si certè ista iterum dixerit. Considerate uiri Athenienses, si quibus in rebus insons cum essem, ego metuebā ne istorum opera perirè: quid par sit hos perpeti, cum hi ipsi sint, qui facinora admiserūt. Sed cū non ob ista, qua de re te accuso? Calūniöse quæ ego ago, ut abs te argentū accipiam? At utrū satius mihi erat, à Philippo id sumplisse, cū multo plus daret, & nil minus quàm hi, dedisset, illum que & hos amicitia deuincire: essent

mihiquidem



mihi quidem, essent amici, si in earundem rerum communione fuisset: neque enim  
 mecum similitatem ob res habent hæreditarias, sed quia rerum patratarum particeps  
 esse nolui: quam ab istis postea petere, ex ijs quæ habuissent, illi que & his inimicum  
 effici, captiuos que tanta propria pecuniæ summa redemisse, ab his uerò pauca po-  
 stulando turpiter & odiose accipere? Hæc non ita habent, sed ego uera renunciaui, &  
 à muneribus abstinui, iustitiæ & ueritatis gratia, ac ob reliquam uitam existimans, si-  
 cut & nonnulli alij, à uobis, si probus essem, quod & ipse honorari possem, & meam  
 erga uos liberalitatem pro aliquo lucro mihi permutandam non esse. Odi autem istos,  
 quoniam iniquos, & Dijs infensos in legatione perspexi, et meis honorificis studijs de-  
 fraudatus fui propter auaritiã istorum, qui in uniuersa legatione uestra indignè se-  
 gesserunt. Nunc autem accuso, & ad censuram uenio, quod futurum est prospiciens: &  
 illud in animo constitutum habens, disceptatione & iudicio mihi apud uos discretum  
 iri, quod eorum quæ ego & hi decreueramus, contraria acta fuere. Atque uereor qui-  
 dem, uereor, (dicentur namq; uiri iudices, ea omnia in conspectu uestro, quæ sentio)  
 ne me tunc unã cum istis in suspicionem trahatis, cum nulla alioquin in re peccarim, ad-  
 præsens autem resupini faceatis. Viri Athenienses, mihi uideamini resoluti esse, & su-  
 stinere ut indigna patiamini: cũq; alios pati uideatis, neq; cauere, neq; Reipublicæ cu-  
 ram habere, quæ iam diu multis iniquisq; modis offensa fuit, non ne id indignũ & in-  
 auditũ esse existimatis? Nam si quid tacere decreui, nunc id proferre adducor. Nostis  
 certè Pythoclem hunc Pythodori filium: hoc humaniter admodum utebar, & ad hanc  
 usq; diem nihil inter me & istum controuersi intercessit. is me, dum in presenti occur-  
 rit, auersatur, ex quo ad Philippum accessit: & si alicubi mihi obuiam fieri cogitur, è ue-  
 stigio resilit, ne quis eum mecum colloquẽtem aspiciat. Vnã cum Aeschine in foro de-  
 ambulat, & consultat, & cogitationem suscipit. Atqui permolestum est, uiri Athenien-  
 ses, & non ferendum, quod qui res Philippi sectari sibi proponunt, adeò exquisita  
 illius ad utrumuis animaduersio eos urgeat, ita ut unusquisq; tanquam ipso præsentem  
 nihil eorum quæ hic agat, clam Philippo futurum putet: sed & eos amicos ducat, qui  
 ei uideantur: contra que itidem, & minimè amicos existimet. his uerò, qui uobiscum  
 uiuunt, & honores à uobis affectant, & eum non prodiderunt, ita obtusæ sunt aures  
 uestræ, & caligo usque adeò à uobis prouenit, ut cum istis sceleratis nunc ex æquo sit  
 mihi contendendum: idq; apud uos, qui omnia nouistis. Vultis ergo intelligere, &  
 audire earum rerum causam? ego iam aperiam. Postulo autem, ut nihil mihi uera di-  
 centi uitio uertatis: quoniam ille cum unico ex corpore solã que ex anima constet, to-  
 to animo & eos diligit, qui ipsum beneficio afficiunt, contraq; alios odio habet. Qui-  
 libet uerò uestrũ in primis neque se ab eo beneficio affici uel iniuria existimat, qui  
 de Republica bene uel malè meritus fuerit, sed cuique aliqua sunt potiora, quibus sæ-  
 penumero seducimini: Miseratio, inuidia, iracundia, supplicium, uenia, alia quædam  
 infinita. Quòd si quis cætera quæque effugiat, eos qui neminem uellent eiusmodi es-  
 se, certè non effugiet. Singularum uerò istarum rerum error paulatim serpens, coacer-  
 uatum Reipublicæ detrimentum affert. quorum ne quid hoc tempore patiamini, i-  
 stum ne relaxetis, qui uobis tam insignes iniurias intulit. Et ut uerè fateamur, qui  
 fermo de uobis erit? si hunc dimiseritis, ex Athenis in legationem cessere nonnulli ad  
 hunc Philippum, Philocrates, Aeschines, Phrynon, Demosthenes: quid tum? hic qui-  
 dem ultra quod ex legatione nihil lucratus fuit, proprijs nummis captiuos redemit: il-  
 le uerò, quibus pecunijs Rempubicam uenundedit, his scorta & pisces mercando to-  
 ta urbe uagatur: alius uerò filium ad Philippum misit, priusquam togam uirilem sum-  
 plisset, scelestus scilicet Phrynon hic, nihil neque se, neque ciuitate indignum peregit:  
 hic ludis Liberalibus, & trirēibus dum præesset, eam adhuc summam ultimo impen-  
 dere necesse sibi putauit, in seruitutem abactos liberare, neminem ciuium in calami-  
 tate præ egestate existentem contemnere: ille uerò tantum abest ut aliquem captiuum  
 seruare uoluerit, ut quo pacto integra regio, & plures quàm decem millia militum,  
 pariter que plures quàm mille equites ex his qui socij erant, Philippi captiui effice-  
 rentur, curarit. Quid ergo, Athenienses, eos cum comprehendissent, fecerit? iam pri-  
 dè enim eas res nouerant, Quid? eos qui nummos et munera acceperat, & qui se ipsos,  
 Rempubicam,



Rempubicam, suos liberos de decorauerant, absoluerunt, & ingenio ualere existimant, ac ciuitatem feliciter agere. Accusatorem uerò quid? delirare, ciuitatem ignorare, non habere quò sua proijciat. Ac quis, uiri Athenienses, cum id uideat exempli, iusta se gerere uoluerit? quis gratis legatione fungi, si neque sumere liceat his qui pecuniam sumpserint, non magis fide præditum apud uos se uisum iri putet? Quare non istos tantummodo hodierna die diiudicatis, non: sed legem in uniuersum futurum æuum his fertis, num argento pro hostibus legationem turpiter obire liceat, an pro uobis gratis & incorruptè optima quæq; facere. Verùm enim nullo præterea teste quo ad reliqua indigetis. quod uerò ad Philippum Phrynon filium miserit, euoca mihi testes his de rebus. **TESTES.** Hunc itaq; Aeschines nō indicauit, quòd suum ipsius filium ob dedecus ad Philippum misisset. Si uerò aliquis iuuenili ætate & forma altero præstantior fuerit, neq; prospexerit, illo aspectu quam de se opinionem sit creaturus, & per eam paulo licentius uixerit, hunc quasi se prostituisset, iudicio eius rei subiecit. Age uerò iam mentionem facio de inuitatione ad epulum, & de decreto. Parum enim absuit, quin ea quæ uel maximè uobis recensere mihi necesse erat, præterierim. Dum itaq; ego in prima illa legatione in curia decretum tulissem, & rursus ad populum his concionibus, quibus uos de pace deliberaturi eratis, cum nullus sermo adhuc ab istis exisset, neque aliquod facinus patèret, legem de more tuli, hosq; laudauit, & in Prytaneum conuocaui, atq; mehercle Philippi quoq; legatos hospitio egomet suscepi, idq; uiri Athenienses admodum splendide: quoniam cum eos uidissem ob eiusmodi res ibi gloriantes, ueluti perbeati & magnifici essent, quamprimum animo statuebam, ut ipse in primis his in rebus eos antecellerem, & munificentissimus esse uiderer. Ista nunc is, dum orabit, adducet, dicetq;, uos ipse laudauit, ipse legatos ad epulas inuitauit: quando id actum fuerit, non discriminans. ista etenim fuere, cum nondum aliqua in re ciuitas laesa esset, & antequam isti se uendicasse palàm facti fuissent, cum recentes eo primùm tempore uenissent, & populo quid dicerent, audiendum foret, ac nondum is Philocrati patrociniū impendere apertè agnosceretur, neq; ille ista tulisse. Si itaq; illa dixerit, tempora recordemini, quòd scelera præcessere. Exinde, quod cum istis nihil mihi proprium cōmunè ue fuit, testimonium recita. **TESTIMONIUM.** Fortè igitur ei frater aderit Philocrates & Aphobetus, quibus ambobus à uobis multa & iurè sunt respondenda. Necesse enim est, uiri Athenienses, liberè & nō dissimulanter loqui. Nos, Aphobete, & tu Philocrates, certè te nouimus, quod thecas pro uasis unguentarijs & tympana pingis: hos, quòd inferioris ordinis scribæ sunt, & abieci homines. atq; ista nulli quidem uitio danda sunt: uerùm enim prætura, legationibus, præfecturis exercitus, maximis magistratibus digna non duximus. si itaq; nemo uestrum nil flagitij commisisset, non uobis nos gratiam ob rem ullam, sed uos nobis ob id iurè deberetis, cum multos uobis multo digniores honore afficere neglexerimus, & uos honestare nos uoluerimus. Quod si in his ipsis, quibus cohonestati fuistis, aliquis uestrum facinorosus fuit, atq; ea per eum modū tractauit: quāto magis & meritò, odio ut habeamini, quàm ut seruemini, digni estis: & ualde quidem id reputo. Fortasse igitur uim afferent clamatores & impudètes homines, idq; cum fratri auxiliandum assumpserint, ut ueniam detis. uos uerò ne flectamini, illud ad animum reuocando, quod istis conuenit, ut istius curam gerant, uos autem legum & Reipublicæ uniuersæ: ac præter reliqua, iurisiurandi, quod uos sedentes iurauistis. atq; si quos, ut hunc seruetis, deprecati fuere, utrum iniurius non fuisse in Rempubicam, an fuisse uideatur, considerate. Si enim iniuriam nō fecit, & ego aio ipsum seruandum esse: sin uerò prorsus iniuria affecit, etiam si minimū peccasset, ut peieretis, deprecantur. Non enim (quamuis suffragium occultè feratur) Deos fallit: sed & id optimè præ cæteris legislator prospexit, ut suffragatio occulta esset. Quid itaq; quia nemo ex his sciturus erat, quis uobis ipsis gratificatus fuisset: Dijs autem & numen scituri forent, qui iniuste suffragatus esset: à quibus multo melius est, ut cuiq; spes bona, & ei eiusq; liberis, dum iusta & cōsentanea decernit, quaeratur, quàm ut his clandestinam & incertam gratiam colloset, atq; istum absoluat, qui aduersus se ipsum testimonium dixit. Quem enim testem, Aeschines, maiorem exhibeam, quòd multa & grauià abs te in legatione acta fuerint, quàm te aduersus te ipsum: cum eum duxeris



duxeris tali tantæ quæ miseriam subdendum, qui aliquid ex his quæ in legatione abs te gesta sunt, palam fieri uolebat. Patet enim, quòd aliquid extremum te passurum addubitabas, si hi facinora tua didicissent. Id ergo, si uos mentis compotes estis, quod ab eo peractum fuit, aduersus ipsum uenturum est, non solum ex eo quod mirificum iudicium id est admissorum per legationem: sed & quia cum illum accusaret, ea uerba dixit, quæ nunc contra ipsum faciunt. Iura enim quæ definiuisti, cum Timarchum accusabas: hæc ipsa, hæc inquam & aduersus te, par est, ut alijs profint. Tunc ergo ad iudices dicebas, quòd Demosthenes pro eo defensionem suscepturus esset, & res à me in legatione gestas criminaturus. deinde si uos orando seduxerit, iactaturus esset, & tota urbe uagando dicturus quid eiusmodi, Iudices à proposito abduxi, & ab eo, re ab eis extorta: tu uide ne id agas. sed de quibus controuersia est, pro his te defende, tunc enim cum illū accusabas, tibi, quodcumq; uolebas criminari, et dicere licebat: atq; in conspectu iudicum dicebas, cum nullum testem his de rebus haberes, pro quibus hominem insectabar, quem præbere posses.

*Non moritur fama omnino, quam turba uirorum  
Plurima uulgauit, quoniam est ipsa una Dearum.*

Atqui Aeschines, & te hi omnes ex legatione pecuniam reportasse aiunt, quare & contra te id certè facit,

*Non moritur fama omnino, quam turba uirorum Plurima uulgauit.*

Quanto enim plures te quàm illum damnant, considera ut res se habeat. Timarchum ne finitimi quidem agnoscebant, nos autem legatos, nullus Græcorum, ne dicam Barbarorum est, qui non dicat ex legatione pecuniã consequutos esse. Quare si fama ueritatem assequitur, etiam contra uos facit, cum à multis nascatur, quam quod fidem faciat, oportet: est enim ipsa una Dearum. Ac quòd sapiens poeta is fuerit, qui ista cecinit, tute ipse asseruisti. Præterea iam bicis quibusdam collectis, ita concludit, uidelicet,

*Qui namq; uersatur libenter cum improbis,  
Nihil requiro, quippe qui cognouerim  
Eum esse similem ijs quibus is asueuerit.*

Deinde cum illum ad aues se conferre, & cum Pittalaco deambulare diceret, & similia: Ignoratis, inquit, qualis iste existimandus sit? Ergo, Aeschines, nunc iam bica ista etiam mihi aduersus te congruunt, & si ego ea istis coram retulero, rectè & congruenter loquar:

*Qui namq; uersatur libenter cum Philocrate,  
In legatione committens eadem facinora,  
Nihil requiro, quippe qui cognouerim*

Argentum eum accepisse, sicut qui id fatetur Philocrates. Dum uero alios orationi opifices & dicendi magistris appellarit, & ctōumelia afficere tentarit, ipse his obnoxius esse deprehendit. hi enim senarij sunt ex Phœnice Euripidis. Hanc uerò fabulam nunquam Theodorus, nec Aristodemus egit: quibus is dum tertiarum partium actor esset, affecta fuit: uerum Molon recitauit, aut quiuis alius ex antiquis illis histriōnibus. Sophoclis uerò Antigone sæpe Theodorus, sæpe Aristodemus representauit, in qua cum iambea quædam honesta et uobis conducibilia contineantur, illa is sæpe retulit, & exactè cum sciret prætermisit. Id etenim scitis, quod in omnibus fabulis Tragicis eximium quoddam quasi munus eorum est qui tertias partes agunt, tyrannorum & sceptrorum tenentium personas gerere. Ista itaq; in hac fabula aduertite: Creon Aeschines cum esset, quæ dicere à Poeta fingatur, quæ secum is pro rebus legationis non differuit, neq; ad iudices protulit,

IAMBEA SOPHOCLIS EX ANTIGONE.

*Difficile quippe est antea cuiuspiam  
Hominis animum, et sententiam cognoscere,  
Quam in principatu is, ciuiumq; in legibus  
Versatus exploretur, atq; appareat.  
Nam qui uniuersam rem gubernans publicam  
Rebus in agendis optime non consulit,*

Cc

Sed ore



Sed ore præ timore conclusam tenet  
 Linguam, uir iste apud me habetur pessimus.  
 Item qui amicum pluris aestimat suum,  
 Quam patriam, eum prorsus nihili habendum puto.  
 Namq; ego, sciat qui cuncta lustrat Iuppiter,  
 Nunc calamitatem si uiderem ciuibus  
 Aliquam imminentem, pro salute & gloria  
 Nunquam tacerem, neq; uirum hostem patriæ  
 Unquam mihi socium atq; amicum redderem.  
 Id scilicet planè sciens, solam esse eam,  
 Quæ dat salutem: in quaq; quisq; nauigans,  
 Dum erecta est et salua, amicos comparet.

Nihil ex his secum dixit Aeschines in legatione, sed ciuitati Philippi hospitalitatē & amicitiam multo magis sibi præferendā putauit, conducibilioremq; fore, salutemq; plurimam dixit sapienti Sophocli. Et cum calamitatem serpere pariter uideret, expeditio nem scilicet aduersus Phocenses, nō admonuit, neq; antè denunciauit, sed contrà oc culuit, & adiuuit, ac eos qui id dicere uellēt, repulit: id minimè recordatus, quòd ipsa ea est quæ seruat: & in illa mater eius initiando & lustrado, & eorū ædes depascendo, qui eius opera uterentur, hos tam insignes educauit: quòd pater cum literarium lu dum haberet, ut ego à maioribus audiui, iuxta herois Medici fanum, sicuti uires eius ferebant, ueruntamen in hac uitam traducebat. hi uerò cum inferioris ordinis scribā agerent, & omnibus magistratibus deseruirent, argentū collegere: & postremò à uo bis scribæ creati cum essent, per duos annos intra publicorum actorum cancellos enu triti fuere. Legatus præterea is designatus, ex hac emissus cum esset, ista minimè cogi tauit, neq; quo pacto rectè nauigaret prospexit, sed prostrauit & demersit, ac quoad ipse potuit, ut omnia in hostiū manibus poneret, elaborauit. Non ne tu sapientiæ o stentator & nequam? non ne orationum scriptor? & deorum hostis? qui ea quæ sape numero in theatro egeras, & accuratè intellexeras, transgressus fueris: quæ uerò nun quā in tota uita repræsentasti, ea cum tu perquisiuis, è ciuibus ut læderes aliquē, in mediū attulisti. Agite iam et de Solone quæ uerba fecerit, cōsiderate. Solonē enim di xit erectū fuisse, ut pro exemplo modestiæ & temperantiæ esset illis, qui tunc publicè orabant: ac intra indumentū manus cōtinentem, ut Timarchi petulantiam increparet, & asperius admoneret. Atqui statuā hanc uixdum quinquaginta annos Salaminij di cunt extructā fuisse à Solone, tamen ad hoc usq; tempus ducenti sunt & quadraginta anni, adeò ut opifex, qui speciem illam confinxit, non solū ipse eo tempore non exta ret, sed ne auus quidem eius. id tamē iudicibus exposuit, & imitatus fuit. Quod uerò magis quàm habitus ille ciuitati conferret, erat, ut animus & mens Solonis perspice ret: hanc imitari noluit, sed prorsus contrà se habuit. Ille namq; Salamin cum ab Athe nienibus defecisset, & capitalem pœnā edixissent ei qui eam recipiendā proponeret, uitæ periculū subiens, Elegiaca, quæ composuerat, canebat, & eam regionem Respu blicæ asseruauit, atq; inustā rebus ignominiam depulit. iste uerò, quam Rex & uniuersa Græcia uestrā fore Amphipolin statuerant, hanc dedit, & abalienauit, & ista pro mulganti assensus est Philocrati. Res profectò eo homine digna. neq; enim tunc So lonis meminisse poterat. Atq; ista non solū hic peregit, sed & cum illuc profectus es set, ne loci quidē nomen expressit, pro quo legatum agebat, illaq; uobis retulit (recor damini namq; ipsum dicentē) Quòd de Amphipoli habebā quidem & ego quid di cerem, ut autem Demostheni copia de ea dicendi fieret, prætermisi. Ego certè cum in medium prodixsem, nihil eorum dixi, quæ ad Philippū dicere uolebat, mihi reliquis se. citius namq; sanguinem eum, quàm orationem cuiuspiam impartiri posse. Sed, ni fal lor, is qui nummos sumpserat, contra Philippum dicere non poterat: qui ob id largiti one usus fuerat, ne illā redderet. Recita & ista Solonis Elegiaca, ut pernoscatis quòd & Solon eos homines oderat, qualis est iste. Non intra pallium manus tenentem, ora tionem habere oportet Aeschinem: nō, sed legatione fungentem, intra manus tenuisse. Tu uerò cum manus exporrexeris, & repoposceris, ac istos dedecoraueris, hic gra uitate



uitate quadam inloquendo uteris, & frigidos quosdam sermunculos meditatus, & uoce exercitatus, tot tantorumq; scelerum te pœnas non daturum putas: quanquam pileo capiti imposito circumeas, & me conuicijs exagites. Dic tu.

## ELEGIACA SOLONIS.

Non unquam fato Iouis urbs hæc nostra peribit,  
Atq; beatorum mente potente Deum.  
Magnanima huius enim custos patre nata superbo  
Est, supra retinens Pallas amica manus.  
Stultitia imperium sed magnum perdere malunt  
Ardentes ciues æris amore nimis.  
Mens non æqua ducum populi, qui multa subire  
Contemptu ex grandi damna repente solent.  
Non moderantur enim sibi, letitiamq; quietis  
Præsentem nolunt exonerare epulis.

Rebus opes augent, accumulantiq; malis.

Non ullis Diuum, non hominumq; opibus,  
Parcentes, rapiunt alius hinc inde rapinam,  
Fundamen seruant nec graue iustitiæ.  
Quæ simul & præsens scit, præteritumq; silendo  
Aduentat soluens tempore cuiq; suum.  
Publicæ & ipsa rei facit ulcus non reparandum,  
Iamq; citò uentum est in graue seruitium,  
Pellit & ad pugnam: sic suscitatur arma sopita,  
Et multis æui tempora lata secat.  
Destruit hostis enim peramcenam protinus urbem,  
Turpe ubi conciliium turbat amicitiam.  
Crimina tanta quidem populo uersantur in isto,  
Sed petet externos pauper inopsq; lares.  
Venditus & palmas fœdè post terga reuinctus,

Sic commune malum priuatas pergit ad aedes  
Aulæ, nec clausum limen adesse potest.  
Transiit & supra septa, inueniuntur & illi  
Quos fuga dispersit per loca cæca domus.  
Actæ ciues pietas mouet ista docere:  
Nam spretæ leges plurima damna ferunt.  
Iustitia & decora affert, reddit & integra quæq;  
Ponit & æternum uincula dira malis,  
Conuicium delens, fastidia & aspera tollit,  
Flores nascentis destruit illa mali.  
Sic operum nimia obruncat, causasq; forenses  
Dirigit, & mirè seditiosa necat.  
Quam mouet haud facilis contentio, mitigat iram,  
Integra sic ipsa cuncta uolente manent.

Auditis' nè uiri Athenienses, de eiusmodi hominibus quæ dicat Solon: nec non de Dijs, quos ait ciuitatem seruare: Ego enim ea uerba perpetuò uera esse reor, & opto, quòd scilicet Dijs Rempublicam nostram conseruent. Qua uerò ratione id putem & uelim, & quòd ea omnia quæ in hoc reddendæ rationis negotio euenere, diuinæ cuiuspiam beneuolentiæ specimem ciuitati præbuerint, quæso animaduertite. Hic cum multa & periniqua in legatione admisisset, & ea loca prodidisset, in quibus Dijs, ut à uobis & socijs colerentur, par erat, quendam eius accusatorem ex animi sententia infamia notauit, Quid ita? ne miserationi, aut ueniæ, quibus in rebus ipse iniurius



fuit, locus detur. sed & cum eum criminaretur, maledictis me infectatus fuit: & accusa-  
tionem iterum ad populum se relaturum, ac id genus alia minabatur. Cur? ut plurima  
cum indulgentia uestra, qui huius flagitia diligentissime noueram, & omnia obserua-  
ram, ego accusator constituerer. Et cum uitaret, ne aliquid in commemorationem pre-  
teriti temporis incideret, ad eam occasionem deuenit, in qua posteritatis gratia, si nul-  
lius alterius rei, fieri non potest: neque uobis tutum esset, si hunc muneribus corruptum  
indemnatum dimitteretis. Cuilibet quippe temporis congruit, odio habere & plecte-  
re proditores, & uenales. maxime uero in presentia opportunè id fieret, & omnibus  
communitè hominibus prodesset. Morbus enim iste, uiri Athenienses, Græciam in-  
uasit, & summè est periculosus, atque multiplicem quandam prosperitatem & curam ue-  
stram requirit. Qui enim in urbibus insignes & digni, ut Reipublicæ præsideant, ha-  
bentur, cum suæ ipsorum libertatis miseri proditores existant, in seruitutem ultro ad  
se accersitam adducuntur, dum blanda appellatione hospitalitatis & sodalitatibus & a-  
micitiæ, & reliquorum huiusmodi Philippo assentantur. Cæteri uero & quicumque  
principatum in qua sunt ciuitate, obtinent, quos istos punire decebat, & sine ulla mo-  
ra è medio tollere, ab eo, ne quid eiusmodi agant, usque adeo abstinent, ut eos admiren-  
tur, & æmulentur. & quisque ex eis talis esse desideret. Atqui ea res & istiusmodi æmu-  
lationes, Theffalorum quidem, uiri Athenienses, usque ad hesternum & abhinc ter-  
tium diem, principatum & communem existimationem deleuerunt, in presenti uero  
libertatem quoque abripiunt. Illorum enim arces quidam ex Macedonibus custodiunt:  
& cum in Peloponnesum introiisset, in Helide internitiones peregit: & tantæ iniqui-  
tatis & furoris illos miseros repleuit, ut eorum inter se dominatus gratia, & Philippo  
gratificandi, suorum cognatorum & ciuium sanguine se contaminarint. Atque ne hic  
quidem constitit, sed Arcadiam ingressus, omnia quæ ibi erant, sursum & deorsum in-  
uertit. & nunc quoque plerique Arcades (ipsis enim, sicuti pariter et uobis, conuenit ob  
libertatem, uel maxime prudenter agere. soli etenim uos præ cæteris, nec non & illi,  
estis indigenæ) Philippum reuerentur, & arcem construxere, ac corona ornauerunt:  
ac denique si Peloponnesum adierit, ut intra urbem illum recipiant, sunt decreturi.  
Ista eadem Argiui faciunt, ista per Cererem, nisi nugari oporteat, non mediocriter  
sunt præcauenda. quoniam dum circumcirca uagatur hic morbus, huc quoque ò ui-  
ri Athenienses ingressus est. Dum itaque in tuto estis, provideate, & eos qui primi  
hunc introduxerint, ignominia afficite: sin minus, uidete, ne tunc, quæ nunc dicun-  
tur, merito dicta fuisse uideantur, quando nec quid agatis, sitis habituri. Non ne cer-  
nitis quam expressum, uiri Athenienses, quamque clarum exemplum afflictæ præbe-  
ant Olynthij: qui ob nihil aliud, quam quod ea fecerint miseri, interiire: cum rem li-  
quidò expendere possitis ex his quæ illis obuenerunt. Illi quidem cum quadringen-  
tos uel solos equites comparassent, & omnes plures quinque millium numero non es-  
sent, & Chalcidenses nondum in unum conuenissent, ac Lacedæmonij aduersus eos  
irent, magno pedestri & nauali exercitu (id namque nouistis, quod terra marique ferè im-  
perabant Lacedæmonij per ea tempora) ueruntamen tanto exercitu eos inuadente,  
neque ciuitatem, neque propugnaculum perdidit, sed pluribus prælijs superiores fu-  
erunt, & treis ex præfectis exercitus interfecere. ac postremò quando noluerunt, ita  
bellum composuere. Postea uero quam nonnulli munera capere ceperunt, & multi  
propter socordiam, siue magis fato quodam, hos potius fide præditos, quam qui pro  
eis dicerent, putauerunt: & Læsthenes lignis è Macedonia aduectis ædes contexit,  
Euthyrates plurimas uaccas nullo precio comparatas nutrit, & alius uenisset gre-  
gem ouium secum ferens, quidam uero equos. at multitudo contra quam ista fiebant,  
non modò non indignabatur, uel eos qui ista facerent, puniendos esse non censebat:  
sed suspiciebat, emulabatur, honorabat, uiros esse arbitrabatur. Postquàm ea ita proces-  
sere, & largitio inualuit, mille equites paratos cum haberent, & plures essent quam X  
mille, & omnes finitimos societate sibi iunxissent, uos cum ipsis X millibus ex copijs  
peregrinis & quinquaginta triremibus auxilium tulissetis, & quatuor insuper milli-  
bus ex ciuibus nostris, nihil istorum eos seruare potuit: uerum antequam belli annus  
exactus esset, ciuitates omnes Chalcidicæ regionis proditores perdidit, et Phi-  
lippus non



Philippus nō amplius, quid his qui prodiderant, obtemperaret, haberet: neque quid primum caperet, quingentos equites ab ipsis ductoribus proditos, unā cum armis ipsis Philippus accepit, quot nullus ex mortalibus unquam. Neque quōd ista patrauerūt, solem uerecundabantur: neque terram, quā illorum patria erat, in quibus degissent: neque templa, neq; sepulchra, neque apud posteros ob huiusmodi facinora futuram infamiam. ita amentes, uiri Athenienses, & uecordes eos efficit corruptela. Vos itaque, uos populariter ad ea rectē aduertere necesse est, neq; illa permittere, sed publice castiganda decernere. Nam supra modum esset, si aduersus Olynthiorum proditores multa et grauiā statuissetis: eos autem, qui apud uos ipsos deliquerunt, punire nolle uideamini. Dic ergo Olynthiorum decretum. **DECRETVM.** Hæc uiri Athenienses rectē & honestē omnibus Græcis & Barbaris decreuisse uideamini, aduersus homines proditores, et dijs inuisos. Quoniam uerō largitio eiusmodi rerum actionē antecedit, & ob eam nōnulli ista agunt, quem uiri Athenienses munera accipientem uideritis, hunc & proditorem esse censeatis. quod si unus tempora, alius rerum statum, is milites prodiderit, quarum rerum uidelicet potestatem quisq; uestrū nactus fuerit, eas perdit: sed eodem modo tamen eos omnes odio habere conuenit. Licet autem uobis solis, uiri Athenienses, supra cæteros homines circa eas res uestris exemplis uti, & maiores uestros, quos meritō laudatis re ipsa, imitari. Quōd si tempora non ferunt, ut bella, expeditiones, & pericula immineant, quibus illi illustres fuere, uerū in præsentia uos quietem agatis, illorum tamē sapientiam imitemini. ea enim omnibus in rebus usui esse potest. Neque enim maiori negotio aut molestia, ut quis rectē quā male sentiat, paratur: sed eodem tempore, quo quisque uestrū sedet, si ea quæ Reipublicæ cōserunt, cognouerit, et decreuerit, statum ciuitatis communem meliorem reddet, & digna maioribus suis efficiet. quod si quæ usui non sunt, peregerit, deteriora et patribus indigna conficiet. Quid igitur illi de his senserunt? Hæc sumens recita scriba. uos enim aduertere oportet, quōd his in rebus desidiosus estis, ob quas maiores pœnam mortis intulerunt. Ista dictu. **ACTA NOTATIONIS.** Auditis uiri Athenienses, acta dicentia, Arthmīum Zeleten Pythonaētis filium inimicum esse & hostem populi Atheniensis & sociorum, non ipsum solum, sed & eius uniuersum genus. Quid ita? quoniam aurum à Barbaris in Græciam intulisset. Ex ijs itaque (ut uidetur) perspicitur potest, quōd maiores uestri, ne quisquam hominum pecuniæ largitione aliquo incommodo Græciam afficeret, curæ habebant. Vos uerō, ut ne in ipsam quidem Rempublicam iniurius cuius quispiam existat, prospicitis. At hercle prout res tulit, eiusmodi acta incisa manent: uerū cum tota ea arx sacra existat, & multum spacij habeat, apud æneam magnam Mineruam ad dexteram eminent. quod quidem donarium ex bello Barbarico cum pecuniā eam Græcia donauisset, ciuitas dedicauit. Tunc ergo usq; ad eō sanctē ius uenerabatur, et earū rerum authores ut punirentur, tanti æstimabatur, ut & illud Deæ donariū & pœnarum seueritas aduersus eiusmodi iniurios eadem statione digna haberentur. Nunc autē ea risui, cōtemptui, dedecori habentur, nisi nimīā hanc licentiam nunc uos cōpescueritis. Existimo itaq; uos, uiri Athenienses, nō si in una duntaxat re maiores uestros imitati fueritis, rectē facturos: sed & si in omnibus, quæ ipsi cōtinuō gessere. illi quippe (sicuti scio omnes eū sermonem audiuisse) Calliam Hipponici filium, qui eam ab omnibus decantatā pacem in legatione sanxerat, hac conditione, ut Rex neque pedestri itinere intra diurnum equi cursum ad mare descendere, neque intra Chelidonias & Cyaneas longo nauigio posset nauigare: quoniam cum legationem egisset, munera cepisse uidebatur. parum abfuit quin interfecerint, in rationum autem disquisitione quinquaginta ab eo talenta exegerunt. Atqui pacem ea conducibiliorem neq; superiori ætate, neq; sequenti tempore quisquam dixerit ciuitatem fecisse. Veruntamen illud non cogitabant. eius enim rei suam ipsorum uirtutē, & urbis auctoritatem, causam esse arbitrabantur. Quod uerō gratis, nec ne id fieret, moribus legati tribuebatur. Eum itaque æquabilem & incorruptum se præbere debere existimabant, qui ad Rempublicā accederet. Illi ergo largitionē usq; ad eō repugnantē & inutilem esse ciuitati putabant, ut in nulla actione, nulloq; uiro eā fieri paterent. Vos autē, uiri Athenienses, cum eandē



pacē uideritis sociorum uestrorū mœnia destruxisse, legatorū domos construxisse, & Reipub. opes abstulisse, istis ea quę ne in somnis quidē unquā sperauerāt, acquisiuisse: uos eos nō interfecistis, sed accusatorē requiritis: & uerbis eos iudicatis, quorū delicta re ipsa omnes aspiciūt. Neq; uerō aliquis hæc peruetusta tantū cōmemorare, ac uos istis exemplis ad uindicationē potest impellere: sed plurimi quoq; ætate uestra, ex his qui uiuunt adhuc, hominib. pœnas luerūt, ex quibus quidē reliquos prætermittā: sed ex his tantūmodo qui ob legationē, quę multo minoribus, quā ista, malis ciuitatem affecerat, ultimo supplicio damnati sunt, unus aut duorum mentionem faciā. Atqui sume decretum, & illud recita. **DECRETVM.** Hoc decreto, uiri Athenienses, legatos illos uos capitali pœna damnastis, quorum unius erat Epicrates, uir, ut ego à senioribus audiui, frugi, & admodum Reipublicæ utilis, ac unus ex his qui populum è Piræo reduxerant, & alioquin popularis. attamen nihil horum ipsum adiuuit, et iurē meritoq;. Nō enim ex parte is bonus esse debet, qui tot tantasq; res administrare uelit: neq; is qui apud uos fidem nactus fuerit, ut multo magis maleficus esse possit, ea re abuti debet: uerū simpliciter, ut nulla in re in uos sciens & prudens iniuriosus existat. Si itaq; aliquid eorum ab his infectum fuit, ob quæ illi morte mulctati fuere, me iā nunc interficite. Considerate enim, quoniā præter mandata (inquit) legationem obierunt, ac præter decretū, idq; uel primum est ex his quæ crimini dabantur. Hi uerō non ne præter mandata: non ne decretū Atheniensibus, Atheniensūq; socijs pacem mandat fore communem: isti uerō Phocenses fœderibus exclusos fore declararunt: Non ne decretū magistratus iniungit, qui in ciuitatibus sunt, ut ad iuramenta obstringerēt: isti uerō, quos Philippus ad eos miserat, ad iuramenta adegerūt: Non ne decretū, soli ut nusquam Philippo cōuenirent, præscripserat: isti autem nunquam destiterunt, ut cū eo priuatim colloquerentur: atq; nonnulli ex ipsis in Senatu redarguti fuere, quod uera non retulissent: hiq; itidem ad populum, & à quo nam: id enim profectō est, quod præclarum est, ab istis utiq; rebus. His etenim quæ isti renunciarant, omnia certē contraria euenere. neq; uera ait, decretum illos per literas significasse. Atqui neq; hi illud fecere, et de socijs mentitos fuisse, & munera accepisse. At loco mendacij isti omnia profus perdiderunt: sed id certē multo grauius est quā emētiri. Verū enim quod dona ceperint, si id inficiēt, ut cōuincerentur superesset. quoniam uerō id fatentur, consentaneum utiq; est, ut ad supplicium rapiantur. Quid ergo uiri Athenienses, cum ea ita se habeant, uos ex illorū uirorum numero cum sitis, quorum aliqui adhuc sunt incolumes, patiemini de populo benemeritū, & ob gesta in Piræo, Epicratem exulare, & pœna affici: atq; rursus paucis antē diebus Thrasylulum illum, alterius Thrasyluli popularis uiri filium, & qui populum è Phyla reduxerat, & lentorū x debitorem constitutum esse, nec non & eos qui sunt ab Harmodio & Aristogitone, quiq; maximis beneficijs uos affecerunt, quos ex lege ob eorū benefacta, quæ in uos contulerunt, in omnibus fanis & sacris libamentorum & paterarum participes esse uolulistis, eosq; decantatis nō secus ac Heroas & Deos, atq; reueremini: hos inquam omnes pœnam legibus dedisse, & neq; ueniam, neq; misericordiam, neq; pueros flentes, qui eiusdem essent cum illis beneficijs cognomentī, neq; quicquam aliud ipsos iuuisse patiemini: Atrometi uerō grammatistæ & Glaucothææ filium, quæ thyalis cogendis præerat, ob quod altera sacerdos perijt, qui nulla in re utilis fuit ciuitati, non ipse, non pater eius, nec quisquam alius ex eo, hunc absoluetis: Qui equus: quæ trirēmis: quæ expeditio: quæ choragia: quis chorus: quod ministerium: quod tributum: quæ beneficentia: quod periculum: quid ex his omnibus per uniuersum æuum ab istis obtigit ciuitati: Quinimo etiam si ea omnia constarent, illud tamen non adesset, quod iurē & gratis in legatione se gessisset, utiq; ei ut pereat conuenit. quod si nec ista, nec illa adsunt, non ne eum punietis: Non ne recordabimini quæ iste dicebat, dum Timarchū accusaret, nulli usui esse eam ciuitatem quæ neruos nō habeat ad uersus iniurios: itidēq; & Rempublicā, in qua uenia & ambitus magis ualeant, quā leges: neq; uos misereri debere matris Timarchi, mulieris uetule, neq; filiorū, neq; cuiusq; alterius rei: sed illud, pspicere, quod si leges et Rempublicā posthabueritis, inuenturi non sitis qui uestri misereantur. Veruntamē uir ille infœlix infamia notatus fuit, quoniam



quoniam istum deliquisse aduertit, iccirco ei ut sit indemnus condonabitur? Quamobrem? si enim ab eis qui in se ipsos peccarunt, tantam poenam sumendam esse censuit Aeschines, ab illis qui aduersus Rempublicam usque adeo iniuriosi fuere, ex quibus unus is esse coarguitur, quamnam uos, qui iurati & ut iudicetis hic adestis, ab isto sumere oportet? At hercle iuuentus uestra ex illa contentione honestior est futura: igitur & ex hac illi, qui Rempublicam administrant, per quos maximo in periculo ciuitas constitui solet, ad meliorem frugem sunt deuenturi. Nam de his quoque cura est habenda. Ut igitur conspiciatis, quod hunc perdidit Timarchum, non per Iouem ut liberis uestris qua ratione casti forent, prospiceret: praeter enim haec, uiri Athenienses, continentes existunt: neque enim ciuitatem ita male affectam uelim, ut iuuenes Aphobeto et Aeschine moderatoribus indigeant: sed quoniam dum esset in Senatu, legem tulisset, si quis ad Philippum arma ferre, aut naualia instrumenta deprehensus foret, capitis poena esset. Argumento illud est, per quot tempora Timarchus conciones habere consueuit: utique per multa. Atqui per ea omnia tempora Aeschines in ciuitate fuit, ac nunquam indignatus extitit, neque rem animaduersione dignam esse putauit, quod his concionaretur, usquequod in Macedoniam profectus se mercenarium reddidit. Sume Timarchi decretum, ac illud perlege. **DECRETVM.** Qui igitur pro uobis scitum fecit, arma belli tempore ad Philippum non uehenda: sin minus, mortis poenam infligi: concidit, & ignominia affectus fuit, qui sociorum uestrorum arma illi tradidit, hic ipse accusat: & uerba faciebat de prostituta pudicitia, o terra & Di, duobus affinis assistentibus: quos si uos intueremini, utique exclamaretis: Nicia scilicet scelerato, qui se ipsum Chabriae Aegyptum petenti, mercede locauerat: & execrando Cyrebione, qui cursat in pompis absque persona. At quid ista recensco? immo cum intueretur Aphobetum fratrem. Veruntamen aduersis fluminibus, illa die quotquot fuerunt de prostituta pudicitia, uerba omnia fluebant. Quinimmo ad quantam ignominiam ciuitatem uestram huius nequitia & euentita renunciatio redegerit, reliquis omnibus omisis, quod omnes scitis, explicabo. Antea enim, uiri Athenienses, quidnam apud uos decerneretur, tota reliqua Graecia obseruabat: nunc autem nos circumuagamur, quid ab reliquis statuatur speculando, & arrectis auribus explorando, quid habeant res Arcadum? quid Amphictyonum? quod tendat Philippus: uiuat, an mortuus sit? Nonne haec facimus? ego enim non metuo an Philippus uiuat, sed an uirtus illa ciuitatis iniquos odio habendi, & etiam puniendi perierit. nec me territat Philippus, dummodo res uestrae prospere se habeant: sed si his impunitas detur a uobis, qui ab illo mercedem capere uoluerint, & si aliqui adsint qui istis patrocinium impendant, quorumque aliqua sit apud uos autoritas, quique cum toto priori tempore negarint, quod nihil pro Philippo agerent, modo conscendant, ista me perterrent. Cur ergo Eubule, cum Agesilaus reus ageretur, qui tibi est patruelis, & Thrasylbulus paulo ante Nicerati filius & patruus tuus dum accusaretur, prima quidem suffragatione cum aduocareris, eis obsequi minime uoluisti? ad iudicium uero poenae infligendae cum conscendisses, ne tantulum quidem pro eis dixisti, sed iudices deprecabaris, ut tibi ueniam darent? Deinde pro cognatis & necessariis hominibus suggestum non ascendis, scandes autem pro Aeschine? qui, cum Aristophon Philonicum deferret, atque per eum ab te gesta criminaretur, una cum illo te pariter accusabat, atque inter inimicos tuos unus numerabatur. Postea uero quam Eubule hos excepisses, & ad Pireeum iam descendi diceres oportere, & pecuniam conferri, & ex theatrali militarem fieri, uel in id suffragium eundum esse quod iste defenderat, scelestus autem Philocrates promulgarat: quibus ex rebus contigit, ut ex honesta ignominiosa pax fieret: hi uero postquam sequenti loco suis flagitijs omnia perdidissent, tunc demum reconciliatus fuisti? Et ad populum, dum Philippum damnares, & per liberos tuos iurabas, Philippum haud dubie si uelletis, interitum fore, nunc autem ei auxilium feris? Quo pacto igitur peribit? quando eos qui ab illo munera acceperunt, saluos esse uelis? Quid enim Myroclea damna uisti, quoniam ab emptoribus metallorum xx drachmas sigillatim exemisset? & Cephisophontem actione sacrilegij infectabaris, quia tertio insequenti die ad Paladis mensam septem minas deposuisset? eos uero qui se pecunias habere fateantur, quique in



quicquid in flagranti crimine deprehensi fuere, ac qui ista ex sociorum interitu perfecere, non damnas, sed etiam ut seruentur postulas? Atqui quod ista sint formidolosa, & uel summè prouidenda & prospicienda, ea autem ob quæ illos accusasti, irridenda, inde uidebitis. Num erant in Elide nonnulli, qui res ciuitatis expilarant? utique. Est ne igitur ibi aliquis, qui in horum cõmunionem fuerit, qui populum dissoluerunt? nullus. Quid cum Olynthus manebat, non aderant aliqui, qui istiusmodi ingenij essent? Ego certè arbitror. At propter hos Olynthus ne perijt? nequaquam. Quid præterea? Megaris non ne aliquem furem esse putatis, & qui publica compilet? necessariò quidem, & id palàm factum fuit. At quis ex ipsis earum rerum, quæ ibi euenere, nunc author fuit? nullus. Verum enim quis nam ac cuiusmodi sunt hi, qui tot tantaque flagitia patrarunt? qui se ipsos existimant dignos esse, ut Philippi hospites & amici appellentur, qui ad præturam & præfecturam se idoneos esse censent, qui se cæteris longè superiores esse oportere ducunt. Non ne Perilaus palàm accusatus fuerat Megaris apud trecentos, quòd ad Philippum accessisset: & cum Pteodorus processisset, ipsum depoposcit, uir & opibus & genere ac gloria uel inter Megarenses primus: atque rursus eum ad Philippum emisit, deindeque is uenit militibus externis adductis, ille autem intra urbem ista moliebatur. Non enim est, non est, quod magis præ cæteris sit cauendum, quàm ne quis permittatur, ut in populo emineat. Mihi aliquis ne seruetur, ne ue damnetur, quem hic aut ille concupierit: sed quem facta saluum faciant. contraque is condignam à uobis sententiam ferat, quam par est consequatur: id namque populare est. Præterea uerò multi apud uos in occasionibus effecti potentes fuere, Callistratus ille, rursus Aristophon, Diophantus, alij ante istos: uerum quis nam ex his factiosus unquam fuit? Apud populum in iudicijs, nemo uestrum in hodiernam usque diem neque legibus, neque iureiurando superior euasit. Ne itaque hunc, ne dimittatis in præsentem. Quòd enim ista uos magis & meritò cauere debeatis, quàm his fidem adhibere, Deorum uaticinationem per legem, qui multo magis ciuitatem seruare semper uoluerunt, quàm eos qui præfuerunt. Recita uaticinationes. **VATICINATIONES.** Deos, uiri Athenienses, auditis, quæ uobis prædicunt? si itaque uobis bellum gerentibus ista deperdita fuere, imperatores obseruandos fore aiunt. belli namque duces sunt prætores. Quòd si pacem feceritis, qui Republicæ præsunt, custodiri debent. hi namque uos regunt, his uos paretis, ab his timendum est, ne seducamini. Atque ciuitatem ad id attendere oportere, ait uaticinatio, ut unam eandemque sententiam omnes habeant, & hostibus ne rem gratam faciant. Vtrum ne igitur, uiri Athenienses, putatis, is qui tot facinora commiserit, si seruetur, an uerò si poenam luat, uoluptatem Philippo sit allaturus? Ego quidem reor, si saluus fiat. Ait quoque uaticinatio, continuo studendum esse, ne hostes latentur. Omnibus igitur uno consensu mandat, ut eos puniant, qui hostibus quoquo pacto deseruerint. Iupiter, Dione, omnes dii, extra urbem sunt, qui uos insidijs petant: intra uerò, qui illorum sunt administri. Insidiantium ergo munus est, donare: inseruentium, dona capere, & eos qui acceperint seruare. Præterea quoque humana ratione id quis perspicere posset, quod omnium insidiosissimum & formidolosissimum est, si is qui rebus præsideat, cum eis permittatur cõsuetudinem habere, qui non eadem cum populo sentiat. Quibus enim modis Philippus rerum omnium compos factus fuerit, ac quibus res maximas que successere peregerit, animaduertite. Ab his namque qui actiones uendebant, eas emendo: eos uerò qui in ciuitatibus præsidebant, corrumpendo, & ipsos extollendo. Hæc igitur utraq; irrita facere si hodierna die uelitis, in uestra situm est potestate, si uidelicet eos qui istos defendunt, minimè audire uelitis, quinimmo ipsos nullius apud uos autoritatis esse ostendatis. Nunc enim se rerum dominos iactant: eum uerò qui se diuendidit, puniat, atque hunc ipsum omnes inspectent. Cuilibet enim meritò irascimini, uiri Athenienses, qui istiusmodi fecisset et socios & amicos, et tempora prodidisset, quibus ex rebus omnia apud quemque ut bene aut malè se habeant pendunt: non tamè ulli potius, neque iustius, quam huic est succensendum. Qui enim cum se ordini illorum, qui Philippo diffidebant, inseruerit, solusque ac primus omnium aduerterit, quòd ille totius Græciæ cõmunis hostis esset, transfuga factus est, & peditor, ac deropetè à partibus, Philippum stetit, quo pacto is dignus non est ut sepius conficiatur?

Veritatem  
Quis enim est  
... qui erant  
... Peloponnesum in  
... politra ac mul  
... dixerunt perleg  
... uenerit non r  
... quod d  
... prolocere, ne  
... in Pelopon  
... dixerit, & f  
... quod me  
... appellaret, conc  
... si rebus anim  
... maximum indign  
... occurrerit, cum q  
... admiratus, qu  
... eo postea uerò  
... mancipia de  
... Græciam depi  
... uobis f  
... negotia gerer  
... foret, & f  
... admodum pro  
... uenit & lum  
... ad ea accedant  
... faciendam, ne  
... uerò qui hortare  
... fore, se mirar  
... oportet: quor  
... in dicendo eloqu  
... in ciuitate uel  
... infestari, & eum  
... ille prius dixit  
... tunc Atreli den  
... idem quod P  
... perduxit. At  
... necesse non sit  
... Phocra ten  
... quæ postea sint e  
... quarum Aesch  
... socios à legatis  
... & liberos  
... eius filios ad anim  
... liberi captiui  
... magis uos n  
... filiorumque pa  
... porrigendam:  
... lachrymas record  
... abatur, qui Phil  
... Peloponnesum lega  
... sed quili  
... istiusmod  
... & Di, quæ ab



conficiatur: Veruntamen quòd ea ad hunc modum se habeant, ne is quidem poterit repugnare. Quis enim est, qui Ischandrum ab initio ad uos adduxerit: quem huc ab amicis ciuitatis, qui erant in Arcadia, uenire dicebat: quis est, qui Philippum in Græciam & Peloponnesum insidias parare uociferauit, uos autem dormire: quis est, qui pulchra & proluxa ac multiplici illa oratione concionatus fuerit, & Milciadis ac Themistoclis decretum perlegerit, nec non & iusiurandum illud Epheborum in templo Aglauri recitauerit: non ne is fuit: quis est qui uobis suaserit, ut ad mare rubrū legationes mitteretis, quòd Græcia à Philippo insidijs circumueniretur: uestra autem interesset, ista prospicere, neq; res Græcas destituere: non ne fuit Eubulus, qui decretū tulit: qui uerò in Peloponnesum legatū egit, non ne hic Aeschines: Illuc porrò profectus quæ disseuerit, & fuerit concionatus, ipse uiderit: quæ autem uobis retulerit, uos omnes noui, quòd meministis. Barbarum namq; sæpenumero & pestem Philippum cum appellaret, conciones habebat: & quòd Arcades uobis congratularentur, renunciauit, si rebus animum adhiberet, & expergisceretur ciuitas Athenarū. Illud autem uel maximè indignè tulisse aiebat, quòd Atrestidi à Philippo uenienti dum recessisset, occurrerit, cum quo mulieres & pueri ad xxx numerum ambularent: ipse cum id esset admiratus, quòd uiatorem quendam rogasset, quis ille uir esset, & quæ turba cum eo: postea uerò quàm audiuisset, quoniam Atrestides à Philippo eiusmodi Olynthiaca mancipia dono accepisset, & abiret: ei pergrauè id uisum fuisse, & lacrymasse, ac Græciam deplorauisse, quòd malè se haberet, quæ talem sibi calamitatem infligi pateretur: ac uobis suauit, ut aliquos in Arcadiam mitteretis, qui eos accusarēt, qui Philippi negotia gererent. ab socijs enim audiuisse dicebat, quòd si ciuitas eius rei curam habitura foret, & legatos emisisset, illi pœnam daturi essent. Ista tunc itaque honestè & admodum pro exultimatione ciuitatis orabat. postea uerò quàm in Macedoniam peruenit, & suum ac Græcorum inimicum Philippum aspexit, nunquid similia, aut quæ ad ea accedant, perfecit: multum etenim abest. Verùm neq; de maioribus mentionem faciendam, neq; triumphos commemorandos, neq; cuiquam succurrendum. eos uerò qui hortarentur de pace cum Philippo ineunda cum reliquis Græcis, consulendum fore, se mirari, quòd de uestris peculiaribus commodis alium quempiam persuaderi oporteret: quoniam Philippus ipse ô Hercules, omnium hominum Græcissimus, in dicendo eloquentissimus, & Atheniensium amantissimus esset: quosdã uerò ineptos in ciuitate usque adeò morosos homines esse, ut eos non pudeat, ipsum conuicijs insectari, & eum Barbarū appellare. Fieri ne igitur potest, ut idem uir, qui eadem quæ ille prius dixisset, hæc dicere ausus fuisset, nisi esset corruptus: Quid uerò est: ille qui tunc Atrestidem odio habuit propter Olynthiorum liberos & mulieres, nunc sustinet idem quod Philocrates agere, qui ingenuas Olynthiorum uxores huc contumeliose perduxit. Atq; ita eum propter uitæ impuritatem cognoscitis, ut mihi ad præsens necesse non sit aliquid de eo turpe molestum ue dicere: sed simulac illud tantum dixero, Philocratem mulieres conduxisse. dum uos omnes sciatis, & qui circumstant, quæ postea sint consequuta, ac quòd illas miseras & infelices miseramini, probè noui, quarum Aeschines misertus non fuit, neq; ob eas Græciam deplorauit, quòd apud socios à legatis contumelia fuerint affectæ: uerùm pro se ipso deslebit talis legatione functo, & liberos fortè adducet, & ascendere faciet. Vos certè uiri iudices, aduersus eius filios ad animum reuocate, quòd plurimorum sociorum uestrorum & amicorum liberi captiui detinentur, & in egestate errant, ob hunc indigna passi: quorum multo magis uos misericordia commoueri decet, quàm eorum qui tantopere deliquerūt, filiorumq; patris proditoris: & quòd liberos uestros, cum etiam ad posteros pacem porrigendam adscripsissent, ea spe defraudarint. Aduersum autem huius ipsius lacrymas recordemini, quòd hominem tenetis, qui in Arcadiam contra eos mittere horrabatur, qui Philippi negotiorum gestores coarguerent. Vos enim nunc neq; in Peloponnesum legationem missuri estis, neq; longum iter confecturi, neq; uatica in sumpturi: sed quilibet uestrum ad hoc usque suggestum est accessurus, sanctumq; & iustum istiusmodi suffragium aduersus eum hominem pro patria laturus, qui ô terra & Dñj, ea quæ ab initio in concione recensuit, Marathonem, Salaminem,

Dd pugnas,



pugnans, triumphos, ut Macedoniam attigit, omnia his contraria est eloquutus: maiorum memoriam repeti non debere, triumphos non referendos, neque cuiquam opem praestandam, cum communi Graeciae consilio aliquid deliberandum non esse, moenia ferme demolienda fore decreuit. Atqui nulla oratio per omne euum illa petulantior apud uos unquam habita fuit. quis enim Graecorum est, aut Barbarorum, adeo imperitus & ignauus, ac usque adeo ciuitati uestrae infensus, qui si quis eum roget, Dic queso mihi, Graecia quae nunc salua est, & incolitur, hanc ne appellationem obtineret, aut a Graecis, qui eam nunc habent, incoletur, nisi uirtutes illas pro eis qui in Marathone & Salamine occubuerunt, maiores nostri praese tulissent? Nullus sane id diceret, imò quòd ea omnia a Barbaris occupata fuissent. Deinde, quos ne aliquis quidam ex hostibus his praeconijs & laudationibus priuaret, earum Aeschines uos meminisse non concedet, qui ex illis geniti estis, ut ipse argentum accipiat. Caeterum cum reliquorum commodorum nulla sit defunctis communio, rerum profectò bene gestarum laudatio, eorum qui ita laudabiliter mortui fuere, est ueluti propria merces quaedam. neque enim tunc eis amplius cum inuidia est depugnandum. Quibus laudibus cum iste eos orbare uelit, ipse dignus est, ut de gradu dignitatis deiciatur. Atque hanc de eo uindicationem sumite, pro maioribus uestris. Attamen eiusmodi sermonibus, o prauum caput, facta maiorum cum fueris latrocinatus, & oratione illis detraxeris, rem totam perdidisti: qua tamen ex re multa agri iugera colis, & uir eximus euasisti. Illud praeterea non omitto, quòd antequam omnibus malis Reipublicae affecisset, se scribam fuisse fatebatur: & uobis gratiam habere, quòd ei suffragati fuissetis: seque modeste gerebat. Posteaquam uerò infinita mala intulit, supercilium extulit: ac si quis Aeschinem scribam egisse dixerit, quamprimum eius est inimicus, & male ait audiuisse, & per forum de ambulat pallio ad talos demisso, & buccas inflando pari cum Pythocle gressu incedit: atque unus ex his uobis iam est, qui se hospites faciunt et amicos Philippum, qui quae desideret a populari statu liberari, ac qui praesentium rerum constitutionem procellam & turbam quendam esse existimet: qui tamen tunc adhuc tabularum publicarum armarium reuereretur. Volo itaque uobis per capita recensere, quemadmodum Philippus uos urbibus expoliarit, istis Deorum inimicis assumptis. E re autem uel summe esse uidetur, si uniuersa fraus a principio discquiratur, & consideretur. Ab initio enim cum pacem appeteret, & eius regio a latronibus dissipata fuisset, & emporia essent interclusa, ita ut nullum ille bonorum omnium usum haberet, illos qui pro eo humaniter uerba haberent, misit, Neoptolemum, Aristodemum, Ctesiphontem. Ut uerò ad eum peruenimus nos qui in legatione eramus, hunc statim mercatus fuit, ut in dicendo adiutor, in agendo autem administer esset scelerati Philocratis: ac si quis est nobis iure agere uellet, ut eum deprimeret. Ad uos quidem epistolam conscripsit, qua uel maxime pacem assequi posse arbitrabatur: sed nihilo magis tamen quicquam magni, neque ita agere contra uos ei licuisset, nisi Phocenses oppressisset. Id uerò non admodum facile factum erat. Res autem ipsi quasi fortuito in eam occasionem deuenierant, ut uel nihil eorum quae euenire uolebat, esset perfecturus: uel necesse foret, ut ementiretur, peieraret, & eius improbitatis Graecos omnes & Barbaros testes faceret. Si etenim Phocenses in societatem recepisset, et eis iurandum unum uobiscum reddisset, foedera, quae cum Theffalis & Thebanis erant, quamprimum transgredi necesse fuisset: ex quibus istis quidem Bœotiam se expugnaturum iureiurando affirmarat, illis autem eorum imperio Pylam subiecturum. Sin uerò eos non admisisset, sicuti non suscepit, uos minime permissuros ut ipse ingrederetur, putabat: quin immo ad Pylam praesidium laturos. quòd nisi fuissetis decepti, utique fecissetis. Quòd si id eueniret, sibi non dari rebar, ut prodire posset. atque ea non ab alijs ipsi, ut scitaretur, opus erat: uerum ipsemet eius rei testis sibi constabat. Quando enim primum Phocenses Philippus superauit, & eorum conductos milites fudit, ducemque & imperatorem Onomarchum: tunc cum ex uniuerso humano genere nullus uel Graecus, uel Barbarus Phocensibus praeter uos opem tulerit, non solum ingressus non est, aut ingressus quicquam eorum quae uoluit, non peregit, sed ne propius quidem accedere potuit. Nunc uerò profectò plane nouerat, cum res Theffalorum ab eo disiderent, & Pherae primum ipsum non sequerentur, Thebani autem superati, &

bello



bello deuicti fuissent, & trophæū de eis constitutum esset, se ingredi non posse, si uos auxilia mitteretis: neq; si id armis aggredi tentarit, quicquam se esse perfecturum, nisi dolus aliquis adhibeatur. Quo pacto itaq; neque palam uidebor peierare, & quæcunq; uoluero perficiam: quod nam pacto: ita, si aliquos Athenienses inueniam, qui Athenienses ipsos decipiant. huiusce enim dedecoris non amplius ego consors fiam. Exinde illius legati uobis dicebant, quod Phocenses in socios Philippus non admittebat. isti autem id excipientes, talia pro concione aiebant, quod aperte honestè non posset Philippus Phocenses in societatem recipere, ob Thebanos & Thessalos. si autem rerum compos fiat, & pacem assequatur, quæ in presenti pacisci ipsum uellemus, tunc ea conficiet. Pacem ergo sub ea spe, & artificio, & calliditate à uobis absq; Phocensibus nacti fuere. Subsidium deinde in Pylas impediendum ipsi erat, pro quo auxilio quinquaginta triremes in unum paratæ erant: ut si Philippus aduentaret, ei uos occurreretis. Quo pacto igitur: quæ nam arte ad eam rem rursus utendum erat: tempora uestra erant auferenda, & res eo conducendæ de improviso, quod ita impenderent, ut si uelletis exire, non possentis. Itaq; isti ea fecisse apparent. Ego uerò, ut sepe nūmero uos audiuitis, cum antè proficisci non possem, & nauigium conduxissem, enauigare prohibitus fui. Sed & Phocenses Philippo fidere oportebat, & se ipsos ei tradere sponte sua, ut nulla mora rebus intercideret, neq; aliquod aduersum decretum à uobis proueniret. Proinde quod Phocenses seruabuntur, ab Atheniensibus legatis annunciabitur. Quare etiam si quis mihi diffidat, istis fidē habebit, & se ipsum eis concedet. Athenienses uerò ipsos nos accersemus, ut omnia, quæcunq; uoluerint, dū sibi adesse putarint, nihil quod contra nos sit, decernant. hi uerò ea nomine nostro referent, & promittent, ob quæ, etiam si quod libet contingat, non moueantur. Per eum modū & eiusmodi artibus, ab his supra quàm dici possit perditis hominibus, res omnes profligatæ fuerunt. Atqui statim loco eius quod Thespias incolæ uideretis, Orchomenum & Coroneam direptas fuisse audiuitis. loco eius quod Thebæ deprimerentur, eorumq; petulantia & arrogantia excuteretur, Phocensium sociorum uestrorū mœnia diruta fuere: Thebani autē fuerunt, qui illa euerterūt, qui uerbis ab Aeschine fuerant dissipati. loco eius quod Eubœa pro Amphipoli traderetur, propugnacula aduersus nos in Eubœa Philippus premunit, Gerastrōq; & Megaris insidias struere non desistit. loco eius quod Oropū uobis restitutus esset, pro Drymo & ea regione quæ ad Panactū est, egredi cogimur armati: quod, Phocenses quousq; in columes fuerunt, nō fecimus. loco eius quod patria sacra in templo statuerentur, & pecuniæ Deo exigerentur, qui ad præsens sunt Amphictyones effugiūt, & expulsi sunt, eorumq; regio uastata fuit: qui autem superiori ætate nunquam fuere, Macedones, Barbari, nunc Amphictyones esse per uim aggrediuntur: si quis uero de pecunijs sacris mentionem faciat, de loco edito præceps deijcitur. Ciuitas oraculorum præfectura dispoliata fuit, resq; omnes quasi ad ænigma ciuitati nostræ euenerunt. Ille quidē nihil est ementitus, & quæcunq; uoluit, omnia perfecit: uos cum ea speraretis, quæ uotis fore nuncupatis optassetis, eorum contraria accidisse uidistis. & cum in pace de gere uideamini, grauiora sustulistis, quàm si in bello fuissetis: hi autē ob eas res pecuniam possident, & in hodiernā usque diem poenā aliquā non dederunt. Quod autē ista captis nummis sine controuersia prodita fuerint, eorumq; omnium premium hi fuerint consequuti, uarijs modis id iam diu uobis planum factū fuisse ego existimo. Et uereor ne contrariū quàm uelim faciā, dumq; nimis diligēter ea ostendere conor, uobis molestus sim, cum uos ipsi iam pridem illarum rerum cōscij sitis. Attamē illud præterea etiā audiatis: Extat ne aliquis, quem uos uiri iudices, ex legatis, quos huc Philippus misit, statua ænea donaretis: Quid: in Prytaneo eū ne aleretis: aut quouis alio dono afficeretis, quo de Republica benemerētes prosequi cōsueuistis: Ego quidem non censeo. quid ita: Neq; enim uos ingrati estis, neq; iniurij homines, neq; improbi. Sed quoniā omnia pro Philippo, nihil autē pro uobis fecere, dicere & uerè & iustè possentis: deinde cum uos ad eum modum apud uos statuendū esse arbitremini, Philippus non idē sentiet: Sed istos tot tantisq; muneribus prosequetur, propterea quod pro uobis iustè & præclare legatione functi fuerunt: id non ita se habet. Hege



Philippum namque, et qui cum eo fuere, legatos cernitis, quo pacto eos exceperit, et ut resti qua sileam, Xenoclidem hunc poetam in exilium misit, quoniam ipsos qui ciues nostri erant, suscepisset. Eos enim, qui pro uobis iuste loquuntur quae senserint, ita pertractat: illos autem qui se eius mercenarios fecerunt, quemadmodum istos, affecit. Ista ne igitur testibus: ista num aliquibus praeterea maioribus indigent argumentis: ista ab animis uestris quis diuellere poterit? Dixit autem quidam, mecum pauloante congressus, quam forum ingrederer, rem omnino inauditam: quod is ad accusandum Charetem se pararit, & quod per hunc modum, perque has ipsas rationes se uos seducturum confidat. Ego uero, quod si quauis de causa in iudicium trahatur Chares, & fideliter & beneuolentem quantum in eo fuit, se pro uobis gessisse inuenietur. Propter hos autem, qui pecunijs adducti res deprauarunt, in multis defecisse, non admodum contendam, sed longius progrediar. Sint omnia uera quae de eo iste dicturus est: sed ita quoque ualde ridiculum est, quod illum is accusare uelit. Ego enim Aeschinem nullius rei in bello gestae accuso, ob eas enim res praetores sunt obnoxij: neque eius rei defero, quod ciuitas pacem fecerit. Verum ad eam tractationem usque omnia missa facio. Quid ergo dico, & unde accusationis exordium sumo? quod cum ciuitas pacem iniret, Philocrati fuerit assensus, non his qui salubria decernebant: quod munera acceperit, quod in secunda legatione uestra tempora contriuerit, ac nihil eorum fecerit quae ei iniunxeratis: quod ciuitatem, illi uerba dando, deceperit: & uos ea spe suspensos detinendo, quod omnia Philippus esset acturus, quaecumque uoluerimus, omnia perdidit: quodque dum alij praedicerent, eum obseruandum esse, qui tot in rebus iniurius fuisset, is tamen ei semper affuerit, patrociniu impendendo. haec ego accuso, haec recordamini: quoniam si aequam pacem & iustam uiderem, ac homines in ea uersatos nihil mercatos fuisse, neque postea aliquid e mentis, hos laudandos, et corona donandos hortarer. Sed si quis Imperator aduersus uos peccauit, nihil id habet commune cum praesenti iudicio reddendae rationis delegatione. Quis enim dux Halum? quis Phocenses perdidit? quis Doriscum? quis Cersobleptem? quis Sacrum montem? quis Pylas? quis uiam per socios & amicos ad Atticam usque Philippo strauit? quis Coroneam? quis Orchomenum? quis Euboeam abalienauit? quis pauloante Megaram? quis Thebanos potentes effecit? Nulla enim horum tot tantarumque rerum per praetores periit, nihil uobis consentientibus in pace concessum habet Philippus: sed per hos, horumque illiberalitatem omnia interiere. Si ista itaque uitarit, uos autem seducat, & quaecumque potius quam ea dicat, illo uos eum modo excipite: Num praetori iudicium dicimus? num his de rebus in iudicium uocaris? ne dicas, si quis praeterea alius in causa fuerit, ut Phocenses perierint: sed quod tu pariter author non fueris, ostendito. Quid uero, si qua in re Demosthenem iniuriam attulisse modo dicas? uerum, quando suae functionis rationes redderat, eum non accusabas? ob id ipsum enim dignus es, ut conficiaris. Ne dicas quid honestum utileque esse pacem ipsam, nemo enim te arguit, quod ciuitas pacem fecerit: sed non turpiter & probrose in multis nos fuisse deceptos, & omnia perisse, ista recense. Earum namque rerum omnium quod tu effector fueris, nobis es redargutus. Quid ergo eum qui in praesentem usque diem tantopere laborarit, laudibus extollis? Si ab eo per hunc modum caueritis, quid dicat, non habebit: sed frustra hic uocem efferret, et summe uociferabitur, atqui & de eius uoce aliquid forte dicere ab re non est. ob illud namque ipsum admodum gloriari audio, quasi uobis pronuntiatione sit imposturus. Mihi autem uideamini rem omnium absurdissimam uos esse facturi, si cum fabulam Thyestis, et Troiae calamitatem representaret, eum eieceritis & exploseritis e theatris, & ferme lapidibus obrueritis, ita ut tandem a tertiarum partium actione desisteret: cum uero non in scena, sed in rebus publicis & maximis in ciuitate infinita incommoda attulerit, tunc ad eum quasi suauiloquentem aures admouebitis? nequaquam. Videte ne quid amentes uideamini: sed illud aduertite, quod si de pracone probando agatis, tunc num uoce sit canora, est perquirendum: si de legato, ac eo qui ad res publicas pertractandas se admitti petat, num aequa sit animi moderatione, & pro uobis quidem magno atque elato animo, inter uos autem aequali existat: sicuti ego Philippum non suspiciebam, sed captiuos cum suspicerem, eos redemi, nihil enim ego subueebar. iste au-

tem



tem ad eum prouoluebatur, & cantilenas canebat, nos autem aspernabatur. Insuper cum uideritis eloquentiam, aut uocis canorum illud, siue quampiam eiuscemodi optimam facultatem in eo homine qui probus & liberalis existat, omnes congratulari debetis, & excolere: id etenim & in communem uobis reliquis utilitatem tendit. Cum uero in illiberali et improbo, & questuosissimo, cum auersari oportet, animoq; acerbo & aduerso audire: quoniam improbitas si auctoritatem à uobis nata fuerit, ciuitati perniciosa existit. Contemplemini ex quo is probatus fuit, in quo rerum statu ciuitas reperiatur. Reliquæ itaq; facultates satis per se absoluuntur, & sibi sufficiunt: at illa dicendi, si uos qui auditis, restiteritis, retunditur. Huic itaq; ita aures prebete, quasi peruerso, corruptoq; & minimè uera dicenti. Quàm itaq; non ob alias solum, sed & ob eas quas cum Philippo res habemus, prorsus hunc damnari conueniat, perpendite. Si enim ad id uenire compelletur, ut iustè cum ciuitate se gerat, mores mutabit. Nunc quidem proposuit plerosq; circumuenire, paucis obsequio exhibito, quòd si hos perijisse cognouerit, multis è uobis, & qui omnia in potestate habetis, in cæteris obsequi uolet: siue in eadem in qua nunc est licentia & procacitate persistet, eos qui ad omnia eius uota preesto futuri sunt, eiecturi estis, si hos sustuleritis. Si enim pœnas se luituros putantes ista admiserunt, hos si quid à uobis eis remittatur, quid facturos putatis? Quem Euthycraten, quem Lathenē, quem superaturi non sunt proditorem: quis ciuis non longè cæteris hominibus futurus est deterior? cum uideat, his qui omnia uenalia habuerint, pecuniam, auctoritatem, subsidium, Philippi amicitiam superesse: his uero qui se modestos præbuerunt, & suam præterea pecuniam insumpserunt, molestias, offensiones, inuidentiam à nonnullis creati. Ne id permittatis. Neque enim ad gloriam, neque ad pietatem, neque ad salutem, neque ad aliud quicquam uobis confert, hunc ut absoluatis: sed ut puniendo, omnibus & ciuibus, & Græcis exemplum proponatis.

## DEMOSTHENIS DE IMMUNITATE

TE ADVERSUS LEPTINEM ORATIO, Petro Nannio Alecmariano interprete.

LIBANII ARGUMENTVM.

**A**theniensium Respublica inter alios honores, etiam immunitate liturgiæ benè meritos prosequabatur. Multis igitur eam adeptis, magna raritas erat eorū qui hæc munia subiret. Quamobrè Leptines decreto sancit, ne quis omnino immunis esset, ne ue in posterū populo dare liceret: pati autè extrema supplicia, qui id postulasset. Hanc legē oppugnarunt principio nonnulli, inter quos etiā Bathippus fuit. Cæterum eam actionem profectus nō est: nummis ne corruptus fuerit, an morbo impeditus, incertum habetur. Postmodū autem Phormio, & Cresippus Chabriæ puer, cum nonnullis alijs quib. se Demosthenes aduocatū præstitit, hæc legem criminati sunt. Leptines aut utilitate præualet, ubiq; igitur emolumenta suæ legis ostendat. Demosthenes contra honestate et æquitate nititur: æquū uidelicet esse, ut qui bene fecerint, rursus beneficia accipiāt: æquū deinde, ut qui præmia ritè adepti sint, in eorū possessione maneāt. Honestate quoq; suā causam tueitur, quòd donata auferre omnib. fortasse turpe, Atheniensibus certè turpissimū sit: quibus inter cæteras notas et indicia ingenij, animi magnitudo assignari solet. Commonstrat quoq; contra iura hanc legem à Leptine introductam esse. oportuisse enim prius contrariam legem abrogare, deinde suam proponere, ne pugnantes leges simul uigerent.

ALITER.

Oratio erga Leptinē inscribitur, quòd excursu eo spacio, in quo rei fieri possunt nouarū legū conditores, Leptines extra omne periculū accusationis constitutus erat. unde titulus habet, hanc orationē erga Leptinem, non contra Leptinē composuit esse. Argumentū autè tale est. Solēne fuit Atheniēsi Reip. benemeritos honestate multis et uarijs donis, et inter cætera quoq; immunitate. Ea igitur multis tum externis, tum ciuib. cōcessa, numerus eorū defecit, qui liturgias subiret, onusq; illud in tenuissimos reuolutū est. Leptines ergo nequaquam in Rep. administranda obscurus homo, legē tulit in hæc uerba: Ut ditissimi liturgias subeant, nemo immunis esto, exceptis Harmodij et Aristogitonis posteris, unā cum nouē magistratibus: ne ue in posterū liceat populo immunitatē dare: si quis cōiunctus fuerit peitæ immunitatis, et ipse et proles ipsius infamia notator, aduersusq; eundem cōpetat et publica iudicia, et actio famosa: quib. si cōiunctus fuerit, eadē luito, quæ illi qui cū Reipub. obæra ti essent, iudicia exercuere. Porrò cōtra huius legis conditorē primum actionē instituit Bathippus, qui mortuus est ante litis contestationem; unde euenit, ut tempus absumptum sit, intra quod Leptines reus fieri poterat.

Dd 3 Lex



Lex enim erat, auctore uel legis uel decreti post annum exactum iudicijs non subiacere. Attamen contra legem agi licebat, tamen si eius conditor extra periculum constitutus esset. Elapso igitur anno, Aphepsion filius Bathippi legem accusat, cui aduocati fuere Phormio orator, et Ctesippus filius Chabriæ: huic Demosthenes suum patrocinium accommodauit. istis igitur accusatoribus lis aduersus legem instituta est. Status causæ negocialis est, & scriptura nitens. Capita siue præcipua loca orationis, legitimo, utili, & iusto constant. Necessarium autem est, ut dicamus allegationes utriusque partis. Leptines fiduciã habet in utilitate, eo quod multos acquirat, qui impediã liturgiæ subeant: imò quoque & ex iusto uires colligit, quod iniquum est, istos intactas diuitias possidere: hos uero qui pauperes perpetuo sunt, oneribus liturgiæ pessundari. Aduersarius contra nititur legitimo, iusto, & utili. Legitimum autem duplicem materiam habet: nam & in personis et in rebus uersatur: in persona quidem, quatenus ipse non fecit, quod facere debuerat, quandoquidem sanctiones iuris transgressus est: sanctiones enim lege definiunt, quomodo iura noua condenda sint. Nam oportebat leges scriptas statuis, quas cognomines uocant, affigere, & adhibitis legislatoribus promulgare, & in ærarium cum receptæ fuissent, recondere. Sed id à Leptine obseruatum non fuit. In rebus uero, quatenus lex ista noua contra uetus ius peccet, quo iubetur populi donaria rata esse. Habet igitur hæc lex cõtrouersia cum requis legibus, quæ populi munerationes firmas uoluit, cum ista eas rescissas cupiat. Nititur item iusto, quod indignum sit, bene meritos suis præmijs spoliari. Ex utilitatis ratione, triplici modo uires colligit: primum, quod commodi nihil allaturum sit, si benemeriti suis præmijs renudentur: futurum enim esse, ut Leucon nihil Athenas frumenti è Bosphoro mittat. alterum deinde incommodum ex hac lege, quod nemo Rempublicam beneficijs demerebitur, quum uideat præmia semel concessa auferrì. tertia deinde noxa, quod infamia laborabitur: ingrati enim & maligni uidebuntur. Est autem hæc oratio secundo loco dicta. Aphepsion enim ut grandior natu, primas partes dicendi accepit: Leptines autem principaliter utilitate nititur, allegans paucitatem eorum qui liturgias subeant. Secundo deinde loco iusto utitur, cuius uis spectatur ex inæqualitate. indigna enim et iniqua res est, alios ex immunitate opulescere, ipsam uero ciuitatē munerarijs carere. Videtur autem orator id sibi studio habere, ut legem Leptinæ accuset: latenter tamen suam legem insinuat, quam in tractatu loci, qui legitimo cõstat, commendabilem facit, dum & illam contra recitat, et cum aduersarij lege examinat, utriusque diuersitatē ostendens: ne derepente, aut inconcinniter cõmissiones legum uideretur introducere, multa iam antè præparatione et instructione usus est. Prima autem antithesis in specie contra Leptinē dirigitur, reuera tamē ad id exhibita & excogitata est, ut cõmodo Demosthenico inferuaret, nimirum ut uideretur ipse aduersarius occasione inferendæ legis Demosthenicæ adferre. Quid enim aliud uult lex Demosthenis, quam populi dona rata esse: eos aut qui ea accepissēt, iudicijs subiacere, ut si digni sint, eam possessio nē retineat: si indigni, amittat. Iam ipse Leptines Demosthenicã legem approbat. nam in initio suæ legis, multos indignos Reipublicæ donaria occupauisse cõqueritur: obuia igitur hic habet Demosthenis legem, quæ bonos è malis excernit, et segregat, et ideo eius rei mentio ubique aspersa est: crebra enim eius rei tractatio paulatim iudices prolicit, ut eius legis recitationē cupiãt: perp̄so autē quod præsidia Leptinæ causæ in hoc cõsistunt, quod eius opera onus liturgiæ in ditissimos inclinatur, ipse hæc ualidã manum siue antithesim nō in initio statim oppugnat, sed aliam paribus uiribus opponit, cuius cõmoditas per occasione uideretur Demosthenicã legem inferre. Cum enim denunciãt, eo sermone usurum assidue Leptinē, frustratur, & decipit auditores: non enim præcipuam mentionē factururus erat Leptines, quod indigni Reipublicæ præmia occupauissēt, sed quod ciuitas inopia laboraret eorū hominū, qui liturgias tolerarent: ac proinde cõsultū uideri, ut onus liturgiæ à pauperioribus ad locupletiores transferatur. Oratio autē in genere iudiciali uersatur, quandoquidē sanctionē Leptinæ in iudicium uocat. Materia uero orationis duplex est: partim enim iudicialis, partim deliberatiua est. eandēque nō planè inopè nudamque uideas à forma demonstratiua, quatenus extollit eos qui de Reipub. benemeriti sunt. nã & hic nuenies uirorū laudes, & prædicationes rerū gestarū insignes: quale est illud, cū omni strepitu et pompa uersatur in Cononis, Chabriæ, Epicerdis, Thasiorū, Corinthiorū, Leuconis, præclaris facinoribus. Cæterum transeundū iam est ad tractationem ipsius orationis. Omnis dicendi secundaria actio, minus negociosa est in proœmijs excogitandis, idque meritò: medetur enim solummodò ijs reliquijs, quæ in prima oratione omisse fuerūt. Secundo loco autē dictarū orationum differentia quædam est. aliæ enim præter epilogos nihil habent, quales sunt illæ quæ aduersus Aristogitonē dictæ sunt, ubi primo loco dicente Lycurgo, uel pauca, uel nulla potius uerbis Demosthenis relicta erant. Aliæ minorem cõtentionem habent, qualis illa est quæ contra Androtionē habita est, eo quod inter Diodorū et Euctemonem, quantū ad famã eloquentiæ, magnū discrimē erat. Ista autē quam nunc excutimus, secundaria actio, sermè omnia quæ ad contentionē causæ necessaria sunt, cõplectitur, ut ex artificio & tractatu illius apparet. eaq; de causa breue proœmiū est: & duo necessaria loca præ se fert, utilitatis scilicet & æquitatis, quæ ab ipso nominata sunt. æquitatē uero ostendit ex patrocinio, quod pro puero Chabriæ suscepit. mentionem quoque hic fecit legitimi: per legem enim quid legitimum, per utilitatem quid Reipub. conducat, per puerum Chabriæ causæ patrocinijque æquitatē demonstrat.

Promissi





Romisi iudices, me pro uirili istis patrocinatorum: primū quidem, & potissimū, quod utilem esse existimem istius legis abrogationē, deinde ut \* puero Chabrigē gratificer. Minimē obscurū est, Athenienses, Leptinem, aut quicūq; tandem hanc legē defendet, nihil æqui aut iuris allegaturū esse, sed iacturum indignos aliquot adeptā immunitate, onera liturgiæ exuisse: quod genus uerborū ubiq; inculcabit. Ego tamen in presentia omittā disputare, iniquū esse ob paucos quos culpāt, omnibus sua præmia eripere conari. Nam & hoc ipsum quodāmodo dictū est, nec fortasse à uobis ignoratur. Ceterū illud libenter ex eo sciscitarer, cur uos, & istos (ut demus ex ijs nō aliquot, sed in uniuersum omnes indignos esse, eodem loco & honore habendos censeat. Eo enim ipso quod scribit, NEMO immunis est: eos qui hæcenus habuere, immunitate spoliat. Dū uerò addit, NE'VE in posterum dare liceat: uos donādi facultate priuat. Non enim dicere potest, ut illi indigni sunt, qui habeant, ita uos indignos esse qui præbeatis, si quid cui donare liceat. Sed mehercule illud fortasse dicet, ideò se huiusmodi legē condidisse, quod populo facile imponi uideret. Quid igitur obstat, si id satis causæ est, quominus omnia, atq; adeò totius Reipub. administratio uobis auferatur: nihil enim est omnium, ubi non id populo acciderit. Nam & ad decreta quædam facienda per fraudem inducti estis, & optimis reiectis, pessimos in societatem admisistis. Quid ergo legem sanciemus, ne aut præiudicia senatui, aut comitia facere liceat. Ego id certè faciendum non existimo. non enim par est, ut illis spoliemur, in quibus decipimur: sed ut admoneamur, ne fraudi pateamus. Ac proinde legem condendam arbitror, non que uobis facultatem donādi auferat, sed per quam deceptorem puniamus. Quod si istis omisissis, illud solū per se expendas, utrum utilius sit, uos munificentia dominos arbitrosq; remanentes, aliquando decipi, ut malis nonnullis aliquid largiamini: an omninò hac potestate exutos, ne dignum quidem honore afficere posse: profectò longè illud, quàm istud, utilius reperias. Cur ita? quia dum plures, quàm par est, muneribus afficitis, omnes ad benemerendum prouocatis: dum nulli quicquam munificentia impenditur, etiam si dignus sit, omnes à beneficijs conferendis deterrentur. Porro etiam illud accedit, quod qui indignum donarijs honorat, simplicitatis nomen acquirat: qui uerò benemeritis uicem non reddit, malitia famam reportat. Quanto autem melius est, simplicem, quàm malum uideri: tanto præstantius est, istam legem resciri, quàm confirmari. Iam ne illud quoque consultum uideatur, ob culpam nonnullorum, bonos honorarijs muneribus exui. si enim rebus ad istum modum constitutis, non tamen mali & indigni desunt, ut isti iactitant, quid expectandum est? cum ablati præmijs nihilo meliore loco erunt boni, quàm mali. Iam illud quoque in considerationem uenit, ex priscis legibus, ac iam olim sancitis, quibus iste nullum uitium obiectare potest, non nisi alternis annis quemque ad liturgiæ munera reuocari, ac proinde ex dimidio temporis uacationem habet: iam cum dimidiata huius immunitatis omnes participes esse liceat, etiam nihil promeritos, id quod huic semissi addiderimus, in præmium benefactoribus nostris, id quæso illis eripiemus? minimè gentium. Nam nec bonum est ullo modo, nec uobis decorum. Quis enim quæso non turpe fuerit, uiri Athenienses, in mercimonijs forensibus ædilitiam esse legem quæ falsa puniat, cum tamen inde nulla pestis Reipublicæ imminet: ipsam uerò ciuitatem hac lege quam in priuatis iniunxit, in publicis nolle uti, & dolum in fraudandis benemeritis non auersari, id' que cum luculento ipsius damno. Non enim spectandum, ne pecuniæ pereant, sed ne fama honesta: cuius studiosiores multo quàm pecuniarum, non solū uos, sed maiores uestri extiterunt. argumento est, quod maximas quidem opes, quas possidebant, liberalitatis studio exhausserunt: pro gloria uerò sine subterfugio ullius periculi, etiam priuatis pecunias impenderunt. Nunc igitur ista lex pro honesta illa existimatione, turpem famosam que ciuitati circundat, eam' que tum uobis, tum maioribus uestris indignam. Tria enim maxima probra apportat: efficit enim, ut inuidi, ingrati, & perfidi uideamur.

Quod

Minus operosum exordium, quia secundo loco dicitur quod genus orationis ad utrumque uocant.

\* Pueri nomen Cissippus, quia pecunia siue opera, que Reip. impenditur, prisci enim nāteu publicum uocabant.

Præiudicia, quod ἐπιπροβλήματα, ea que de re aliqua statuuntur, antequam populo decernenda proponantur.



Triginta tyranni erant, quos uiris Atheniensibus Reipub. imposuerant. ut est apud Xenophontem in *Memorabilibus* lib. 2.

Sermo mira equitate tinctus. Adducit hunc locum pro exemplo Hermogenes ubi sic inuenias tractat.

Harmodius, & Aristogiton Atheniensem Reipublicam tyrannide liberarunt. meminit Thucydides lib. 1.

Quod autem omnino alienum sit à uestris maioribus istiusmodi legem confirmare, & illud quoque experiri paucis ostendere, idque uno superioris ætatis exemplo in medium adducto. Fama est triginta tyrannos à Lacedæmonijs mutuam sumpsisse, ut ea pecunia uterentur aduersus exules in Pyræo agētes. Cæterum ubi ciuitas rebus compositis in unum coijt, missa est legatio à Lacedæmonijs, quæ mutuū illud reposceret, uerbis ultrò citroque habitis, cum isti iuberēt eos qui æs illud alienum contraxerāt, de suo dissoluere: illi rursus primum id signum esse cōcordiæ futurum allegarent, si è publico nummi redderentur, aiunt: populum uiritim contulisse, eosque sumptus communes fecisse, ne quid ex pactis uiolaretur. Qui igitur fieri potest, uiri Athenienses, ut non perquam indignum sit, tum quidem ijs qui uos iniuria affecerant, ne falsi quid admitteretur, nummos uiritim uoluisse contribuere: nunc cum liceat citra sumptum, bene cum bene meritis agere, modò hanc legem exauctoretis, fallere & fraudare præoptare. Ego certè illud faciendum non existimo. Mores igitur ciuitatis, uiri Athenienses, tum ex hoc, tum ex alijs compluribus argumentis perspicias, quam integri illi boni que, ac alieni à mendacijs fuerint, ut qui non obseruarint quid commodissimum fuerat ad lucra paranda, sed quid factu honestissimum uideretur. Legislatoris autem istius mores inexploratos nō habeo, neque mali de illis quicquā aut scio, aut dico. Sed cum eos ex hac lege contemplor, inuenio illos longè lateque à ciuitatis moribus dissidere. Quamobrem illud affirmauerim, longè pulchrius esse, illum uestros mores in abroganda lege, quam uos illius in constituenda sequi: ac utilius esse, tum uobis, tum illi, ut ciuitas persuadeat sibi Leptinem potius similem fieri, quam ut Leptines ciuitatem in suos mores protrahat, non enim, etiam si optimus sit, quod illi meo nomine libens concesserim, moribus præstantior fuerit, quam ciuitas Atheniensis. Existimo igitur, uiri iudices, rectius de præsentī negotio deliberari posse, si et hoc quoque in uestram notitiam uenerit, illud hac lege tolli & extinguī, quo solo munera populi aliarum rerum publicarum donationibus præstant. Maius enim lucrum afferunt tum tyrannorum, tum oligarchicorum munificentiæ. statim enim illi quem uolunt, diuitem reddunt: quæ autem populus elargitur, & firmitudine certissimæ possessionis, & dignitate honoris antecellunt. Est enim pulcherrimū, non cum probro per adulationē, sed merito inter pares iuris, & legum æqualitate, dignum honoribus, & publica munificentia cēferi: et ultrò à ciuibus, cum quibus pari iure uiuas, admirationi haberi, præstantius uidetur, quam quicquid à domino accipere possis. Hic enim maior est futuri metus quam præsentis largitionis gratia: à uobis contra quicquid accipitur, cum securitate accipitur, ac planè ita se res habebat superioribus annis. Lex igitur ista, quæ fidem muneribus tollit, id quo solo uestre donationes præstant, haud dubiè tollit. At qui si ex ullo genere Reipublicæ fautoribus & studiosis, uicem reportandę gratiæ sustuleris, magnum profectò ei Reipublicę præsidium satellitiumque sustuleris. Forsitan & Leptines dicet, quo uos abducatur à rebus istis pensitandis, quòd liturgiæ nunc in tenuiores incumbunt. ex hac autem lege futurum esse, ut opulentissimi quicque liturgiæ as subeant, id quidem primo auditu consultum & rationabile uidetur: si quis tamen diligenter excutiat, falsum reperiet. liturgiæ enim apud nos uel inquilinos, uel ciues onerant: harum uacationes habent, quicunque immunitatem impetrauerunt: eaque ipsa est, quam iste sua lege extinctam cupit. A cæteris oneribus, tum in tributis ad bellum conferendis, tum in trirētib; instruendis, rectè iusteque ex præcis legibus nemini prorsus immunitas conceditur: imò ne posterius quidem Harmodij, & Aristogitonis, quos iste sua lege exceptos uoluit, ab hoc onere excipiuntur. Videamus iam quos nobis ad liturgiæ istas, choragos conquirat, & quot, nisi illi obtemperatum fuerit, liberos immunesque dimittet. Opulentissimi certè qui trirēmes instruunt, semper à choragij; immunitatem habent. iam qui minus habent, quam ad uitę cultum opus est, uel necessariò immunes, extra onera istius liturgiæ consistunt, quamobrem ex neutro ordine ullus choragus proueniet. Sed mehercle ex sorte inquilinorum multos choragos parabit: uerum si quicque inde orituros ostenderit, ego me delirare non diffitebor. fingam igitur rem ita non esse, sed plures ex inquilinis futuros, quam quinque qui perpetuò liturgiæ sustineant, si lex ista recipiatur, ac neminem ex classe eorum qui



qui triremes instruunt, à liturgiâ uacationem habere. Videamus iam, quanti emolumentum erit istud Reipublicâ, si omnes isti liturgias tolerant: liquebit enim longè abesse, quàm ut dignum sit, quod tanto dedecore ematur. Rem ita dispicite. Sunt ex numero hospitem immunes (singam) decem: quanquam per Deos, ut modò dixi, non puto quinque esse: ex ciuibus quoque non nisi quinque, aut sex, connumeratis ex utroque genere omnibus, in uniuersum sedecim erunt: faciamus illos uiginti, aut si uultis triginta. Quot autem sunt in summa, qui annuatim sibi uicissim succedant in liturgiâ oneribus, tum choragi, tum gymnasiarche, tum conuiuatores: sexaginta fortasse, aut aliquanto pauciores. Ut igitur triginta homines, aut plures per omne tempus liturgias sustineant, omnibus nos suspectos perfidosque reddemus? Atqui illud comperitum est, quòd salua ciuitate, multi semper futuri sunt, qui liturgias sustineant, nec deerunt unquam. nemo autem erit, qui benemereri de uobis studebit, si eos qui antè benemeriti sunt, iniuria affectos uideat. Esto, ut uel maximè deficiant, qui scenicos apparatus suppeditare queant: utrum melius est, per louem, ad contributionem scenicæ impensæ confociari multos, ut in triremibus instruendis consueuit fieri, an benefactoribus sua præmia auelli? ego certè superius illud tolerabilius puto. Nunc enim quousque tempore liturgias sustinet, alijs uacationem præbet: qui postquam huius uices præterierint, nihilo minus sumptuum toleraturi sunt. Quòd si pro censu per exiguas partes contributio fieret à multis, ab istiusmodi impensis nemo quicquam graue pateretur, etiam si admodum tenui patrimonio esset. Usque adeò igitur mentis ac rationis inopes sunt, ut aduersus ista nihil disputent, nisi illud scilicet, acerbum esse, si publicè inopia sit, apud priuatos autem quosdam immunitate indutos opes habeantur: quorum neutrum iure obijci potest. Si enim quis locuples est sine uestra iniuria, huic inuideri non oportet: quòd si furto illa illi possedisse, aut alijs alioquin malis artibus parasse iactitent, extant leges, secundum quas puniri oportet. id cum ab illis non dicitur, par est, ut ab istiusmodi uerbis abstineant. iam quòd pecunias in publico esse negant, illud uos considerare oportet, nihilo ulla ex parte uos locupletiores futuros, si immunitatem abstuleritis. Nam hæc impensæ, quæ scenicis rebus deputantur, ad publicas opes & uectigalia non accedunt. Porro ommissis istis, cum duo sint ciuitati bona, opulentia & fides nusquam suspecta, maioris momenti est fides, quam incolumè possidetis. Si quis autem existimat, eo quòd pecunias non habemus, nec bonam existimationem habendam esse, non rectè sentit. Ego quidem superos precor, ut affatim pecuniarum possideatis: id si non datur, saltè uos fidos constantesque haberi. Age iam opulentias, quas exonerati aliorum successione paraturi sunt, ut isti dicunt, in medium prolatas, uobis ostendam. Id enim nostis, neminè nec ab instruendis triremibus, nec bellicis sumptibus liberum esse: quamobrem qui plurima possidet, quicumque is fuerit, plurima quoque ad istas res conferat necesse est. Atqui opulentias maximas ad istas res superesse ciuitati oportere, nemo omnium, puto, inficias iuerit: nam choragij impensæ nonnullis, dum spectant, ad exiguam diei partem, gratiam suppeditant: contra facultibus illis quibus bellum instruitur, perpetuò Reipub. salus continetur: qua de causa quantum illic remittitis, tantum hic recipitis, munerisque loco conceditis. quæ etiam si non dederitis illis, qui classis triemicæ sunt, habere licet. Cæterum neminem esse immunem à triremibus instruendis, apud omnes puto certum indubitatumque haberi: legem tamen ipsam uobis recitari iubebo. Cape tu mihi legem de classibus instruendis, ac recita. **LEX. NEMO** immunis à classicis sumptibus, præter nouem magistratus. Videtis uiri Athenienses, quam clarè neminem immunem esse à triemicis impensis, lex ista suis uerbis exprimat, exceptis nouem magistratibus. Qui igitur minoris census sunt, quàm ut triremes instruant, in tributis ad bellicas impensas collationes faciunt. Qui autem eò opulentia euadunt, ut triemicæ classis sint, ad utrumque munus sese utiles exhibent, & in triremibus instruendis, & in tributis conferendis. Quam igitur subleuationem, Leptine, tua lex multitudinè faciet, si unum aut duabus tribubus choragum adiectura est, mox liberum futurum cum semel in unius uicem successerit: ego mehercle dispicere nequeo. Illud certè uideo, eam probro infamiaque fluxe fidei ciuitatè implere. Cum igitur maiora damna quàm comoda habeat, ea de causa ego eam

Ee abolendam

Gymnasiarcha oleum præbet ad palestram. Choragus, qui in bacchanaliis & panatheis choro cibum, cultum, ornamenta, coronas, aliaque ad festum necessaria suppeditat. Conuiuatores, siue conuiuatores, qui populo epulum præbent.

Nouem magistratus præerant sumendis supplicis, ut apud Romanos Triumui ri rei captali.



abolendam asseuero. Præterea iudices, quia scriptum est in hac lege expressis uerbis, Nullus nec ciuis, nec municeps, nec peregrinus immunis esto, exceptis Harmodij & Aristogitonis posteris. Neque ulla distinctio addita est, de qua immunitate intelligat, choragij ne, an alterius oneris, cum simpliciter in lege præceptum sit, ne quis immunis habeatur, exceptis Harmodij & Aristogitonis posteris. deinde quia sub hoc uerbo Nullus, omnes comprehendantur: atque itidem sub hoc uocabulo Peregrinus, non distinctum sit, utrum de ijs solum intelligendum sit, qui Athenis domiciliū habent, an qui alibi usquam agunt: sit, ut Leucon Bosphori princeps una cum liberis eo munere spoliatur, quod illi donastis. Est enim genere externus, adoptione uestra tantummodo ciuis. Neutra autem ex parte secundum hanc legem immunitatem habere potest. Atque aliorum beneficia unius ac definiti temporis sunt, istius merita perpetuum & continuū tempus habent, nec unquam desinit benefacere: idque maximè in ijs rebus, quarum ciuitas nostra egentissima est. Neque enim ignoratis, omnium hominum maximè nos in uectio frumento uti. Iam id solum quod ex Bosphoro aduenit, maius est, & numerosius, quam quod ex omnibus emporijs subuehitur: idque non adeo inde, quod ibi sit tam ingens copia, quam quod Leuco dominus eius loci omnibus inde Athenas petentibus immunitatem uectigaliū tribuat, eosque primos frumento onerari edicat: quam enim ille sibi & suis liberis a uobis immunitatem accepit, eam omnibus ciuibus Atheniensibus refundendam arbitratur. Id quanti sit, dispicite. Exigit ille ab euehentibus trigelimas: myriades autem frumenti, quæ inde ad nos apportantur, ferme in uniuersum quadraginta sunt, id quod in Commentarijs Annonarijs animaduertere licet. Iam igitur in triginta myriadibus decem milia modiorum nobis donat, in decem illis reliquis myriadibus tria milia nobis elargitur. Tantum abest a cogitatione huius defraudandi muneris, ut præterea Theudasiæ emporium instruxerit, quod nauæ aiunt nulla ex parte Bosphorano illo deterius esse, atque hic rursus uobis eandem immunitatem concessit. Et de alijs quidem tum eius, tum maiorum illius beneficijs taceo, quanquam multa mihi se copia ad dicendum offerat: illud tantum dico, quod anno superiore, in fame illa & caritate annonæ uniuersali, non solum id frumenti quod nobis sufficeret, sed tantam copiam summisit, ut id ad quindecim talenta exuberaret, quorum dispensationem & curam Callisthenes habuit. Quem igitur animum habitum existimatis hunc uestrum tantum, talemque benefactorem, cum hac lege audiuerit sibi immunitatem ereptam, neque si eius ademptionis uos poeniteat, ob legis interdictum, redonandi facultatem habere posse. Numquid iam intelligitis, eandem istam legem si approbata fuerit, & illi & nostris frumentatoribus, qui inde proficiscuntur, immunitatem ablaturam? Neque enim hoc quicquam suspicari debet, illud toleraturum sua præmia apud uos rescindi, uestra apud se integra manere. Præter alia igitur damna, quæ hac lex illatura uidetur, etiam quæ parta sunt e manibus aufert. Iam ne igitur uos dubij deliberatis an illa abolenda sit, ac non potius id certum constitutumque habetis? Lege mihi quæ super Leucon promulgata sunt.

DECRETA. Quam rectè iusteque adeptus sit immunitatem Leucon, ex plebiscitis audistis iudices, horum omnium columnas scripto inter se correspondentes constituistis, tum uos, tum Leucon: quarum alia in Bosphoro, alia in Piræo, alia in templo. Iam animaduertite quæso, ad quam immensam prauitatem uos ista lex protrudat, quæ id efficit, ut minus fidei sit in uniuerso populo, quam in uno uiro. Non enim existimare debetis, eas uobis columnas consistere, aut ulla monumenta pactioinum inuicem datarum firma manere, cum manifestum sit Leuconem conuerti stare, & ad benemerendum de uobis promptissimum esse: uos contra columnas istas fœderum testes stantes adhuc, & sedibus suis locatas, irritas facere: quod multo deterius est, quam si eas subuerteretis. Illæ enim cum ita superstites remanent, maledicis hominibus aduersus Rempub. nostram magnum fidei argumentum suppeditant. Age iam si Leucon per legatos percontetur, quo crimine aut culpa immunitatem abstuleritis, quid per Deos quæso respondebimus? aut quid tandem scribet ciuitatis nomine publicus tabellio? id scilicet, indignos aliquot esse immunitate, quam impetrauerunt. Qui si hic respondeat, fortasse quoque & Atheniensium aliqui mali sunt, non tamè ob id ego bonos defraudauero: sed cum populū ipsum probum censeam, omnes permitto sua dona promiscue retinere: an non longe

Atticam esse tenui solo, indicat lib. 1. Thucyd. eosque, qui in uectio frumento, testis est Theophrastus 1. libro Instituit.

Theudasiæ emporium nomen habet uel ab uxore, uel sorore Leuconis.

Templum illud ab Argonautis conditum est ad ostium Ponti, in cuius oppugnatione periit Sathyros.

adriæ, cum quis in Rempub. oneribus, alterius



longè iustiora uerba, quàm nos, allegauerit: mihi profectò hoc omnino uidetur. Apud omnes enim homines magis in consuetudine est, ob benemeritos, etiam improbos nonnullos beneficijs prosequi, quàm ex confesso bonis & gratia dignis, sua præmia eripere. Cæterùm ut non futurum sit, quin pro Leucone aliquis *αὐτὶδ' οὐκ* faciat, modò eam libidinè ceperit, non possum ullis cogitationibus rationari, cum pecuniæ illius apud nos habeantur: in quæ si quis ex hac lege inuaserit, aut pecunias suas perdet Leucon, aut liturgias subire compelletur. quod quidè illi acerbum non erit ratione sumptuum, sed quòd uobis autoribus præmia sibi erepta existimabit. Verùm non solū id prospiciendū, ne aduersus Leuconè iniuriosi sitis, qui honoris, nō utilitatis ratione uestrum donū amplectitur: sed ne quis iniuria afficiatur, qui olim florens polensq; beneficia in uos cōtulit: nunc autem eò fortunarū redactus est, ut immunitate, quam tum sibi emeruit, in præsentia indigeat. At quis ille quæso? nimirū Epicerdes \* Cyrenēsis, qui si quis alius suo præmio dignus est, nō quidè quòd magnifica & admiranda dederit, sed quòd eo tempore dederit, quo memorè accepti beneficij haud facile inuenires. Hic enim, ut decretū exponit, qd tum in illius gratiā factū est, ciuibus nostris in Sicilia captis, \* & illa calamitate oppressis, centū minas impartiuit, ac præcipuè omniū in causa fuit, ne fame extabescerēt. ob qd meritū cum honoratus esset immunitate, in bello aduersus triginta tyrānos, cum ciuitas inopia pecunię laboraret, talentū ultrò prōptissimo animo dedit. Iam quæso per louē ac reliquos Deos, uobiscū perpēdite, quo quis magis aut beneuolentiā suā declarare, aut se dignū iniuria ostendere posset, quàm si nec socius, nec particeps, in calamitosissimis Reipub. tēporibus, uictos, eorūq; gratiā, si modò ulla futura esset, quàm uictores in quorū societate erat, colere, demereriq; præoptet: ac rursus intellecta nostrę Reipub. inopia, ultrò denuò ad munificentiam se accingat: idq; nō eo studio ut sua in tuto collocaret, sed ut nostras fortunas, ne quid deesset, pro sua uirili instrueret. Hunc igit̄ reuera in maximis temporib. bona sua Reipub. cōmunia ostendentē, & titulo tenus, & ad honorem tātum immunitatē possidentē, nō fraudabitis immunitate: neq; enim unquā ea usus est, sed uestri fiducia. Quo quid turpius fingi potest? Decretū igitur, quod tum in huius uiri gratiā factū est, recitari curabimus. Ac dispicite quæso uiri Atheniēses, quot decreta irrita et exauctorata ab hac lege fiāt, quot homines iniuria afficiantur, & quales, quibusq; temporibus de Reipub. benemeriti: inuenietis enim, eos ab hac lege iniuriose tractari, quos minimè oportuit. **DECRETA. BENEFICIA.** Pro quib. immunitatē adeptus est Epicerdes, ex decretis iam audistis. Quo in loco nō illud spectate, quod centū minas dederit, ac deinde talentū unum (nam nec illos qui hanc pecuniā ab illo accepere, numerū nummorū admiratos fuisse arbitror) sed animi illius promptitudinē, & illud ultroneū in sponte pecunijs offerēdis, temporaq; illa. Digni enim sunt meriti uicissitudinē sentire, quicūq; primi benefacere instituerunt, maximè in rebus arctis, & afflictis, ex quorū numero haud dubiè Epicerdes est. An' ne igitur pudentū est, uiri Atheniēses, si huius liberos, nulla istorū habita memoria, nullo obiecto crimine, immunitate spoliauerimus: nō enim inde, quòd alij nūc sunt Atheniēses, qui immunitatē auferūt: alij, quib. ille benignitatē suā impēdit: dedecus huius improbitatis extinguitur. eo enim ipso grauissimū redditur. Si enim illi quib. beneficia indulta sunt, qui oculis & sensibus eam munificentiam experti sunt, dignā eam existimauerunt, cui uicissim honor & gratia haberet: nos qui tantūmodo id auditū habemus, autorib. eorū beneficiorū ut indignis repēsam gratiā auferemus, quomodo nō grauissimū facinus habendū fuerit? Eadē mihi ratio esse uidetur de eorū meritis, qui & quadringentos illos è magistratu deiecerūt, & exuli populo auxilio fuerūt. hos enim omnes acerbissima existimo pati, si nūc abroget, quod tunc illis à Reipub. in præmium constitutū fuit. Quòd si iam quispiā uestrūm in ea persuasione est, longissimè abesse, quàm ut Respub. nostra talia unquā officia requirat: hoc ut ita sit, eum quidē optare uelim, & in eadē ego quoq; mea uota adiungā. illud tamē secū reputet uelim, se de lege illa calculū laturū, qua perpetuò, nisi abrogata fuerit, necessum erit uti. Secundo id quoq; ei in mēte habere uelim, malas leges noxā semper adferre, etiā firmis & ualidis ciuitatibus: alio qui in diuersum fortunæ non mutaretur, nisi afflictas res

uices præstat, permutatis cum eo inuicem fortunis.

Detrectati enim munus publicū, alius se ei successore præbere potest, suisq; rebus illi cessis, bona eius & onera in se transferre.

Omnia exemplaria habent non *λεγομαι*, sed *λεγομαι*. ceterum quia scholia Demosthenis ca loquuntur de Cyrene, ciuitate Lacedæmon. colonis, ac Demosthenes ipse in sequentibus testatur Epicerdem Lacedæmoniorum socium esse, non sine ratione textum mutauimus.

\* De hac clade Thucyd. lib. 7.

Aleibiades diffusus populo, Rempublicam uoluit committi quadringentis hominibus. id si fecissent, auxilia & societatem regis Persarum pollicitus est: ceterum hi Reipub. adepti, tyrannidem exercuerūt.

Et a publicas,



publicas, & periculis laborantes, egregia facta, bonę leges, probi uiri, omniaq; cum summa cura & pensitatissimę administrata in melius eueherēt: ac rursus illis, qui sibi opulenti ac beati uidentur, ista omnia ipsorū incuria & negligentia effluerent. Pleriq; enim homines bonas fortunas bonis consilijs & industria pariunt, sed parta iisdē artibus tueri nolunt. Utinā hoc uitiū à nostris moribus abesset. Deinde ne eam legē recipiatis, quę in rebus nostris scelicibus infamia ciuitatem adimpleat: & in tristibus, si quid aduersi accidat, omniū beneuolentiā denudet, quę alioquin bene de ipsa mereri studuissent. Non solum autem cauendū est, uiri Athenienses, ne istos tantūmodo, qui priuatis opibus Rempub. adiuuerūt, idq; talib. temporibus, qualia paulo antē Phormio recensuit, & ego nunc dixi: sed ne & alios permultos lædamus, qui integras ciuitates, patriā quisq; suā nobis in societate belli aduersus Lacedæmonios adduxerunt, dictisq; & factis profuerūt, quorū nonnulli ob uestri studiū patria sua eieci sunt: ex istis primūm mihi in mentē ueniunt Corinthij exules. Necessum est autē ea mihi dicere, quę à senibus nostrę ciuitatis me audisse memini. Alia quidē Corinthiorū istorū officia prætermittā: id tantum dicā, quales se gesserint in pugna illa, quę aduersus Lacedæmonios Corinthi decertata est, cum ab oppidanis consultatū fuit, ne nostrū militem post id præliū intra mœnia reciperent: quippe qui ante oculos haberent cladē acceptam, urbisq; aditus in Lacedæmoniorū potestate redactos. Decernētibus igitur fœcilem pro pace mittere, minimē uisum est istis nostrū militē prodere, aut seorsum de salute sua cōsilia tractare: nam & portas aperuerūt, idq; inuita multitudine: malueruntq; nobiscum quicquid afferret fortuna belli, pati, quam sine nobis citra periculū incolumes esse. quamobrē et introduxerūt nostras copias, & nos nostrosq; socios seruauerunt. Postmodū cum pax insecuta esset sub Antalcide, ob ista facta à Lacedæmonijs in exiliū acti sunt: quos quia in ciuitatē recepistis, officijs proborū honestorumq; uirorū perfuncti estis. Decreuistis enim illis omnia necessaria ex publico dari. Iam scilicet cōsultandū, num ista rata oporteat esse: atqui uel fama de istiusmodi consultatione turpissima est, ubicunq; auditū fuerit, nos ista in deliberationē misisse: an sinendū sit benemeritos sua præmia retinere? olim enim ista & disputata & decreta oportuit. Recita mihi & illud decretū, quod de Corinthijs promulgatū fuit. **DECRETVM.** Hęc sunt quę statuistis de Corinthijs, qui uestra causa exiliū patiuntur. Iam perpēdite, si quis eorum temporū non ignarus, uel quia ipse uiderit, uel quia ex alicuius enarratione didicerit, audiat, per hanc legem eripi præmia, quę tum temporis constituta fuere: quā malē de nobis istiusmodi legū cōditoribus sentiret, qui in rebus arctis humanos, ac nihil nō facturos: ubi uotis potiti sumus, ijs adeptis quę confecta uolebamus, tam ingratos nos et malignos exhibeamus, ut legē sanciamus, qua caueatur, ut qui iam habēt, à præmijs exturbētur, & ut in posterū neminem præmia accipere liceat. præclare: quia scilicet aliqui indigni erant, ex eorū numero qui præmia occuparāt. id enim ab istis per uniuersam orationē iactabitur. Quid, an illud quoq; nos ignorare fatebimur, quod cum datur præmium, tum de cuiusq; dignitate examinationem esse faciendā, non ubi à datione longissima tempora intercesserint? Nam ut quædā principio non des, ex consilio proficisci: ubi dederis eripere, ex inuidia oriri uidetur: cuius rei uel suspicio lōgissimē à uobis abesse debet. Cæterum ne illud quidē de dignitate grauabor dicere: ego enim non eodē modo & privato homini, & Reipub. de cuiusq; dignitate pensitandū censeo. non enim utrisq; idem scopus est. In priuatis enim reb. circūspicimus quis dignus sit nostra affinitate, aut alijs non dissimilibus negocijs: qua in re leges & famā sequimur. Publicē contrā populus et ciuitas id tantūmodo respicit, à quo subsidium, uel salutē accipiat: talemq; aliquem, aut non talē esse, ex factis ipsius, non ex fama, aut natalibus diiudicat. Quid, cum beneficium accipiendū est, quemuis sinemus nobis benefacere? cū acceptū est, tum autoris dignitatē pensiculabimur: nō mehercle, si id facimus, rectis consilijs utemur. Verūm num isti soli hanc iniuriā patientur, & de illis tantūmodo in præsentia laboro? minimē gētium: plures enim sunt, quā ut uel tentem eorum numerū referre, qui pro benefactis suis accepta præmia perdituri sunt, nisi ista lex ē medio sublata fuerit, uno tantūmodo aut altero decreto recitato, auertam me ab istarum rerum mentione. Quo modo

Meminit Xenophon in libris de reb. Græcorum.



modo sine iniuria Thasijs cum Ecphantō immunitatem adimetis, qui tradita uobis Thaso, eiectione per arma Lacedæmoniorū præsidio, recepto Thrasibulo, patriæque sua uobis in amicitia conciliata, autores fuere, ut finitima Thraciæ loca uestram societatem amplecterentur: Quid illud Archibij & Heraclidis, qui tradito in manus Thrasibuli Byzantio, dominos uos Hellepontis effecerunt, ita ut decime inde publicanis oblocarentur, ac proinde locupletes facti Lacedæmonios cogeretis ad eam pacem, quæ uobis collibuerat: postmodum istis est patria sua depulsis, omnia est publico danda statuitis, quæ benemeritis uestra causa extorrib. statuenda erant, hospitium, egregia donaria, immunitatem rerum omnium. Iam ne ipsi qui propter uos extorrem uitam agunt, quibusque gratitudinis titulo non nihil repensum est, id ipsum quod datum extorqueri sinemus, præsertim cum ipsi nihil uel culpæ specie obijci queat: turpe id haud dubie, & flagitiosum. Cæterum quam illud fœdum sit, ad istam rationem facillime didiceretis, si illud cogitetis, quo affectu futuri essetis, si quis uel Pydnam, uel Potidam tradat, aut aliam quamcumque munitionem, nunc ditione Philippi occupatas, ac cum eo fœdere coniunctas: nobiscum autem hostiliter agentes, ac infestos eodem modo quo tum Byzantij & Thasij fuere, qui id temporis adducti Lacedæmonijs cum Repub. nostra bellum gerebant: idque ea spe faciat, ut eadem acciperet munera, quæ tum Thasio Ecphantō, ac Archebio Byzantio concessa fuere: ac tum essent qui contra disputarent, indignum scilicet facinus esse, si is solus omnium aduenarum liber relinqueretur ab impensis choragij: quo quæso affectu aduersus illos animati essetis: certe ut ego arbitror, ne hiscere quidem illos permetteretis. An non igitur fœda res est, si in expectatione futurorum beneficiorum sycophantam arbitramur, qui contradixerit: eundem, si tollenda præmia suaserit, quæ istiusmodi beneficiorum repensata fuerint, diligenter auscultabimus: Age, iam & illud discutiamus. Proditores Pydnæ, aliorumque locorum, quæ Philippus in sua potestate habet, quibus rebus prouocati sunt, ad istas iniurias uobis infligendas: nonne expectatione & spe Philippi munerum, ut omnibus manifestissimum est: Quid igitur, an non rectius erat, Leptine, persuadere nostris hostibus, ne gratia prosequantur suos amicos & benemeritos, eosdemque, nostrosque inimicos, unde hæc damna accepimus: an legem condere, quæ nostris amicis, & quorum beneficia sensimus, præmia eripiat: ego certe istud alterum rectius putarim. Sed ne longius à præsentis negotio diuager, sume in manibus decreta, quæ super Thasijs & Byzantijs sancita sunt. **LEGE. DECRETA.** Audistis iudices, qualia decreta super istis hominibus constituta fuerunt. horum fortasse aliqui iam non supersunt: res tamen illorum postquam semel gestæ sunt, superstites manent: ac proinde par est, columnas eorum factis & præmijs inscriptas, firmas ratasque permanere, ut uiuis sua dona ab iniurijs tueantur, ac ubi omnes mortui fuerint, pro monumentis extant Atticæ probitatis: & exemplum ostendant nostri studiosis, quam synceriter ciuitas nostra beneficia rependat. Imò ne illud quidem ignoratum uelim, turpissimum esse, omnes mortales oculis suis intueri, ipso audiendi sensu cognoscere calamitates nostra causa acceptas, firmas, inexcussasque remanere per omne æuū in ipsi hominibus, qui nostris rebus studuerunt: donaria contra in gratitudinem reddita, ablata etiam nunc & rescissa conspici. longè enim illud satius esset, incöcussis præmijs calamitates eorum discutere, quam firmis calamitatibus donaria amoliri. Nam per louem quem credas nostris partibus studere uelle, si illi in oculis sit, si malè cadant incepta, statim ipsum ad supplicium raptum iri: si foelici ter succedat, gratias nostras caducas infidasque fore: Magnò certe id mihi dolori esset, iudices, si ea ex parte solū merito uiderer hæc legem reprehendere, quòd plurimos externos de Repub. optimè meritos suis donis spoliaret, nisi quoque ciues complures ostendere possem oppidò quam dignos, qui præmia que egregijs meritis impetrarunt, incolumia retineant. Ego enim nostræ Reipub. omnium bonorum ubertatem, sed in primis insignium ciuium multitudinem & copiam opto, qui Atheniensium ditionem suis factis adiuuent. Primum igitur de Conone consideremus, num aliquid in ipso, uel rebus ab ipso gestis, culpa dignum, ut præmia illius diminuenda censeatis. Iste enim, ut ex coequalibus licet cognoscere, post reditum populi ex Piræo, Repub. adhuc infirma, ut cui ne una quidem nauis supererat, regi stipendia faciens, sine ullo nostro auxilio Lacedæmonios nauali prælio debellauit, eosque antea in alios imperiosos

Ec 3 uestro

Pydna ciuitas  
Macedonia.  
Potidea Thraciæ  
ciuitas, alio  
nomine Casana  
dria dicta.



*Harmostis ciuitatum et prouinciarum praesides sunt, à Lacedaemonijs constituti, quales in regno Persarum satrapae.*

uestro imperio assuefecit, eorumque Harmostas ex insulis deturbauit, ac postmodum huc reuersus muros restituit, autorque fuit ut iterum ciuitas nostra auderet cum Lacedaemonijs de principatu contendere. Id enim eximie praeter ceteros inscriptio illius statue indicat, eius uidelicet auspicijs Atheniensium socios in libertate uindicatos esse. Qui titulus gloriosum illum inter uos, uos inter omnes Graecos facit, quae enim in quibusque ciuium egregie ad aliorum utilitatem facit, earum rerum laudes ad patriam eius pertinent. Quocirca non solum Cononi eius temporis homines immunitatem indulserunt, sed ut Harmodio & Aristogitoni, aream statuam erexerunt. Arbitrati enim sunt, illum non paruam tyrannidem in expugnata Lacedaemoniorum potentia sustulisse. Ut igitur attentiores sitis, ea quae tum Cononi decreta fuere, recitari curabimus. **DECRETA.** Atque ob ea tam praecleara facta, non solum à uobis, sed à multis itidem alijs gentibus, honoribus accumulatus est, qui gratiam de acceptis beneficijs refundendam iure arbitrati sunt. Quam foedum igitur, uiri Athenienses, illius honores alibi firmos ratosque haberi, Athenis autem infringi, reuellique. Quinimò ne illud quidem pulchrum uideri potest, uiuum eum in tantis honoribus à nobis habitum, totque amplissimis publici decreti laudibus condecoratum, ut iam audiistis: mortui uero à deo nullam memoriam & respectum haberi, ut quae uiuo donata sint, defuncto adimamus. Multa sunt illius egregia facta, quorum reuerentia obstat, ne quid ex illius honoribus diminuatur: maximum tamen, quod nudatae ciuitati muros restituit, cuius rei magnitudinem rectius intelliges, si illum cum Themistocle, uiro sui temporis claris. & de eodem opere celeberrimo, in comparatione miseris. Fama est, illum iussisse ciuibus, ut moenia conderent, interim dum ipse pro legato Lacedaemone moratur: inde si ad ipsos aliquis missus fuisset, eum curarent retineri. Deinde cum super ea re Lacedaemone uerba fierent, ac nonnulli renunciarent Athenis moenia exaedificari, primum id Themistoclem inficiatum esse: deinde sualisse, ut in rem praesentem legatos mitterent, qui cum eo profecti, non redissent, alios denuò iussit allegari. Sed quid uerbis opus: omnes nostris quo pacto Lacedaemonios calliditate sua frustratus sit. Aseuero igitur, uiri Athenienses (sed per Iouem, ne quis id quod dicturus sum, inuidiose, sed an uera dicam, attentè auscultet) aseuero inquam, quanto praeclearius est, palam quid fieri, quam fraude & dolo parere, tanto pulchrius moenia Atheniensium à Conone, quam à Themistocle instaurata esse. Hic enim obturbatores fallendo, iste subigendo idem opus effecit. Nò igitur par est, uiri Athenienses, istiusmodi uirum indignè tractari, aut minus ualere eius autoritatè, tot meritis innixà, ad cõseruatione premiorum suorum, quam rhetorum istorum uerba ad defraudatione. Sed esto, ualeant. An queso per Iouem negligendum arbitrabimur, si puer Chabrie hereditaria immunitate, magnis & ingentibus patris meritis cõparata, exuatur? Atqui neminè sane mentis illud approbaturum existimo. Fortasse nò latet etià, me tacito, quam strenuus fuerit Chabrias: nihil tamen nocet, si paucis recenseam praeclearissimi uiri facinora. Ceterum quomodo ad Thebas cum uniuersis Peloponnesiis copijs cõfluxerit, & quomodo Gorgopam apud Aeginam occiderit: quot trophaea in Cypro, quot in Aegypto erexerit, quomodo dum orbem terrarum, ut sic dicam, peruagatur, nusquam se infra suum nomene, aut patriae dignitatè gesserit: ingentè ad ritè exprimendum difficultatè habet. Pudet autè me ea dicendo minor facere, ac non cum ea magnitudine efferre, qua singula eius facta in hominum memorijs celebrantur. Quamobrem ea tantummodo, quae ex uerbis meis nullum suae magnitudinis damnè accipere possunt, conabimur recensere. Vicit Lacedaemonios nauali pugna, cepit triremes undequinquaginta. plerasque insulas debellauit, ac in nostram potestatem redegit: aliasque quae odijs nobiscum dissidebant, reconciliauit, captiua corpora ad tria millia adduxit, plusquam centum talenta ex manubijs in aeraui tulit. testes sunt uestri senes, qui ista uiderunt. Rursum alias triremes cepit plusquam uiginti, nunc singulas, nunc binas expugnans, quas omnes in uestros portus deduxit. In summa, solus omnium imperatorum nullum neque militem, neque nauem amisit: neque quisquam hostium ullum de uobis, dum ille rerum potitur, trophaeum excitauit: uobis contra de multis multa trophaea illius auspicio erecta sunt. Sed ne inter dicendum aliqua omittam, ex publicis actis iubebimus recitari, quot naues, et ubi locorum quamque cepit: quotque item ciuitates,



ciuitates, & quantam uim pecuniæ retulerit: quotq; trophæa, & quibus in locis constituerit. Recita. RES GESTAE A CHABRIA. Tot igitur urbium expugnatorem, tot classium uictorem, tot decorum huic Reipub. cum nullo unquam probro autorem, immunitate, quam sibi tot meritis peperit, ac filio hæreditariâ reliquit, multandum censebimus: mihi certè id faciendum non uidetur. Quæ enim ratio est, ut hic si unam ciuitatem, imò uel decem naues perdidisset, horum calumnijs oppressus, eternam damnationem perpessus fuisset, tanquam proditoris reus: nunc cum septem decem ciuitates ceperit, septuaginta naues expugnarit, tria millia captiuorum corporum abduxerit, centum & decem talenta ærario intulerit, tot trophæa constituerit, præmia istarum uirtutum rata firmaq; habere nequeat? Quid, quod dum uixit, nihil non in uestram gratiam fecit, imò ne mori quidem studio uestri recusauit. Aequum est igitur, ut uestra beneuolentia non solum ob uitam illius in uobis demerendis peractam, sed & ob mortem quoq; uestris comodis impensam, erga ipsius filium appareat. Quocirca & id quoq; uidentum est, ne nos Chijis deteriores erga benemeritos exhibeamus. Si enim illi, aduersus quos ut hostis cum armis uenit, nihil tamē ea de causa ex prioribus illius donarijs detraxerunt, sed ueterem gratiam maioris putauerunt, quæ publicas offensas: nos, quorum causa illuc profectus in acie cecidit, pro honoribus cumulandis, præmia antea concessa diminuamus, quomodo quæso elabi poterimus, ne in probro hæreamus? Iam & hac quoque ratione indigna tulerit puer, si patris Chabriæ bellis nullus unquam puer orbis factus est, ipse ob patris erga Rempublicam studium, orbitatem experietur, simul et præmiorum ereptionem. Adeo autem ex solido Reipublicæ & ciuium studiosus fuit, ut cum omnium opinione haberetur cautissimus dux, ac reuera esset, in uestris periculis se cautum, in suis se admodum securum præbebat, adeo ut maluerit uitam abijcere quam præmia uestra infamia contaminare. Iam quorum gratia uel uincendum uel moriendum existimauit, ea ipsius filio conabimur eripere? Quid obsecro dicemus, uiri Athenienses, cum trophæis illius adhuc stantibus, ac clarè uiri merita de prædicantibus, auditum fuerit, aliquid de ipsius præmijs derogatum esse? Quid? an nondum uidetis, ac sentitis, non iam iudicium peragi de hac lege, an bona & utilis sit: sed de uestris moribus, an digni sitis, quibus aliquis in posterum beneficia ulla impensa uelit? Sume in manus id quod Chabriæ ex publica sententia decretum fuit. Vide quæso, ac circumspecte: nam isthic alicubi esse oportet. Iam & illud quoque de Chabria dicam: uos in honorando Iphicrate, non illum solum, sed & illius quoque causa Strabacem & Polystratum honorarijs præmijs profectos fuisse: ac rursus in remunerando Timotheo, in illius gratiam Clearcho, ac nonnullis alijs ius ciuitatis detulisse. Chabriam contra in nullius, nisi in suis ipsius persona uestram munificentiam expertum esse. Quod si tum temporis, cum præmijs donatus fuit, rogasset uti suo nomine, quemadmodum ob Iphicratem & Timotheum nonnullis alijs gratificati essetis, ita quo gratificaremini istis, quibus immunitas choragij data est, quos aduersarij per criminationes suis donatiuis nudatos uolunt: an precibus illius contumaces fuissetis? mihi certè id persuaderi non potest. Iam ne quibus in illius honorem munera dedissetis, ob eisdem illum ipsum sua immunitate exuetis? Absurdum id profectò, & minimè uestris ingenijs decorum, in accipiendis beneficijs tam promptæ gratitudinis esse, ut non solum autores beneficiorum, sed eorum quoque amicos munificentia prosequamini: rursus ubi paucillum temporis intersit, omnia donata irrita faciatis. DECRETA DE CHABRIÆ HONORIBVS. Tales sunt isti præter alios complures, quos iniuria afficietis, uiri Athenienses, nisi in abrogationem legis consensum fuerit. Perpendite quæso, & cum animis uestris recogitate, si aliquis istorum qui fati concessere, sensum huius rei intellectumq; percipiat, quam iniquo animo & ægro stomachetur: idq; optimo iure. Si enim eorum beneficia, quæ rebus constant, ex uerbis aliorum dijudicabuntur, & quæ pulcherrimè facta sunt, nisi pulchre narrentur, omnem dignitatem & gratiam autoribus perdent, ac pro nihilo erunt: qui quæso fieri potest, ut id non fiat cum acerbissima illorum iniuria? Ut autem innotescat quâtopere iuri & æquitati innotamur, quamq; nullo modo fraudi & imposturæ locum paremus, recitabimus legem à nobis scriptam, quam pro hac inepta Leptinæ lege subintroducendam existimamus: nam inde cognoscetis, à nobis curam esse adhibitam, tum ne quid turpe faciatis,

tum



tum ne quis turpis & indignus immunitatem retineat, modò talis uestra sententiã iudicatus fuerit: licebit enim cuiq; , quem indignum putabit, iudicio uestro subicere: contrã ut in tuto maneãt eorum præmia, quorũ cõtestata et in cõfesso atq; extra controuersiam sunt merita. neq; in hoc negocio nostra aut noua inuenta, sed ueterẽ omnino legẽ ab isto uiolatã in medium producimus, quæ ad istum modũ iura condenda constituit: ut quam quis legem improbã iudicat, corã populo accuset: suamq; , quam meliorem arbitratur, in mediũ proferat, priore illa abrogata, quo populo eligendi potestas fiat. Nõ enim eius animi mentisq; fuit Solon, ut cum cauisset, ne quis Thesmothetes, cui corrigendarũ legum cura datur, hoc magistratu uteretur, nisi cuius uirtus, & in curia senatorũ, & in comitio populi iudicijs explorata probataq; esset, leges uoluerit (secundũ quas & his magistratũ administrare, & reliquis ciuibus uere oportet) ex tẽpore & temerẽ prolatas, sine examinatione statim ualere, et robore & autoritate sanctas esse. Olim certẽ ad eum modum leges ferebantur: leges semel receptas cõseruabant, nouas nequaquam admittebãt. Caterũ postquã potentiores quidã in Repub. (ut ego audio) ita iura cõformarant, ut liceret cuiq; pro libidine leges condere, tot pugnantes inter se iuris sanctiones exortæ sunt, ut iam per multos annos necessariũ habueritis, creare magistratus, qui leges controuersas, ac inter se pugnantes exciperẽt: sed tanta eius uis mali est, ut nihil proficiamus. Nihil autẽ leges à decretis differũt: imò recentiores leges, quæ modũ rationemq; faciendis decretis præscribũt, & ipsæ quoq; sunt ex numero decretorũ. Sed ne uerbis tantummodo uidear agere, exhibebo eam legem, de qua loquor. Sume mihi in manus eam legẽ, ex cuius præscriptis legislatores quondam agere ac moderari iura solebant. **LEX.** Iam ne intelligitis, quanta cautione Solon iubeat leges constitui? Primũ enim uult, ut à uobis iuratis iudicibus sanciantur, unde cætera quoque omnia firmitudinem auctoritatemq; accipiunt: deinde ut abrogentur contrariæ leges, ne de singulis rebus diuersæ leges existerent. quo subueniret imperitorum hesitationi, ne illi deteriori loco essent quã iuris prudentes, sed ut simplicitas & claritas iuris ab omnibus æquẽ & legi & intelligi posset. Et ante hæc omnia iubet, leges promulgandas ad statuas Cognomines adscribi, ac scribæ dari, ut ab eo recitentur in comitijs: quo unusquisq; uestrũ sapius illis auditis, & per ocium consideratis, quæ iusta utiliaq; cognouerit, suo suffragio comprobet. Tot formæ igitur cum condendi iuris essent, nihil omnium à Leptine seruatum est: alioquin ista lex, ut ego arbitror, nunquam à uobis recepta fuisset. Nostram autem legem, uiri Athenienses, quam nunc adducimus, multo meliorem, iustioremq; , ubi audieritis, iudicabitis. Sume in manus, ac recita primũ ea quæ in Leptinæ sanctione improbamus: deinde ea quæ illorum loco substituimus. Recita. **LEX.** Hactenus recitata sunt quæ in hac lege, ut minimẽ idonea insectamur: nunc ea recita, quæ à nobis ut meliora surrogãtur. quæso ad hanc recitationem animos intentos habete. **LEX.** En æquitatem claritatemq; aliarũ legum, quas ratas confirmatasq; habemus, uiri Athenienses: quibus populi donationibus æterna auctoritas præstatur. æquitatem inquam (õ cælum & terra) æquissimam. Oportebat igitur Leptinem, non antẽ suam proferre, quã priorem legem accusatam abrogasset. Nunc aduersum se suæ præuaricationis testimonia relinquẽs, nihilominus hanc legem sancit: securus eius legis quæ diuersum præcipit, & quæ ipsum reum publico iudicio facit, eo quòd ius contrarium & pugnax in suis rogationibus conscripsit. Recita mihi legem. **LEX.** Iam uel isto pacto manifestarium est, inter se esse contraria, rata esse populũ munera, & neminem esse immunem, quibus id ex populi dono concessum est. Atqui non idem uitium in hac lege, quam noster substituit, inuenietur. nam & hic rata sunt quæ donastis, & iusta actio permittitur aduersus eos qui ad hæc munera per fraudem irreperunt, aut in posterum irrumpent: aut qui deniq; quouis modo indigni æstimandi sunt, præstabit illud istiusmodi actio, ut quoscunq; uolueritis, à publicis præmijs summoueat. **LEX.** Audistis igitur, uiri Athenienses, ac clarẽ intelligitis, quòd nostra hac lege id agitur, ut digni maneant in possessione suorum præmiorum: indigni, quos uestrum iudicium perculerit, quicquid iniuriã inuaserint, iure amittant, uosq; donandi negandiq; facultatem plena potestate retineatis. Istam autem

Statuæ cognomines, græcè *ἰσθμίου*, heronũ statuæ sunt, in cõpitijs locatæ, decem numero, à quibus singulæ trib. sua uocabula habent.



tem legem improbā et iniquam esse, ne ipsum quidem Leptinem dicturum arbitror: nec si dixerit, uerba sua probare posse. Sed quæ Thesmothetis dixit, eadem si fortasse nunc rursus dicat, non alia id mente faciet, quā ut uos seducat. dixit enim ad illos, nos frustrandi animo hanc legem substituisse, futurūq; ut si sua excludatur, nunquam nostra perferatur. Ego autem uestris calculis abrogata istius lege, substitutam, & contra illatam legem, statim firmam ratamq; iuberi esse, eo ipso iure, secundū quam Thesmothetæ hanc nostram adscripserunt, in presentia omittam dicere, ne in contrarium alicuius cauillationes patiar. Verūm illuc eo, quod cum istiusmodi uerba faciet, planē uidebitur agnoscere, quasi ex confesso hanc nostram legem, sua, quam cōdidit, iustiores meliorēq; esse: cum nihil causificetur, nisi de modo fideq; perferēdi. Primum igitur multæ supersunt rationes, quibus cogat Aphepsionē, etiam si nolit, legem perferre. Deinde ego & Phormio nos fideiussores offerimus, quemcūq; nostrū uelit, eum hanc legem perlaturū. Iam cautum est iure, ut qui in promissis, aut populum, aut senatum, aut iudices frustratus fuerit, extrema patiat. Nos igitur fideiubemus, promittimus, hoc quoq; ascribant Thesmothetæ, uel his conditionibus hoc negotium conficiatur. Ita enim futurū, ut ne quid turpe à uobis fiat, ne uel mali homines aliquid quo digni non sunt, retineant, sed singuli seorsum suo nomine iudiciū subeāt. Quod si ista uerba tantūmodo & nugas dicat, iam quæ uerba & nugæ esse non possunt: ipse hanc legē perferat, nec causificetur nos in hoc negotio cessaturos: honestius illi profectō est legē uestro iudicio approbatā, quā que sibi uni duntaxat probata fuerit, in Rempub. inferre. Mihi quidem uideris Leptine (sed per deum ne mihi succenseas, nihil enim mali de te dicturus sum) aut nō legisse, aut nō intellexisse iura à Solone condita. Si enim à Solone statutum est, ut orbo liceat sua cui uelit, relinquere, non ideo quod proximos cognatos iure successionis spoliatos uellet legislator, sed ut spe comodi in mediū proposita, ambitū quendā, & emulationē bene merēdi inter ciues introduceret: tu contra statuis, ne quicquam cuiquā à populo donari liceat, quomodo credibile est, te Solonis iura aut perlegisse, aut intellexisse, ut qui populū spoliis ambitu amicorū, & studijs benemerēdi, cū denūcias, & ostendis nihil comodi peruenturū ad eos qui Reipub. benefecerint? Pulcherrimē quoq; & illud à Solone cautū est, nefas esse defuncto maledicere, neq; etiam si uel à liberis ipsius crimina illa cognita haberes. Tu autem manes eorum qui de Repub. benemeriti sunt, nō maledicis, sed malefactis uulneras, cum istum culpes, illum indignū censeas, quorū neutrū in illos licet: non ne lōgissimē latissimeq; à Solonis cōstitutionibus disides? Iam mihi admodum seriō renunciatū est, istiusmodi illos uerba cudisse, ut persuadeāt nihil cuiquā in summis etiam meritis redonandū esse: quod Lacedæmonij scilicet & Thebanī, quorum probam Rempubicam dicunt, nullos cuiquam istiusmodi honores indulgent, esse tamen nihilominus apud eos fortasse nonnullos bonos uiros. Incitant quidem hac uerba ad eripiendam immunitatem, æquitate tamē & iure subnixæ nequaquam uidentur. Nō enim ignotum est, apud Lacedæmoios, & Thebanos, ac nostros ciues diuersas esse leges, mores, instituta, aliamq; speciem Reipublicæ. Non enim illic licitum est istiusmodi uerba facere, qualia ego hīc eos facturos suspicor, ut illic uel Atheniensium, uel aliorum instituta laudibus prædicent. immensum abest, quā ut hoc liceat. Sed quæ illorum Reipublicæ conducunt, ea ibi & prædicare & facere necessum est: discrepant quidem Lacedæmonij ab hac nostra remunerandī consuetudine: non tamen apud illos desunt præmia rectē factis, sed talia quæ nostris ciuibus dira abominabiliaq; censeantur. Quæ nam igitur illa sunt? Singula non excutiam: unum tantummodo, quod cetera cōtineat, recēsebo. Vbi quis probatus spectatusq;, et iam admissus in senatum fuerit, dominus statim plebis efficitur: ibi enim uirtutis præmium est, dominatum Reipub. cum socijs eiusdem ordinis accipere. Apud nos populus rerum potitur, leges ac magistratus instituuntur, præsidia habentur, ne quis dominus Reipublicæ euadat. Coronæ autē & immunitates, nec nō uictus, in Prytaneio præmia sunt, quæ uirtutibus retribuuntur. Probabilis utriusq; gentis consuetudo, tum nostra, tum illorum. Quid ita? quia in paucorum principatu dominos Reipublicæ concordēs facit, si parī potestate omnes fruuntur. Publica uerò libertas conseruatur bonorū

Ff uirorum



uirorum æmulatione, qua certatim incumbūt, ad præmia populi emerēda. Iam quod Thebani nullum honorem meritis indulgent, hoc saltem quod uerissimum est dixerō: impensius sibi Thebanos de crudelitate & prauitate, quàm populū Atheniensem sibi de iustitia & humanitate placere. Nunquam igitur illi desinant (si modò tales preces concipiendæ sunt) & benemeritos negligere, & cognatos tractare, quemadmodum eos scitis Orchomenios tractauisse. Nunquam item uos desinatis in cōtrarium & benemeritos honorib. prosequi, & ciuibus bonū ius & æquū impartiri. Quid multis? tum ego credo aliorū mores & instituta laudari, nostra uituperari oportere, cum ostendi poterit, illorū res feliciori statu quàm nostras esse positas: nunc cum uos & in publicis rebus, & in cōcordia tuēda, alijsq; negocijs rectius agitis, quæ (malū) causa suadere potest, ut nostros mores reiiciēdos, illorū requirēdos existimemus? Quod si aliqua ratiōe illorū instituta potiora uiderētur, uel fortunę gratia, quæ nobis multo quàm illis secūdiore est, à nostris morib. abscedendū nō esset. Quod si præter hæc omnia dicendū est, quod iustū existimo, illud ego fortasse nō refugerim dicere: iustū non esse allegari uel Lacedæmoniorū iura, uel Thebanorū leges, ad perniciē nostrorum institutorum: aut id prædicari, unde illi sibi, uel in oligarchia, uel in dominatu potentiam comparāt. At cum uel trucidare cuperetis, quicunq; talia moliretur: mirum est, uos non auersari eius uerba, qui de tollendis illis rebus disputat, per quas popularis status maximē floret. Iam & illud quoq; quod obuium, & ad manum positū est, allegabunt, fuisse scilicet præcis temporibus egregios uiros, & magni in Rempub. meriti, quorum neminem memoria sit istiusmodi muneribus honoratum fuisse. illis enim uel pro maximo habitum est, si titulum aliquem in statuis possiderēt: & fortasse illos ipsos titulos recitabunt. Ego autem istiusmodi uerba multis modis inutilia existimo: ut interim taceam, ea nihil æquitatis habere. Nam si & illos munificentia indignos iudicet, dicat mihi quæso, quem dignū arbitretur, si nemo nec superioris ætatis, nec sequentis æui dignus censetur? Quod si neminem omnium affirmet dignum esse, certē non possum non acriter dolere ciuitatis uicem, si nemo in ullis seculis dignus extitit, cui præmia deberentur. Quod si illos quidem dignos confitebitur, nulla tamen præmia adeptos ostendet, ciuitatem in gratitudinis haud dubiē accusabit. Cæterum non ita se res habet, & procul à uero quod dicit. Nimirū quando quis uerba aliena ad res ad quas minimē pertinent, malitiose detorserit, indignæ illæ statim & miseræ uidentur. Cæterum quod uerum est, & ex fide, id ego recensebo. Erant maiorū nostrorum temporib. cōplures egregij uiri, ac tum quoq; Resp. nostra strenuos quoq; honorib. & muneribus prosequerentur. Sed præmia illa morib. sui temporis, & hæc nostra nostris seculis congruebāt. Quorsum istud? nimirum ut probem, illos quidlibet à Rep. obtinuisse. Quibus signis id colligo? Quod uideā Lysimacho, uiro per id temporis de Repub. benemerito, pro dono centum iugera agrī consiti, centum item satralis contributa fuisse, nec non argenti centum minas, & in singulos dies drachmas quatuor. Eiusq; decreti in quo hæc omnia scripta sunt, Alcibiades autor fuit. Tunc enim ciuitas nostra & pecunijs & agris abundabat: nunc autem in posterū abundatura est: ita enim potius libet dicere, quàm malē ominari. Ecquis iam non tertiam partem eius doni quàm immunitatem uelit? Vt constet igitur fides nostræ orationis, lege mihi illud decretum, de quo iam loquutus sum. **DECRETVM.** In more igitur maioribus nostris fuisse, repensare merita, satis ostenditur ex hoc decreto: quod si nō eadem præmia reposuerint, nihil illud ad præsentē disputationem pertinet. Quod si demus nec Lysimachum, nec alium quemuis quicquam à Repub. obtinuisse, quid inde nobis iuris sit, ut donata à nobis nos ipsi auferamus? Non enim qui nihil dant, cum id non placeat, sed qui dant, deinde per calumnias quod datum est auellunt, grauiā faciunt. Nam si quis probare potest, maiores uestros sua dona ad se retraxisse, patiar idē quoq; à uobis fieri: quanquam etiam cum maiorum exemplo id æquē pudendum esset. Quod si nullus ullo in tempore id factum ostendere potest, cur non istius probri primi autores esse uelimus? Illud quoq; in animo & oculis esse debet, quod huc uenistis eo iuramento adstricti: primū ut secundum leges iudicaretis, non Lacedæmoniorum, aut Thebanorum, aut præcorum nostrorū progenitorū, sed secundum nostri temporis



temporis iura, ex quorum edictis hæc immunitates datæ, quas iste sua rogatione tollit: deinde ut ubi leges nihil exprimunt, ibi iudicaretis, ex sincera æquitate animi, quæ singulis quibusq; legibus à uobis adhibenda est. Non ne igitur æquū, uiri Athenienses, benemeritos præmijs affici: æquum profectò. Porrò quæ quis dederit, non ne æquum est earum rerū possessionem immotam sinere: æquum haud dubiè. Hæc igitur facite, ne periuri sitis: & succensete illis, qui negant talia à maiorib. uestris facta: eosq; qui talia exempla iactitant, quasi maiores uestri immēsis acceptis beneficijs, nihil unquam ulli præmiij retulerint, improbos incitosq; arbitremini. Improbos, quòd per mendacia maioribus uestris ingratitude affingūt: incitos, quòd ignari sunt etiam si ea uerissima essent, silentio potius tegenda, quam uerbis uulgāda esse. Iam & istud quoq; suspicor à Leptine iactatum iri in sua lege, nec statuas adimi, nec uictum in Prytaneio, nec se ob stare quo minus ciuitas dignos honore prosequatur: uerū liberum id permittere, ut & æræ statuæ excitentur, & uictus in Prytaneio pro munere doneatur, ac quiduis deniq; indulgeat, hoc uno excepto. Ego uerò de eo quòd se liberum ait relinquere ciuitati, hoc duntaxat mihi dicendum puto: eo ipso quòd quædā donaria reuocatur, reliqua omnia uestra munera infida suspectaq; fore. Quid enim rectius sperandum est de statujs, aut uictu Prytanei, quam de immunitate: cum manifesto constabit, immunitatem eodem iure donatam, quo reliqua præmia, ad nihilum recidisse. In qua re etiam si nihil mali sit, neutiquam tamen honestum arbitror in eam necessitatem ciuitatem protrudere, ut uel omnes cogatur in pari honore habere, quo præstantissimos uiros habet, et summi in Remp. meriti: aut nisi id faciat, uicem meritis rependere nequeat. Magnorū quidem beneficiorū tempora, nec utile est Reipub. sepe obuenire, & difficillimè præstantur: mediocriū uerò, quæ in pace & toga effici possunt, qualia sunt beneuolentiæ, iusticiæ, sedulitatis officia, nimis quam utile sepe obtingere & æquum arbitror, ut suis præmijs cohonestentur. Distinguenda igitur partiendaq; sunt munera, ut quisq; pro dignitate à populo tractetur. Iam quòd dicit se quosdā honores indimutos possessoribus relinquere: aliqui eorum simpliciter, nec iniuste respondent, se cupere omnia beneficiorum suorū præmia integra seruare: aliqui dicunt Leptinem fucum facere, dum promittit, illis se aliquid reliqui facere. cuius enim beneficia solummodo immunitate digna esse dijudicata sunt, eamq; solam acceperūt, siue illi externi, siue ciues sunt, cum ea ipsa spoliati fuerint, quòd quæso beneficentiæ suæ munus retinebunt: profectò nullum. Ne igitur per criminationes istorum, quos malos censet, bonos spolijs: ne ue per pollicitationes, quòd illis suorum præmiorū reliquias aliquas facis, istis quibus unicum præmium est, eripias. Verū ut simpliciter dicam, non si quempiam magna uel parua iniuria afficiamus, graue cēsendum: sed si remunerationes nostras incertas infidasq; reddiderimus. Neq; mihi præcipua ratio immunitatis habetur, sed ne mala cōsuetudo hac lege introducatur, eaq; talis, per quam futurum est, ut quicquid populus dederit, caducum simul & suspectū habeatur. Operæ precium autem est, prius denunciare uaserrimas illorum rationes, ad hoc repertas, ut uobis persuadeant immunitatis rescissionem: ita enim fraudem illorum euitaueritis, si meam prius de ea malitiosa calliditate admonitionē audiat. dicturi enim sunt, liturgias, gymnasiarchias, sacra esse impendia: ac proinde scelus esse, si quis liber à sacris sumptibus habeatur. Ego illud scio, iustè illos habere immunitatē, quibus populus dederit: uerū istos, si hoc affirmant, scelera dicturos. Si enim quæ nullo alio colore quippiam æquitatis habere, ostendere possunt, ea sub nomine Deorum, ac prætextu religionis conabuntur efficere: facinus haud dubiè & impiētissimum, et sceleratissimum facturi sunt. In quibuscuq; enim rebus Deos allegamus, eorumq; nomina adscribimus, eas omnino tales esse oportet, ut si sub persona & titulo hominū gerantur, nihil tamen uideantur iniquitatis habere. Quòd autem non idem sit, sacri impendij & liturgiæ uacationem habere, ipsum uobis Leptinem testem exhibebo. In exordio enim suæ legis ita habetur: Ut ditissimij liturgias subeant, nemo immunis esto, exceptis Harmodij & Aristogitonis posteris. Quòd si eadem res est uacatio sacri impendij, & liturgiæ, quid illi accidit, ut hoc adscriberet: nam ne istis quidē sacrorum sumptuum immunitas data est, Ut euidēs sit rem ita habere, cape mihi exemplar hoc



è columna, et titulo monumenti transcriptum, atq; exordium legis Leptinæ et exemplaria columnæ recita. Auditis uiri Athenienses, exemplaria eius monumenti, quibus iubentur illi aliarum rerum immunes esse, præterquam sacrarum: nunc mihi quoque recita exordium legis Leptinæ. **LEX.** Rectè repone iam schedas. Cum scripserit, Ut ditissimi liturgias subeant, nemo immunis esto: hoc quoque adscripsit, Excepta Harmodij & Aristogitonis posteritate. At id qua de causa quaeso? Si liturgiæ sumptus inter sacra impendia computantur: ipse enim eo pacto si hæc dicat, publicis monumentis contraria scripserit. Ego libèter ex Leptinæ sciscitarer, cuius rei immunitatè posteritati istorum uirorum se uel nunc intactam relinquere, uel maiores nostros contribuisset asseueret: cum liturgias inter sacra impendia adnumeret. Nam à bellicis tributis, et instruendarum triremium oneribus, iam olim ex priscis legibus immunes non sunt, ne à liturgijs quidem, siquidè illæ ad sacros sumptus pertinent. Atqui scriptum est tamen illos immunes esse debere: cuius quaeso? Num inquilinarij uectigalis: id enim iam solum reliquum est. minime gentium, sed liturgiæ cyclicæ. ut publica monumenta indicant, et tu quoque in tua lege definiisti. & pro teste est omnis superior ætas, in qua cum tot anni sunt, nec tribus ulla unquam ausa est eos inter choragos renunciare, aut renunciatos lege *αὐτὶδὸς* oppugnare. qua in parte audiendi non sunt, si contradicant. Illud fortasse per obtreccionem obijcient: Megaræses scilicet, Messenios, ac promiscuam hominum turbam, nec non mancipia quædam, uerberones quoque, Lycidas, Dionysios, immunitate gaudere. Nā istiusmodi excerpunt, et ad ludibriū & contemptum proferunt. Istud cum facient, quaeso iubete eos, siquidè se confidunt uera dicere, decreta ostendere, in quibus istiusmodi hominibus immunitas perscripta est. nullus enim in hac urbe immunis est, cui id nō uel ex lege, uel ex decreto donatum est. Hospitum autem nomine & titulo cohonestati opera quorundam magistratuum complures istiusmodi sunt, quorum unus est Lycidas. Sed aliud est esse hospitem, aliud immunè: obsecro ne uos seducant: neque ideo quod seruus Lycidas, & Dionysius, aut alius quispiam temerè per istos nundinatores legum & decretorum, ius hospitij obtinuerunt, hominibus dignis, ingenuis, ac multorum honorum autoribus, præmia sua, ipsorum uirtuti ac meritis à uobis donata, interuertere conentur. Qui quaeso non indignissimè agatur cum Chabria, si istiusmodi Reip. moderatoribus non sufficiat, Lycidam illius seruum, ipsorum opera hospitem uestrum factum: nisi uicissim quoque ipsi domino Chabrig, ob seruum sua præmia diminuunt: idque quod indignius est, ex falsa causa? Nam nec iste, nec quisquam alius hospes immunis est, cui non immunitas expressis uerbis à populo assignata est. Istis autem nihil tale datum est, nec contrarium ab aduersarijs nostris ostendi potest. Quod si deserti argumentis, uerbis impudenter cauillabuntur, non rectè facient. Cæterum quod maximè obseruatum uelim, uiri Athenienses, id iam in præsentiarum statui dicere. Si enim omnia uera & honesta esse concedas, quæ Leptines ad commendationem suæ legis dicturus est, non tamen quicquid agas, id probri sustuleris, quod Reipub. adhaerebit ex huius legis confirmatione: & quod nam illud? quia scilicet uidebimur præmijs suis benemeritos defraudasse. Quod autem illud scèdum sit, omnes uno ore existimo confiteri: quanto autem præ reliquis omnibus uobis id scèdum sit, diligenter quaeso auscultate. Prisca lex est, eaque proba & spectata, Si quis promissis populum lactauerit, in iudiciū abripitor: ubi si uictus fuerit, capite fraudem uitio. Iam ne pudebit, uiri Athenienses, ea quibus ultimū supplicium statuistis, à uobis ipsis perpetrari? Atqui cauenda sunt omnia, quæ uel naturam, uel speciem turpitudinis habent: maximè autem ea quæ ipsi in alijs punimus. non enim ulla causificatio superest, cur id facias, quod iam aliorum pœnis damnasti. Porro & illud quoque euitandum est, ne quid, quod priuatim defugimus, publicè designemus: nemo certè uestrum, ne unus quidè talis est, ut quod in reb. priuatis alicui donarit, aut auferat, aut auferre sustineat: multo minus igitur id in publicis faciendum est. Sed præstat, ut patronis istius legis iubeatis, si quem crimentur ut indignum, aut mendacè in allegandis suis meritis, aut ulli denique culpe obnoxium, publico iudicio conueniant, secundam istam quam substituimus legem, uel à nobis, ut polliciti sumus, perferendam, uel ab ipsis, ubi primum legislatores creati fuerint, Habet quisque, ut arbitror, priuatas inimicitias cum beneficiarijs.

Inquilinarij ues  
 tigijs est, quod  
 inquilini reipu-  
 blica dependent  
 pro iure Athenis  
 habitandi. *grecis*  
*εὐνοίας* dicitur.

Cyclicæ liturgiæ  
 est, quæ uicissim  
 in orbem circum  
 fertur. & ad om-  
 nes qui sunt eius-  
 dem ordinis per-  
 uenit.



beneficiarijs. Huic enim Diophātus, isti Eubolus, rursus alij infestus est. Quòd si illud fugiāt, ac nolint facere, in cōspicuo nimirum est, uiri Atheniēses, an pulchrum sit uobis, quæ quisq; istorum ueretur inimicis suis auferre, ea uos adimere benemeritis hominibus, & officiosis, quibus nihil culpæ obijci potest, cur iurè uestra opera in uniuersum sua præmia amittāt: maximè cum liceat per istos criminatores, si quis indignus est, unus & alter, aut fortasse plures, illud ipsum iudicio cōfici, ut de singulis hominibus censura fiat, non alij aliorū culpis inuoluantur. Hoc enim æquum & bonū arbitror, quanquam ne ita quidē uobis decorū putem: sic enim colligo (non enim ab sistendum est uel ab ista ratione) dignitatis cuiusq; inquisitionē tum oportuisse fieri, cum præmia dabantur, quo tempore nemo istorū uerbo cōtradixit: posterius autem eam examinationē mouendā non esse, nisi postea aliquid plectendum commiserint. Quòd si eos tale quippiā commisisse dicent aduersarij, uerbo scilicet, cum argumenta non habeant, oportuit delinquentes circa tempora sui delicti punitos fuisse: id enim uerisimile est, atq; ita solenni more receptum est. Quòd si nullius beneficiarij crimine comperto lex ista sancietur, uidebimini ex inuidiā, non odio malorum præmia sustulisse. Sunt quidem, ut semel dicam, probra omnia euitanda, sed inuidiæ crimen potissimum refugiendū. Cur ita? quia inuidiā euidens & indubitabile signum naturalis malitiæ præ se fert, nec ullum habet pretextum ad ueniā emerēdam. nec ullum est uitium à quo lōgius absistit nostra Respublica, quàm à specie inuidentię: quanquam nec alijs uitijs affinis sit. Spectate quæso quanta sint eius rei documenta, & signa. Primum enim soli mortaliū publica monumēta defunctis constituitis: ijdem adiungitis funebres orationes, in quibus fortiū uirorum facta laudibus extolluntur. atq; illud institutum eorum est, qui uirtutem æmulantur, non qui uirtute præditis inuidēt. Datis præterea iam per multa secula uictoribus gymnicorū certaminum, quæ coronaria appellantur, ingentia munera: nec quia id paucis cōtingit, inuidi estis, aut in accumulatōis præmijs maligni. Huc illud accedit, quòd nemo unquam ciuitatē benefaciendo superauit, tanta eius magnificentia in remunerādo. Hęc igitur sunt, uiri Athenienses, iustitiæ, uirtutis, magnanimitatis Reipub. nostræ euidentiā signa. nō igitur ferendū est, ea subuerti, per quæ ciuitas nostra perpetua gloria floret: neq; ob priuatam Leptinæ simultatem, qua eos quibus fortasse intensus est, insectatur, clarissimam quam hactenus per omne æuum possedistis famā, abijciatis: neq; existimetis de ulla re aliā esse contentionem, quàm de ciuitatis existimatione: utrum eam saluā deinceps, suiq; exta re similem, an dissimilē sui factam in exitiū præcipitari oporteat. Inter alia, quæ in hac lege miratus sum, nihil æquè admiror, quàm si hoc ignorauit Leptines, quòd quemadmodum qui magna supplicia peccatis constituit, minimè se uidetur ad peccādum instruere: ita quoq; qui benemeritorum præmia tollit, nihil uidetur se ad benemerendum accingere. An hoc ignorauerit, nam id fieri potest, statim de se iudiciū dabit. neq; enim obstabit, quo minus reijciantur, in quibus ipse errauit. quod si studio omni & intentione incumbet, ut hanc legem stabiliat, ego reuera non habeo quod laudem, uituperare certè nolo. Ne igitur contendas, ne ue uim ullam in ea re adhibeas Leptine, unde nec tu melior, nec tibi obtemperātes probiores uideri possunt, præsertim cum causa ista tibi nullū periculū creet. nam per obitū Bathippi patris huius Aphesionis, quæ tibi adhuc iudicijs obnoxio diem dixerat, agendi tempora præterierunt. De te igitur nihil est quod uereare. nam omnis cōtrouersia nō de te, sed de lege habetur. tibi quocunq; res cadat, nullū est periculū. Ceterū & illud quoq; te gloriari audio, quod cum tres te reū fecerint, nemo tamē omniū eam actionē persequutus sit. Si illud illis crimini das, quod à nemine illorū in periculum sis adductus, profectō omnium hominū periculorū appetensimus es: quòd si illud pro argumento tuæ in hac causa iustitiæ adducis, insipienter facis. unde enim isthinc iustior lex, si quis eorum qui tibi diē dixit, aut mortuus est priusquā actionē persequeretur, aut persuasus à te, libellos quos contra te dederat, expunxit, aut planè à te ad collusionē subornatus fuit. Atq; ista tibi ne ad dicendū quidem speciosa esse possunt. Ceterū huic legi aduocati adsciti sunt uiri ingentis eloquentiæ, Leodamas Acharnensis, Aristophon Axeniēsis, Cephisodotus à Ceramibus, Diniās Erchiēsis: quæ aduersus illos meritò

*Coronaria, quia uictoribus uariæ coronæ dabantur.*



dici possunt, quæ animo diligenter attendite. Primum igitur de Leodamæte: hic olim aduersus Chabriæ præmiū, in quo etiam immunitas ista continetur, accusationem instituit, sed in iudicium progressus causa cecidit. Bis autē aduersus eundem de eadem re leges nullæ actionem uel iudicium permittunt. Absurdissimum autē esset, tum Chabriæ benefacta plus per se potuisse, quàm Leodamantis facundia: nunc autem eadem illa minus posse, cum aliorum meritis accumulata & coniunctione causæ copulata sunt. Aduersus Aristophontem uerò plurima & æquissima ratio sese nobis suggerit. Is à uobis obtinuit præmiū tale, intra cuius complexū immunitas cōtinetur, neque id incesso: in uestra enim potestate esse debet, ut cui uelitis, uestra largiamini. Sed hoc iniquū est, eum in accipiēda sua immunitate taciturnū fuisse: nunc in aliorū muneribus tātopere debacchari, autorēq; se præbere, ut aliorū donationes rescindantur. Atq; idem iste Gelarcho quinq; talēta reddi iussit, quasi ab eo populo mutuò data essent, cum in Piræo urbe exclusus hereret. Ne tu igitur, cū rebus incertis, ac minime cōtestatis donationes adstruis, ea quæ publicis sacrisq; monumētis populus contestata esse uoluit, omniūq; oculis exposita sunt, irrita, uariaq; efficias. Neq; eundē te esse ostendas, qui in tuis rogationibus & debita reddi censeas, & data à populo auferri consulas. De Cephisidoto tantum dixero, ut est nemini eloquētia secundus, ita honestius est illum hanc facultatē dicēdi aduersus delinquentes, quàm aduersus de Reipub. benemeritos usurpare. Nam si simultates gerēdæ sunt, puto illas gerēdas cum illis qui populū læserūt, nō qui profuerunt. Porro de Dinia hæc uerba fecero (nam hic fortasse sua munia in instruendis triremibus, in liturgiæ sumptibus iactitabit) & si se Reipub. summī precij uirū exhibeat, ut se mihi uideatur exhibere, tamē, ita me Dii bene amēt, adhortarer eum, ut sibi potius præmiū donari postulareret, quàm ut superiori tempore alijs donata iuberet auelli. maioris enim integritatis est, suæ uirtuti deponere honorē, quàm aliorū honoribus inuidere. Illud autē maximū est, & æquē ad omnes syndicos pertinet. Sæpe unusquisq; istorū aliquo in negotio syndicus fuit, cum id in probatissima lege cautum sit, ne quis à populo creatus syndicus, sæpius quàm semel eum magistratū gerat. quamobrē uos, qui huic legi ut syndici patrociniamini, equum est, ei quoq; legi quæ de syndicis cōstituit, obtēperare. quod nisi feceritis, rem ridiculam cōmittetis, cum simul & legi ut syndici patrociniamini, ac legē rursus præuaricamini. Sume mihi legē in manus, ac istis recita. **LEX.** Vetustā istam legē, & probā, cauebunt isti, si sapiēt, uiolare: ego ad uos, uiri Atheniēses, paucis uerbis factis, de pulito descendā. In primis autē uobis aduigilandū est, uiri Atheniēses, ut leges uestre sanctissimē custodiātur: maximē autem illæ, per quas maiestas populi incrementū sumit, at quæ nam illæ obsecro: nimirum hæc, quæ beneficijs præmia, sceleribus pœnas & supplicia constituūt. Nam si omnes metu supplicij à sceleribus abstineant, spe & emulatione præmiorū rectē factis studeant, quid obstat, quo minus hæc ciuitas maxima fiat, ita ut & omnes uirtutes colantur, uitia nulla? Ista autem lex Leptine non solum hac parte lædit, & iniuriosa est, quòd bonorum præmia tollens, inutilem ipsam benemerendi studiosis probitatē reddit, sed quod etiam malignitatis famam ciuitati adsciscit. Iam nec illud ignoratis, maximis in Reipub. criminibus singulis singulas ex legibus pœnas esse cōstitutas. expresse enim in legibus sancitū est, non nisi simplicem pœnam irrogari posse, utramcunq; iudex in reū statuerit, ut uel corpore, uel pecunia delictum luatur: utramq; simul ne inferat, iure cautū est. Cæterum ista moderatione Leptines usus non est. Sed si quis, inquit, gratiam repetat, infamis esto, ac bona illius confiscantur. binæ hinc mulctæ, binæ hinc actiones, & infamiæ, & \*incarcerationis: qd si reus cōuincatur, subiacet eius legis supplicij, quæ in erariū magistratū gerentē, capitis pœnā cōstituit: id em̄ genus supplicij ab ea lege decernit. tres hic igitur mulctæ species. Quomodo quæso nō nefariū et miserū habebit, si acerbius cū illo agatur, qui à uobis gratiā benefactorū reposcit, quàm qui de summis sceleribus cōuincitur: fœda nimirum lex, & praua, nec absimilis inuidiæ, et simultati: ultra enim nihil dico. utat isti uisumodi uerbis pmulgator iste, illi enim cōuenerit: uobis autē decorū nō est, tam improba, et tā indigna uestris animis imitari. Iam per louē quæso, quid est quod maximē omniū deprecamur: et maximē in omnib. legib. agitur, ne fiat: nimirum ne

Syndici patroni sunt causarum, à populo delicti. Hi primū creati sunt, cū plebs expulsis triginta tyrānis in patriam redierat.

\* Incarcerationis, græcè ἀποφυγῆ, est autem actio aduersus maleficos, præsertim si uos, qua in uincula petuntur, & in custodiam magistratuum rerum capitalium. Aerarius, qui Reip. debet, maximē de mulctis, in quas condemnatus est. huic nefus erat magistratum gerere.

cædes



cædes perpetrentur, quarum rerum uindex peculiariter senatus in Areopago est constitutus. In istis igitur legibus Draco, quò crimen illud horribile & dirum faceret, homicidam à peluibus, libationibus, crateribus sacris exclusit, aliaq; ibidẽ enumerans, quibus existimauit tale nefas arceri posse: non tamen sustulit æquitatis & iusticiæ rationes, uerùm sanciuit qua de causa fas sit & licitũ occidere, & si ita occiderit, purum eum esse pronunciauit. Iam igitur cædem facere iustẽ uestris legibus concessum erit: gratiam repossere, siue iustẽ, siue alio pacto, per hanc legẽ nõ licebit. Absit, uiri Athenienses, ut uideamini magis solliciti esse, ne quis beneficij sui remunerationẽ à uobis accipiat, quàm ne quod homicidiũ in urbe fiat. Sed retẽta memoria eorũ temporum, in quibus pro acceptis beneficijs præmia reposuistis: pariter & columnæ Diophanti recordatione reseruata, cui inscriptum est iusiurandum, eum cui pro Repub. aliquid acciderit, isdem præmijs, quib. Aristogiton & Harmodius donati fuere, cohonestandum esse: hanc legem abrogate. Extra ista omnia illud quæso cognoscite, fieri nõ posse ut lex ista uitio careat, quæ de præteritis pariter & futuris idem sancit. ait enim: Nemo immunis esto, exceptis posteris Harmodij & Aristogitonis. rectẽ: ne ue in posterum immunitas detur, idq; ne tum quidem cum talia tempora inciderint, qualia sub uindicibus libertatis fuere. Si præteritis obtrectas, quid, an futura quocq; præcognita habes? An scilicet ideo omnia secura & tuta existimas, quia nunc procul distamus à tali metu? Quàm uellẽ id ita esse: sed cum homines sumus, talia uerba, talia quoq; iura instituenda sunt, ob quæ nemo iurẽ indignari possit. læta quidem decet spe præsumere, ac eadem illa à superis optare: sed ita tamen, ut multa humanitus cõtingere posse, certum habeamus. Nunquam enim Lacedæmonij hanc fortunam expectauerũt, neq; itidem Syracusani, olim & libertate & imperio florentes, Carthaginensibus impolito tributo, circum circa domitis uicinis, nostrorumq; militũ nauali pugna uictores, ut se existimarent in tyrannidem unius scribæ, forensisq; ministri delapsuros esse. Neq; unquam suspicatus est hic alter Dionysius, cum plurimas triremes, ualidam manum mercenariorum militum, urbesq; complures possideret, se è regno exturbatum iri à Dione, unica naue rotunda, & paucis militibus instructo. Sed ut ego arbitror, nihil certum de futuris constitui potest, eo quòd parua momenta temporum sæpius ingenti rerum permutationi causas adferat. Quamobrẽ in rebus lætis modestia retinenda est, & in futurum consulendum. Plurima supersunt, unde doceri potest, nulla ex parte istam legem aut probam, aut utilem Reipublicæ esse. Sed ut compendio rem cognoscatis, atq; ego finem orationi imponam, dispicite mutuò inter se, & conferte quæ speranda sint uobis, si lex abrogetur: quæ contra metuenda, si autoritate firmetur. Quæ facies rerum ex ista collatione apparuerit, eam quæso animo ac memoria retinete, ut quæ potiora sint, eligere possitis. Si enim abrogabitur, ut nos monemus, digni quod æquum est præmia adipiscantur: indigni (nam concedo ut sint) unã cum amissione præmiij, etiam pœnam pro uestro arbitratu luerint. idq; ex hac lege, quam nos subrogamus. Ciuitas quoq; fidei, iusticiæ, grauitatis famam apud omnes retinebit. Sin confirmabitur, boni ob malos iniqua patientur: mali ut alijs noxæ erunt, ita ipsi nullam pœnam luent. Ciuitas quoq; cõtariam, quàm supra dixi, sibi existimatio nem comparabit: infida enim, inuida, improba deniq; apud omnes cẽsebitur. An igitur tanta infamia & indignitas tot probris scatens, in delectu faciendo potior uideri potest, quàm tãta honestas, tam cõgrua uestris moribus, & tot bonis instructa? Nam ad unum quemq; uestrũ, pars aliqua fame, quæ ex publico decreto promanabit, deriuabitur. neq; enim uel circumstantes, uel absentes id latere existimo, Leptinẽ in hoc iudicio aduersus uos: in uestris uerò animis humanitatem aduersus inuidiã, iustitiam aduersus improbitatem de uictoria contendere, omnes deniq; uirtutes cum omnibus uitijs in certamen uenire. Quòd si melioris partis rationibus auscultaueritis, easq; secuti fueritis in suffragijs ferendis, uidebimini & congrua uestris moribus statuisse, & Reipublicæ utilissima decreuisse: ac deinde si aliqua temporum aduersitas inciderit, non carebitis opitulatoibus, qui uestra gratia periculũ subeant. Super istis omnibus intentos uos animo & sollicitos esse oportet, ne in errorem propellamini. Crebrò uiri Athenienses, crebrisq; in rebus, ne quid æquum iustumq; cognosceretis,

*Rotunda nauis,  
que triremis nõ  
est, sed que ad  
mercimonia, nõ  
ad usum belli  
construda est.*

uociferatio.



uociferationibus, uolentijs' que oratorum ab intellectu rerum abducti estis: quod utinam iam quoque non contigat. non enim honestum est. sed que iam iusta esse cognouistis, ea & uoluntatibus, & memoria retinere, quoad usque de ijs decretum feceritis. Ita enim futurum est, ut cum obseruatione legum in quas iurastis, calculum feratis aduersus eos qui praua suadent. Miror autem, sic, um corruptoribus numismatum capitalis poena a uobis irrogetur, eis qui ciuitatem totam suberatam infidamque reddunt, ac quasi adulterant, locus dicendi apud uos concedatur. Non est, per Iouem & reliquos deos, quod amplius dicam: puto enim nihil eorum quae dixi, a uobis ignorari. DIXI.

## DEMOSTHENIS ORATIO CONTRA ANDROTIONEM, BASSIANO

Lando Placentino interprete.



**Q**UOD Euctemon, iudices, ab Androtione iniuria affectus, & urbi opem ferre putat esse necessariū, & simul ab eo sibi illatas iniurias persequi honestū ac laudabile, in idipsum ego quoque incumbam, & si potero idem ut efficiam enitar et contendam. Sanē multae & graues & periniquae sunt, quibus est laesissus Euctemon, iniurię. Sed multo minores sunt, illis molestijs, quas Androtion mihi exhibuit. Hic quidem ut pecunia priuaretur, & contra ius a uobis in exiliū eijceretur, insidijs est appetitus. Me uerò, si quae cōfinxit credidissetis, qui ubique terrarum sunt, nemo omnium mortalium excepisset. Cum enim accusationē instituisset earum rerum quas nemo nisi fortē persimilis illi fuerit, proferre ausit, quod patrē occiderim, ficto impietatis crimine non aduersum me, sed aduersum patruū meū, quem criminabatur impiē agere, eo quod mecum quasi talia perpetrasset conspiraret, in iudiciū uocauit: is quidem si eo tempore fuisset dānatus, quid mihi acerbius ac miserabilius per illū accidere potuisset? ecquis aut amicus aut peregrinus in eundē locū conuenire aliquando mecum uoluisset? que urbs eum permisisset apud se esse, qui tam impiū facinus uisus fuisset perpetrasset? profectò nulla est. Ego itaque magnopere iudicio cōtendens, hæc apud uos sic discussi & dissolui, ut nec quintā suffragiorū partē hic quidē accepērit. Hunc uobiscum conabor & nunc & per omne tēpus ulcisci. Et de priuatis cum possum adhuc multa dicere, silentio prætermittā. At uerò de quibus nunc feretis sententiā, & in quibus publicē administrans rempub. non parū uobis nocuit, quae mihi Euctemon prætermisisse uidebatur, præstat illa uos audire: cōmemorabo sanē quam breuissimē. Equidem si aliquā simplicē huic rerum quibus reus agitur excusationē esse uiderem, nullam de ipsa facerem mentionē. Nunc uerò quia nihil simplex, nihil iustum (quemadmodum probē noui) quod dicat habet, fictis atque adductis aduersus singula hæc callidis rationibus, uos decipere conabitur. Est enim, Athenienses, mirus dicendi artifex, & omnem uitam in eo consumpsit. Ne igitur decepti contraria iuramentis persuadeamini discernere, & hunc dimittere, quem multas ob causas puniendū esse censeo, animū attendite ad ea quae dico: ut me dicentē postea quam audiueritis, ad unum quodque quod ab hoc afferetur, possitis iure optimo respōdere. Est enim illi una quam putat artificiosam esse ratio, de Senatusconsulto antea non habendo. Lex est, inquit, si muneris digna senatus uideretur cōsultasse, ut populus ipsum munus daret. Hæc ait Epistates censuit, populus suffragia tulit, cōprobauit. non opus est, inquit, Senatusconsulto, propterea quod secundū legē erāt quae agebant. Ego uerò quam ipse opinatur, cōtrā existimo: & mihi persuadeo, etiā uobis idē uisum iri, ut de ijs solū feratur senatusconsultū, de quibus statuūt leges, quandoquidē de quibus nullę extant leges, nihil quicquam a principio licet scribere. Inquit igitur, omnes magistratus capisse eo modo, quicumque habuerūt a uobis donū, & nulli unquam fuisse habitū senatusconsultum. Ego uerò hunc egregie mentiri arbitror, quinimo planē cognosco. Verum enim uero si hoc ita habet, & lex aliter iubet atque fieri cōuenit, non propterea quod sepe peccatū sanē prius est, peccandū etiā nunc est, sed cōtrario modo faciendū. Itaque quia



quia lex iubet talia facere, à te initium primò sumam. Tu uerò ne dicas hoc saepe factum esse, sed sic fieri licuisse. Non enim si quid unquam contra leges factum est, id quod tu imitatus es, iccirco iurè euaseris: sed longè grauius condemnandus es. Nam ut si quis illorum qui contra leges fecerunt, damnatus antea fuisset, tu hæc non scripsisses: ita tu nunc si pœnas dederis, alius non scribet. De lege autè quæ apertè uetat, licere senatui munus petere, qui triremes non fecerit, operæ precium est audire defensionem quam adducit, atque adeò considerare morum improbitatè & impudentiam, unde dicere aggreditur. Lex, inquit, non sinit munus senatum petere, si non fecerit triremes. Confiteor, & dare nullibi ipsum populum prohibet. Equidem si petenti dedi, contra legem dixi: sin autem in toto decreto, de nauibus mentionem non feci, sed quædam alia dico, propter quæ senatum coronandum censeo: quomodo contra legem dixi? Est autem non difficile apud uos his iurè contradicere. Quod primum quidem ex senatoribus qui ius dicebant, & ipse qui suum diem decernendo istæc imperabat, inter rogabant, & ei facultatem sciscendi dederunt, cui uideretur, cui non item digna munere senatus consultasse. At uerò qui nō petunt, nec habent digni ut initio accipiant, minimè eos interrogare decet. Præterea Media senatum & alios accusante senatores, ubi consurrexerunt, tum deprecati sunt ne se honore suo spoliarent: & hæc non à me audire uos iudices oportet. quin ipsi præsentés scitis, quæ apud populum acta sunt. Quamobrem cum negauerit senatus petere, tum eadem contrà suggerite. Quod autè ne populum quidè lex sinit dare ijs qui non fecerint naues, illud etiam ostendam. Propter hæc Athenienses, lex hoc modo habet, non licere senatui, qui non fecerit triremes, petere munus: ut neque persuadendi, neque decipiendi populum cuiquam potestas daretur. Non enim arbitratur oportere, qui legem tulit, in oratorum uia libidine collocari. Sed id quod æquum est inueniri, & quod populo utile fuerit, lege constitui. Non triremes fecisti, ne igitur petas donum. Vbi uerò petere non sinit, quomodo nō acriter uetat dare? Itaque uiri Athenienses operæ precium est & illud exquirere, qua de causa, si senatus alia omnia pulchrè administrauerit, & nemo possit aliquid obijcere, triremes autem non fecerit, munus non licet petere. Reperietis enim hoc ipsum esse ualidum, & in quo omne Reipublicæ robur consistit, quod pro populo constitutum est. Nemo (ut ego arbitror) inficias iuerit, quin quæcunq; urbi contigerunt, aut etiam nunc contingunt bona, aut alia, ne mali quicquam commemorem, illa quidem ex triremium possessione, hæc uerò ex inopia contingere: quemadmodum multa posset hic aliquis proferre, & uetera, & noua. sed quæ omnibus maxima audita sunt, hæc quidè si uultis, commemorabo. Illi sunt qui Propylæa & Mineruæ templum ædificarunt, & alia omnia sacella ex spolijs Persarum ornauerunt, ob quæ omnes meritò gloriamur. Accepistis profectò, quemadmodum urbem relinquentes, et conclusi in Salamina, propterea quòd triremes habebant, omnia quidem sua, & ipsam urbem, nauali prælio superiores, incolumia seruarunt. Multorum etiam & magnorū bonorum reliquis Grecis fuerunt autores, quorum memoriam nulla temporis uetustas abolere poterit. Esto sint hæc antiqua & uetusta. Sed quæ omnes uidistis, ea scitis, quemadmodum paulo antè Euboensibus intra tres dies opem tulistis, & Thebanos fœdere coniunctos liberastis. An hæc tanta celeritate confecissetis, nisi naues habuissetis nouas, in quibus auxilium tulistis? Atqui non potuissetis. Multa alia bona possem referre, quæ urbi eueniunt ex eo quòd naues fuerunt bene paratæ. Esto rursus ex eo quòd malè, quot incidere incommoda, plura quidem silentio prætermittam. At bellum pro Decœlia (ex ueteribus enim unum, & uobis omnibus quàm mihi notius) commemorabo. cū multæ grauesq; clades urbi accidissent, nō prius bello affuerunt, quàm classis uestra interijt. At uerò quid opus est antiqua commemorare? retinetis adhuc memoria ultimum bellum contra Lacedæmonios, quando naues mittere non posse uidebamini, quomodo ciuitas afficiebatur. Scitis eruum uenale fuisse, et celsisse in esum hominum. Postea uerò quàm naues misistis, pacem eiusmodi nacti estis, qualem ipsi uolulistis. Quare Athenienses, cum naues habeant tantum momenti in utramq; partem, hoc senatui præiniuistis, utrum oporteat ipsum nec ne accipere munus. Si enim reliqua omnia rectè administrauerit, & propter quas res nostras ab initio cōparauimus,

Gg

&amp; nunc



& nunc seruiamus, eas non fecit in quā triremes, nihil illa proderunt quæ recte gubernant omnium: siquidē & totius Reipub. Atheniensium salutem præsto esse oportet, & paratā populo. hic igitur eō uenit insolēti, ut putet sibi & dicere & scribere licere quod cunq; libet: ita, ut si recte administrauerit reliqua Senatus, quemadmodū uos auditis, non fecerit aut triremes, scripserit debere munus dari. Et hæc quidē quod contra legē non sint, neq; ipse dicere, neq; uobis persuadere poterit. Audio autē ipsum huiusmodi allaturū apud uos rationem, quod senatus in causa non fuerit, quo minus factæ sint naues, sed ipse fabricantium triremes quæstor, qui fugiens abiit atq; abstulit quinque talenta et dimidium, ex quo res habuit infortuniū. Atqui primum quidem hoc ipsum admiror, si coronari ob ea quæ aduersa obuenerunt, dignos magistratus putabat: nā ego putabam ob ea facta quæ prospera euenissent, tales honores definiri: deinde uerō illud etiam addo, non æquum esse de ambobus dicere, & quod præter legē munus non sit datum, & quod per senatum non sint triremes. Etenim si dare conuenit, etiam si non fecerit, quid hoc oportet dicere per quemcunq; tandem non factæ sint? Sin autē non conuenit, cur magis, si per hunc uel per illum non factas esse ostendat, illi licebat capere? Præter hæc mihi uidentur optionem tales rationes uobis dare, utrum arbitremini audiendas esse causas & prætextus eorū qui uos iniuria afficiunt, an naues possidere. Si enim Androtionis rationes admittetis, erit perspicuū omnibus qui senatum gerunt, quemadmodū oporteat prætextum uerisimilē excogitare apud uos, non triremes facere, quo fit, ut pecuniæ publicæ consumant, & triremes defuturae sint. Porro si quemadmodū lex statuit, & iuratos iudices statuere oportet, acerbè & simpliciter prætextus sustuleritis, uidebiminiq; ademisse donū ijs qui naues non fecerunt: omnes qui ad reipub. gubernacula accedent, Athenienses, factas naues uobis præbebūt, ubi reliqua omnia uiderint apud uos legibus infirmiora esse. Quod itaq; nemo ex mortalibus extiterit alius autor, quo minus sint factæ naues, hoc etiā planè demonstrabo. Cum enim legē abrogasset senatus, hunc quæstorem & administrū publicæ pecuniæ ipse delegit. Præterea conatur dicere de lege prostratæ pudicitia, quod cōtumelia ipsum afficiamus, & maledicta minimè ad causam pertinentia illi ingeramus. Præterea ait oportere nos, si crederemus hæc esse uera, ad Thesmothetas, ad quos hæc pertinet cognitio, accurrere, ut ibi de mille drachmis periclitaremur, si falsò obiecisse uideremur: nunc autem imposturam fieri inquit, ab illis qui criminationes & uana conuicia faciunt, & negotiū uobis faceffunt, qui in hac re iudices non estis. Ego uerò arbitror, illud sæpe animo esse repetendum uobiscum, inter conuicium, criminationemq; & ueram accusationem, permultum interesse. Sanè criminatio est, quando aliquis solo uerbo, ijs quæ dicit, nullam fidem fecerit. Accusatio autem est, quoties aliquis ea quæ dixerit, simul esse uera probauerit. Itaq; eos qui coarguunt, uel signa ostendere, per quæ uobis declarent quid credendum sit, uel uerisimilia eloqui, uel testes adducere necesse est. nō enim fieri potest, ut ipsi ea uideretis: sed quando quispiam huiusmodi ostendit, ueritatis probationem omnino idoneam nos habere arbitramur. Nos igitur nō ex rationibus uerisimilibus, neq; ex signis, sed à quo maximè sumere pœnam licet, huic ostendemus, hominem qui exhibuerit libellū, in quo ea insunt quæ ab hoc in tota uita perpetrata sunt. is cum fecerit ipsum reddendis rationibus obnoxium, hæc planissimè testatur. Quas ob res quando dixerit iurgium hoc & crimen esse, respondeat ei, ueras esse probationes: quæ uerò ipse facit, ea crimina & cōuicia haberi. Quando autem subiunxerit, ad Thesmothetas referri oportere, illud subiicite: Id etiā facturi sumus. Nunc conuenienter congruenterq; de lege dicimus. Si enim de alio iudicij genere contendentem te accusarem, meritò rem indignam putares. At si præsens iudicium est de transgressione legū, & leges uetant eos qui ita uixerūt, dicere ne ipsa quidem quæ ad leges pertinent: & nos declaramus, nō modò ipsum dixisse contra legem, uerum etiam uixisse: quid sit cur non deceat de hac ipsa lege dicere, per quam hæc coarguuntur? Atqui nos oportet cognoscere, Solonem, qui leges istas tulit, et pleraque alias, huic nulla in re similē, nō uno concessisse modo, sed multifariā, de iniquè factis pœnā sumi ab ijs qui deliquissent. Nouerat enim, credo, eos qui in ciuitate essent omnes, siue acres essent in dicendo, siue audaces, siue modesti, penitus fore dissimiles.

Si igitur



Si igitur ut modestis satis esset pœnas sumere, sic leges tulisset, licentia fore multos deteriores arbitrabatur: sin uerò ut audacibus, & dicendi ratione præstantibus, priuatos & simplices non posse eodem quo illos modo suppliciũ constituere cogitabat. oportere autẽ existimabat neminem priuare, quo minus accusandi facultatẽ consequerẽ, quantũ quisq; posset: quĩ ergo id fieri poterit, ut aliquis ea facultate excludatur, si multas uias cõmonstraret per leges contra delinquentes, uelut contra fures? Si confirmatus es, et tibi ipsi fidis, in uincula abducaris licet. In mille drachmis uersatur periculũ. Es ne imbecilior? magistratibus indicato. hoc illi faciẽt. Id etiã times? mille drachmas? Iudicio de furto cõtende ad arbitrũ, & in periculum non incidēs. Neutrũ horum uis? accusa. Id ne uereris? ludica. Horum nihil est idem. Eodẽ modo est de uiolata religione deferre, accusare, decernere apud Eumolpidas, aperire apud regem sacrorũ. De ceteris omnibus maleficijs simili fermẽ modo, si quis quòd maleficus nõ sit, aut impius, aut quodcunque tandem illud fuerit quo accusatur, nõ diceret, & propterea quod seductus fuisset dignum censeret liberari, ea re ad arbitrum licebat ipsi in iudiciũ uocare, & accusare oportebat: si autem ad arbitrum ueniret, quò oporteret te ducere, ut periclitareris de mille drachmis, sanẽ fuerit perridiculum. Nõ enim decet eum qui nihil perpetraverit, eo modo contradicere, quo modo oporteat dare pœnas: sed quod non fecerit, id ostendere. Sic propemodum & tu Androtion: an putas tibi nõ conuenire, ut des pœnas, ob id si quid suades, qui turpem corporis quæstũ feceris, quod & apud Thesmothetas futura sit accusatio? At ostende, te ipsum non hæc fecisse: aut pœnam dato, si quid tam turpiter uiuens & flagitiose scripsisti. Tibi enim nequaquam licet. Si autẽ te non omnibus, quos cunq; permittunt leges, modis ulciscimur, ob ea quæ prætermittimus nobis gratias habeto: nec propterea postulato, ne uno quidem modo dare pœnas. Operæ est precium, Athenienses, eum Solonem qui legem tulit, perpendere, & considerare, quantam prouidentiam gerebat, et quantam in cunctis legibus Reipublicæ procuracionem habebat: & quanto diligentius huic studebat, quam ipsi rei propter quam legem ferret. Multifariam sanẽ id aliquis intelligere poterit, maximeq; ex ea lege quæ uetat neq; dicere, neque scribere, ijs qui meretriciam uitam egerint. Animaduertebat enim hoc, quod plerisq; uestrum cum liceret dicere, non dicitis. Quare id nihil graue esse arbitrabatur. Atqui alia plura ferre potuisset acerbiora, si punire hos uoluisset, sed hæc non spectauit, sed & in uestrum & in Reipublicæ usum interdixit. Nouerat enim, nouerat ijs qui turpiter uixissent, ex omnib. alijs Rempb. maximẽ aduersam atq; infestã esse, in qua omnibus licet illorũ probra efferre. Et quæ Respub. ea est? Democratia. Neque enim si quando accidisset, ut essent multi homines ijsdem temporibus in dicendo acres & audaces, his probris & flagitijs obstricti, tutum esse arbitrabatur: multa quidem populum ab ipsis seductum, peccaturum: illos sceleribus obnoxios, ut populum euerterent funditus, enixẽ operam duros. In oligarchijs enim, hoc est in paucorũ administratione, si fuerint aliqui, qui turpius Androtione uixerint, nõ licet quamuis sint insigniter improbi, magistratus insectari maledictis, aut traducere, ut sibi quàm similimi uiuant. In primis igitur his interdixit, ne participes essent alicuius consilij, ut ne circumuentus et deceptus populus cæco errore duceretur. Quæ cum neglexerit bonus & bellus iste, non solum existimauit esse dicendum & scribendum, quod non licet, uerumetiam contra leges faciendum. De lege quidem, per quam eius pater debuit Reipublicæ pecunias, & nondum persoluit, non licet huic aut dicere, aut scribere. Hæc sanẽ quæ iusta sunt si dixerit, oportere ipsum a nobis accusari, iure respondere poteritis: Tunc id faciemus postea, iam medijs fidijs non integrum est: quando quidem necesse tibi fuerit de alijs quoq; rebus, quas iniquẽ tractasti, reddere rationem: sed cum licebit ex lege agere. Nunc ostendimus tibi legem ne ea quidem permittere, quæ alijs licet scribere. Quod itaque pater tuus non debuerit, aut non fugiendo è carcere exierit, sed pecunias dissoluendo, hoc ipsum ostendito. Si hæc non poteris ostendere, cum tibi minimẽ liceret, cur non scripsisti? Hæredem enim infamiæ paternæ te lex constituit. Tibi igitur, cum sis infamis, neque dicere neque scribere conuenit. Ac uerò de legibus quas descripsimus, si ille aggre diatur decipere uos & seducere, hæc respondete quæ antea commemorauĩ. Sunt



& huic de alijs legibus ad fallendum uos parata & præmediata rationes, quas quidē præstat audire. Est illi ratio quædam eiusmodi, quinquaginta senatoribus non esse adimendum à uobis donum, neq; adiungendā illis ignominiam. Illorum hoc est certamen, non meum. Equidē si erepturi essetis his solum, & aliam nullā allaturi utilitatem Reipublicæ, ut uehementer contenderetis, dignū non existimarem. Si autē hoc faciēdo, plures atq; infinitos alios ciues meliores esse cohortabimini, quanto honestius est tot bonos reddere, quā in iuste quinquaginta gratificari: Quod hæc res nō sit totius senatus, sed quorundā, qui quidem sunt malorū autores, & Androtionis propria, ego sanē affirmare possum. Cui enim dedecori est, si ipso tacēte, et nihil scribente, fortassis neq; crebrò in consiliū ueniente, senatus non accipiat coronam? nulli profectò. sed ei qui scribebat, qui administrabat, qui persuadebat senatui quæcūq; uelit: ob id, quæ indigna sunt corona, cōsultauit. Verū enim uero & si maximē totius senatus est certamen, quanto utilius est uobis, si condemnaueritis, quā si liberaueritis, animum attendite. Si absolueritis, in potestate oratorū senatus erit: in populi uerò, si condemnaueritis. Vbi enim uiderit multitudo propter oratorū improbitatē ereptos senatui honores, non prodet his Reipublicæ actiones, sed optimē sentiet & dicet. Idēq; si fiat, Athenienses, consuetis & præsentibus oratoribus liberati, conspicietis omnia cōuenienter agi. Quare si nullam aliam ob causam, at certē ob hanc solū condemnandi sunt. Quod igitur uos latere non oportet, hoc audite. Fortassis ascendet in concionem, & aderit Senatui, Philippus, & Antigenes, & custos ipse qui in publica acta rationes errarij solet referre, & alij qui ibi per seipsos habebāt cum isto senatum, & horum malorum sunt autores. Oportet igitur uos animaduertere, quemadmodū prætextu defensionis, Senatui opem ferre simulant: reuera autē pro seipsis certabunt, & pro reddendis rationibus, quas quidem ipsos reddere de rebus gestis par est. Sic se res habet. Si hanc accusationem neglexeritis, cuncti sunt liberati, & nemo ex ijs pœnam dedit. Quis enim condemnabit illos, qui senatum uestrum censuerunt coronandum, quibus isti præfuerunt? si condemnabit, primū quidem quæ requirit uestrum iusiurandū decernetis: deinde uerò in rationibus reddendis horum unumquemq; arreptū, qui uobis iniquē gessisse uisus fuerit, punietis: qui uerò iuste, tunc dimittetis. Nolite igitur multos qui pro senatu dicunt, audire: sed tanquam sua ipsorum causa decipientibus succensete. Adhuc arbitror Archiam Scholargensem (ipse enim consultauit anno superiori) tanquam uirum innocentem uos rogaturum, & ipsis adfuturum. Ego quidē puto esse audiendum Archiā, & ipsum interrogandum, isthæc quibus accusat senatores, utrum uideantur bene an malè gesta. Si dixerit bene, nequaquam illi tanquā probum mentem adhibere conuenit: sin malè, cur hæc prætermittebat, cum asserat se uirum bonum esse? Rursus ipsum interrogate, si dixerit contradicenti sibi neminem parere uoluisse, absurdum sanē est nunc ipsum dicere pro eo senatu, qui in optimis sibi non paruerit. Si dixerit tacuisse, quomodo iniquē non agit, qui cum liceret, peccaturos ut dehortaretur, hoc quidem nō faciebat: nunc autem audet dicere, quemadmodum oporteat eos qui tot mala perpetrauerunt, coronare. Puto igitur non fore ut abstineat ab eiusmodi rationibus, quod hæc omnia illi euenerint propter pensiones quas in utilitatem Reipublicæ à paucis exegisse se dicet, qui multas pecunias sine pudore non reddebant. & accusabit hos paucos, rem credo facilem transigens, qui non soluebant pensiones: ac præterea dicet omnem licentiam dari, si condemnabit se, quo minus exactiones soluantur. Vos autem Athenienses primū illud cogitate cum animis uestris, non ut de ijs iudicaretis, iureiurando deuinctos esse, sed num contra leges decretum factum sit. deinde quod est grauissimum, ipse accusat nonnullos quidem, quod cum non soluerint, iniuria ciuitatem afficiant: de ijs uerò quæ iniquē agit, quæq; multo sunt maiora & grauiora, se dignum qui pœna afficiatur, non putat. Multo certē maius est flagitium, scribere contra leges, quā exactionē nō soluere. Quod igitur si eo damnato nec manifestē quisquam uellet conferre, nec exigere, non eo quidem modo absoluendus sit, ex ijs cognoscite. Vobis præter exactiones, quæ erant post Nausinicum ferè trecenta talenta, uel paulo complura, reliqua sunt exigenda XIII talenta: ex quibus septem exegit, Pono ego omnia ab eo esse exacta. De ijs quidē qui sponte soluant,



solunt, Androtione non egetis. At contra eos qui inuiti solunt, opus est nimirum eius opera. Probè igitur est à uobis considerandū in presentia, si tanto aestimatis Rem publicam, & uestras leges, & iurisiurandi conseruationē. Si enim hunc adeò aperte contra leges dicentem absolueritis, omnibus has pecunias, religioni, iusiurando, & legibus prætulisse uidebimini: quas neq; si quis de suo uobis dederit, dignum erat accipere, nedum si ab alijs exigeret. Quare ubi hæc dixerit, mementote iusiurandum, & animo uobiscum repetite accusationem, non nunc de exactio- num collatione agi, sed utrum leges esse ratas atque sanctas oporteat. Ac uerò de ijs cum multa possim dicere, & quomodo uos à lege abducendo decipere quærat, & quæ memoria teneatis, aut prætermittenda repetere, quia hæc satis esse existimo, silentio inuoluam. Volo autem huius boni & belli hominis, quæ gefsit in Republica perquirere, per quæ nihil rerum flagitiosissimarum prætermisisse erit perspicuum: ipsum præterea impudentem, audacem, furem, superbum, & potius qui in omni re, quàm qui in Democratia uersetur, dignum commonstrabo. In primis ob quod factum effertur, nempe ipsius pecuniarum exactio- nem, exquiremus: & prætermissa eius iactantia, rem qualis fuerit contemplabimur. Hic cum Euctemonem affirmet uestras habere exactio- nes, id que se conuicturum iudicio, alioqui ex suo se depositurum promittens, cum euertisset decreto magistratum qui sorte illi contigerat, hac simulatione ad exigendas pecunias irrepfit. Cum autem posthæc concionem haberet, quòd uobis data esset trium optio, aut pompas intercidendi, aut rursus pecunias conferendi, aut ab ijs qui deberent exigendi, cum que uos meritò eligeretis, ut à debitoribus pecuniæ exigere- rentur, is pollicitationibus detinens, atq; propter temporis rationē magnam nactus libertatem, latis legibus de ijs non existimauit uti oportere: nec, nisi has putaret satis, alias ferri. Decreta autem inter uos grauiā, & cum legibus pugnantia statuit, per que ueluti quadruplator lucrum faceret. Multa etiam quæ uestra erant, cum scripsisset XI uiros se secutos esse, furto surripuit. Hos posteaquàm in sua potestate habuit, in ædes ciuium duxit: & Euctemonem, à quo exacturum se, alioqui depositurum exactio- nes, aiebat, de ijs non poterat coarguere: à uobis autem exigebat, tanquam ad ea non propter Euctemonis, sed uestras inimicitias accessisset. Atqui nemo existimet me dicere, debitoribus non exigendas esse pecunias. quin oportet: sed quomodo? Nempe ut lex iubet, aliorum causa, non propter alicuius inimicitias. Id enim est populare. Non profectò Athenienses, tot pecunijs hunc in modum exactis tantum utilitatis accessit, quantum damni fecistis, postquàm hi mores in ciuitatem introducti sunt. nam si uultis perpendere, quamobrem quisque malit in Democratia potius ui- uere quàm in Oligarchia, id sanè inuenietis esse in promptu, quod in Democratia mansuetiora sunt omnia. Quod hic igitur, quàm quisquam in quacunque uultis Oligarchia, impunior extiterit, præteribo. Sed apud uos quando unquam grauiora fu- erint sub triginta tyrannis, omnes referre possietis. Tunc, ut audire licet, nemo erat qui priuaretur salute, qui seipsum domi occultasset: sed hoc accusamus triginta tyran- nos, quòd homines ex foro iniuste in carcerem arriperēt. Hic ipse suo delectabili sce- lere illos ita superauit, ut quamuis in Democratia uersaretur, secum adducens XI ui- ros, suam cuique domum carcerem constituerit. Atqui Athenienses, quid arbitrami- ni? quando homo pauper, aut etiam diues, qui multa consumpsit, ideo que argenti parum diues, uel lectū ad uicinos traiceret, uel lectū subingrederetur, ne corpore de- uincto in compedes raperet, uel alia turpitudine afficeretur: quæ seruorū sunt, & nō liberorū opera: & præsertim cum in cōspectu suæ uxoris hæc ageret, quam ut liber, et ut ciuis Atheniensis duxerat. horum uerò autor extitit Androtion, quæ pro se, nedū pro ciuitate, facta ipsius et antea facta uita, sumere pœnas nō sinūt. Et quid si quis ipsum interrogaret, exactio- nes utrū ex facultatibus, an ex corpore debeantur? Ex facultati- bus (si uera fateri uelit) responderet: ex ijs etenim exigimus. Qua igit de causa, cū sine bas prædā publicari, & domos, & hæc præscribi colligebas, & homines ciues cōtume- lia afficiebas, atq; miseros inquilinos, quibus cōtumeliosius mancipijs tuis utebaris? Atqui si uultis cōsiderare, quid interest inter seruū & ingenuū, hoc quidē interesse re- perietis, quod seruis corpus omnib. flagitijs est obnoxiiū: ingenuis aut, quamuis casus



ferat ut magnopere delinquant, corpus tamen seruire licet. ex re enim pecuniaria de plerisque erratis poenam sumere, ab his quidem conuenit. Hic uero contra, ex corporibus tanquam ex mancipiis supplicium sumpsit: & adeo turpiter & auare se dedit in uos, ut patrem suum quod Reipublicae deberet, publice deuinctum in carcere, & nec persoluerit, nec fuerit iudicio dimissus, effugere debere arbitraret: at ex alijs ciuibus qui non esset soluendo, ex aedibus in carcerem arripit. Praeterea quasi quodcumque sibi liceret facere, Sinopem et Phanostatem meretrices, quae nullas exactiones debebant, oppignerauit: tamen si quibusdam uiderentur dignae illae quae istae paterent, res tamen non erat digna fieri. Usque adeo superbe quidam sese gerunt ex occasione magistratus, ut ad aedes ueniant eorum qui nihil debent, & suppellectilem auferant. Viderit enim quisquam multos dignos pati multa, & perpeffos fuisse: at haec non iubent leges, neque Reipublicae consuetudines, quae uobis seruandae sunt. At inest misericordia, uenia, & omnia quae liberis hominibus conueniunt. Quorum ipse omnium quae fiunt in Republica, & natura & disciplina merito expers est. multis enim contumelijs affectus est, & ludibrijs diuexatus: quippe qui consuetudine eorum uteretur, qui non amabant, sed qui plurimam pecuniam dare poterant. At in quem decebat te iram effundere? Sanne quidem non in quemuis ciuem, neque in eiusdem artificij meretrices, sed in patrem, qui te hoc modo educauit. Itaque quod quidem haec non sint grauiora & periniqua, ipse non poterit dicere. Est enim sic premortui pudoris, ut in populo captandi iudicij causa semper orationes subornans sibi, in hac accusatione auderet dicere, pro uobis & uestra causa inimicos in se deriuasse, et nunc in extremis periculis uersari. Ego uero Athenienses, uolo demonstrare, hunc ne tantillum quidem mali passum fuisse, neque passurum, propter eas res quas pro uobis egit: attamen propter suam improbitatem, & de Dijs ipsis inimicam lucrandi turpitudinem, passum quidem nihil ad hunc usque diem commonstrabo: sed passurum, si ab equitate & iure non decesseritis. Cogitate enim sic, quid aliquando uobis pollicitus sit, & ad quid agendum ipsum creaueritis, ad pecunias exigendas. Ad quid agendum praeterea aliud? Nihil. Agite uero, singulatim uobis in memoriam exactiones redigam. Hic exegit a Leptine ex Coela  $\times \times \times 1111$  drachmas, a Theoxeno Alopece drachmas  $L \times \times$ , & paulo quidem plus, a Callistrato Euphori filio, & ab adolescente Telesti, nominatim referre non possum: sed ex omnibus ferere, ne singulos persequar, neminem noui qui supra minam deberet. Putatis ne horum unumquemque odio habere, & inimicitias exercere cum ipso, propter huiusmodi exactionem? an propterea, quod hunc quidem omnibus uobis audientibus in populo seruum dixerit, & ex seruis esse, et conuenire ut sextam partem (quemadmodum inquilini ipsi) persolueret: illum uero ex scorto liberos habere, illius patrem corporis quaestum turpem fecisse, illius matrem scortum fuisse: alij, quaecumque debuisset, ab initio in tabulas retulisse dicebat: alij, hoc esse: alios subinde omnes uitij fan di atque nefandi falso insimulabat. Ego quidem probe noui, ab omnibus in quos debacchatus ipse est, hanc exactionem necessariam sumptum existimari. Et propterea quia est infamatus & contaminatus, molestus tulit. Illud quoque scio, uos ad pecunias exigendas hunc creasse, non ad calamitates cuique uitio dandas & proferendas. Si erant uerae, tibi non erant dicendae, quando quidem multa nobis praeter uoluntatem aguntur: sin non conuenientes fingebas, quomodo non quodcumque merito patereris? Ex hoc etiam euidentius cognoscetis, ut hunc quisque non propter exactionem, sed propter ea quae contumeliose & petulanter effundebat, odio persequitur. Satyrus enim naualium curator, non  $VII$  talenta ab hisdem his hominibus, sed  $\times \times \times 1111$ , ex quibus armamenta exhibuit nauibus in altum prouehendis, exegit, atque ob id neminem sibi inimicum ait reddidisse: neque propter pecunias quas exegit, quenquam infestum esse: quippe qui, ut arbitror, quod erat iniunctum sibi, faceret. Tu uero tua temeritate ac audacia licentiam assecutus, homines te multo meliores, melioribusque parentibus natos, qui multa impenderant in ciuitatem, fallis & grauibus contumelijs licere tibi implicare arbitraberis. An illi crediderint, sui causa te haec fecisse, atque tuae impudentiae & malitiae facinus in se receperint? qui propter haec aequius odisse te, quam seruire debent. Qui enim pro ciuitate aliquid facit, illum oportet mores ciuitatis imitari. Atque tales homines incolumes conseruare,

Athenienses,



Athenienses, & eos qualis hic est, odisse par est. Et si illud scitis, dicam tamen. Qualescunque diligere, et defendere uidebimini, ijs similes reputabimini. Quod autem exactiorem ipsam pro uobis omnino non fecerit, id statim planissimum faciam. Si quis enim quaerat ab ipso, utri uidentur magis afficere iniuria ciuitatem, agricolae ne & parci homines, propter alendos liberos, ac sumptus familiares, & ob quae pecuniam non contulerint: an ij qui pecunias eorum qui uolunt eas conferre, & sociorum, furantur ac perdunt? Non sane eò peruenit audaciae, quamuis sit impudens, ut dicat eos qui sua non conferunt, iniquius agere, quam qui publicam pecuniam adimunt. Qua igitur de causa, o improbe (sunt enim amplius quam triginta anni, cum ad Rempublicam accessisti, & hoc interim spacio multi imperatores urbem expilarunt, atque adeo multi rhetores ob id in iudicium uocati sunt, quorum alij mortui sunt ob ea quae iniquè commiserant, alij recedentes exulant) nullus unquam repertus es accusator? An indignari uisus es ob ea quae patitur ciuitas? cum praesertim adeo sis confidens, & tam in dicendo acer. Sed hic uisus es curator, ubi multos te oportebat male afficere. Vultis Athenienses, ut horum causam uobis reddam? Nempe ea est, quod inde fiunt quidam lucri participes, in quo uos iniuria afficiunt: & ab ijs à quibus exigunt, clam auferunt. Propter inexplebile uerò morum cupiditate bifariam Reipublicae fructum consumunt, & exhauriunt. Neque enim facilius est multorum, & in paruis delinquentium, quam paucorum & in magnis peccantium inimicitias contrahere. neque popularius est profectò multorum, quam paucorum iniquitates animaduertere. Sed in causa est, quod ego dico. De illis paucis se quidem unum esse nouit, qui deliquerunt. Vos autem nullius precij esse putauit: quocirca hoc modo uos tractauit. Si enim mancipiorum ciuitas, et non eorum qui alijs imperare dignos se putant esse, pro confesso haberetur, huius (Athenienses) contumelias non tolerauissetis, quibus in foro uos affectit inquilinos. namque pariter & Athenienses ciues uinciebat, abducebat, clamitabat in concionibus, in suggestu, seruos ex seruis natos, qui erant se meliores, & ex melioribus orti, nominabat. Quarebat, an frustra carcer esset aedificatus. Ego sane affirmauerim: siquidem pater eius cum ipsis compedibus inde subsiliendo in pompa bacchanalium effugit. Reliqua uerò omnia quae contumeliose egerit, tot adeo sunt, ut nemo queat recensere: de quibus cunctis protinus ut poenam sumperitis, operae precium est exemplum alijs statuere, ut in ciuibus tractandis sint moderatiores. Sed mehercule in his quae dicta sunt de Republica, ab eo administrata, talis extitit. Sunt & alia quae pulchre gessit: sed & reliqua ita progressa sunt omnia ad uos, ut minime ob ea quae audiuiistis, dignus sit qui odio habeatur. Ecquid uultis dicam? res ne ad pompas pertinentes ut refecerit, & coronas euerterit? an pulchram phialarum perfectionem? At ob id, etiamsi aliud nihil iniquè egerit in urbe, qui ter, non semel moriatur, dignus esse uidetur. Etenim sacrilegijs, impietate, furto & omni grauissimo crimine obstringitur. Multa quidem, in quibus dicendo uobis fucum fecit, praeteribo. At cum dixisset, propter diuturnitatem temporis coronarum folia defluere, & marcida esse, tanquam uiolearum uel rosarum, & non auri essent: eas fundendas esse persuasit. Deinde in exactiōibus ministrum publicum adesse uoluit, quasi scilicet iustus esset, in quibus unusquisque conferentium custos sibi esset futurus. In coronis uerò quas percutiebat, non eam equitatem adhibuit, sed ipse orator, aurifex, questor, custos erat. Atqui si cuncta quae facis in utilitatem Reipublicae, cui credantur te dignum arbitraberis, non eo modo esse fur deprehenderis. Nunc uerò in exactiōibus, quod iustum est cum statueris, ut ne tibi, sed suis seruis urbs credat: quando aliud quid agent, & res sacras mouens, quarum nonnullae seculo nostro non erant dedicatae, minime adscriperis ipsam custodiam, quam quidem de collationibus praeterfers: non ne cur id feceris, est perspicuum? Ego quidem esse arbitror. Atqui Athenienses, per omne tempus considerate, quam pulchras, quam imitatione dignas inscriptiones urbis sustulerit, & quam impias & iniquas pro illis inscripserit. Cuncti credo spectatis, sub coronarum mediolis inferne scriptas, Socij populum fortitudinis & iustitiae ergo: aut, Socij hoc praemium uirtutis Mineruae. aut per singulas ciuitates, & hi & illi populum, seruati à populo: ne longius abieritis, Euboenses in libertatem uindicati, populum coronarunt. alicubi sic erat inscriptum,

Conon



Conon de prælio nauali aduersus Lacedæmonios. Huiusmodi erant coronarū inscriptiones. Has igitur, quæ magnam admirationem et decus urbi afferebant, euerfis coronis deleuit. In phialis autem, quas pro illis fecit scortum illud (Androtione curante factæ sunt) inscriptum est: & cuius corpus meretricio quæstu obstrictum leges non sinunt in templa ingredi, eius nomine in facellis ipsæ pateræ inscriptæ sunt, non enim hoc talem gloriam, qualem priores inscriptiones, affert. Tria igitur grauisissima ex hoc ab Androtione et eius defensoribus esse commissa, quisque uidere poterit. Mineruam coronis spoliarunt: urbis admirationem ex præclarè factis, quorum monumenta erant coronæ, sustulerunt: ijs qui eas dedicauerunt, non exiguam gloriam ademerunt. quippe qui uoluerunt beneficiorum, quæ à uobis acceperant, memores uideri. Huiusmodi & tot, quæ uix numerari queunt, mala perpetrarunt: eoq; audaciæ simul & stuporis deuenierunt, ut horum quasi pulchræ ab ipsis administratorum mentionē faciant. Quapropter hic quidem se per illum à uobis seruatū iri putat: ille uerò alsidet, & rebus se non immiscet. Sic autem ad pecunias nō solum impudens, sed etiam ineptus est, ut minimè cognoscat illud, coronas quidē uirtutum, phialas uerò diuitiarum esse signa. Et corona omnis, quamuis parua sit, perinde ac magna honorem affert: pocula uerò, siue acerræ, si numero excesserint, diuitiarum aliquam famam possessoribus impressam reliquerunt. Si quis in paruis se iactet, tantum abest ut aliquem honorem propterea consequatur, ut etiam stupidus & hardus esse uideatur. Hic igitur sublatis gloriæ monumentis, diuitiarum parua, & uobis nequaquam digna fecit. Illud etiam ignorauit, ad comparandas pecunias nunquam populum studio motum fuisse: sed ita ad gloriam, ut nihil aliud præterea studeret. Argumento illud est, quòd pecunias plurimas, quibus præ cæteris Grecis olim abundauit, pro studio gloriæ & honoris impendit, conferens de suo: nullum periculum pro gloria declinauit. Vnde possessiones immortales sunt ipsi partē, partim factorum memoria, partim donationum quæ ob illa collata sunt pulchritudo: propylæa ipsa, templum Mineruæ, porticus, naualia. Non amphoræ duæ partæ sunt, non phialæ quatuor aut tres, unaquæque pendens minam: quas ubi tibi uidebitur, rursus suadebis ut fundantur. non enim qui partem inde sumunt decimam, non qui duplices fingunt exactiōnes, quas etiam hostes detestarentur, has posuerunt: neque ijs quibus tu, consultoribus usi, qui Rempublicam administrarunt: sed qui hostibus deuictis, & alijs peractis quæ sapiens quisque à Dijs immortalibus precaretur, urbem ad concordiam adduxerunt, immortale decus sibi reliquerunt. Qui talia exercuissent, qualia tu in uita perpetrasti, foro & commercio aliorum eos interdixerunt. Vos uerò Athenienses, ad hoc stultitiæ & socordiae estis adducti, ut cum non habeatis huiusmodi exempla, hæc imitemini. Sed Androtion uobis earum rerum quæ ad pompas pertinent restitutor est: Androtion, ô terra, ô Dijs. & hanc impietatem reliqua minorem arbitramini. Ego quidem existimo, oportere eum qui sit templum ingressurus, & aquam sacram & canistra tractaturus, quiq; Deorum curæ antistes sit futurus, non solum dictionum dierum numero castum esse, sed etiam per omnem uitam ab huiusmodi rebus uacuum atque purum, quas in uita sua hic exercuit.

## DEMOSTHENIS ORATIO CON-

TRA ARISTOGITONEM, PHILIPPO

*Melanchthone interprete.*

*à medijs, Nihil  
opus est longa oratione, nempe  
in re nota.*



GO iam dudum in hoc confesso cum Lycurgi orationem audirē, præclarè quidem illum hanc causam agere iudicabam: uerū hoc mirabar, quid magnopere contenderet, cum in hac controuersia ne quidem requiratur ab oratore, quid de reo statuendum sit, sed de re nota, ut quisq; pro suo affectu uel odit scelus, uel approbat, iudicaturi litis. Et in hac causa ex more tantum accusationem institutam esse existimo: ceterū adferre uos domo iudicium rei, ut quisque adfectus est. Quod si maior pars è uobis sentit hoc genus improbos ciues seruandos esse, frustra à nobis hæc fabula agitur: sin odistis pro eo acmerent, si uolet Deus, hic quoq;



hic quoque pœnas dabit. Sed cum alij multa de causa præclare dixerint, tamen & meâ sententiam non grauabor recensere. Neutiquam mihi uidetur alijs actionibus hæc causa similis. Iudices conueniunt aliâs, ut ex actore & reo controuersia cognoscant, & quomodo pronuntiare debeant. Deinde, eorum qui litigant, uterque adest, ut sua iusta exponat. At in hac causa longè aliter se res habet. Iudices enim melius norunt causam quam accusatores, quod hic & debeat Reipublice, & in arce scriptus sit inter ærarios. Nec fas est ei causam dicere. Itaque singuli iudices, hic cum accusatorum locum obtinent, tum exploratum habent quam sententiam de reo ferre debeant, nec opus est nostra oratione. Reus uerò nihil in iudicium adfert, quod sibi patrocinetur, non ius, non priuatæ uitæ dignitatem: uerum confidit elabi eiusmodi artibus, quibus alij uel innocentes prægruari se metuerent. Nam omnem salutis spem iste ueterator in eximia improbitate collocauit. Quod cum ita sit, non tam de Aristogitone iudicium sit, quam de uestra fide. Nam si palam fiet, uos huiusmodi notis flagitijs succensere, & pœnas irrogare, incolumis erit autoritas uestra: uosque & sanctos iudices esse, & legum custodes uniuersa ciuitas prædicabit. Sin autem diuersum acciderit, quod cum fateri nemo aufit, tamen calculi prodent: uereor, ne dum perpetuò conuiuetis ad huius flagitia, uideamini ciuibus uestris ludum improbitatis aperire. Nam improbus per sese parum uirum habet: sed si uestro præsidio tegatur, tum demum multum pollet. Id ut illi quaestuosum est, & ad potentiam retinendam conducit, ita uobis summo decori fuerit. Sed priusquam de causa dico, duxi uos paucis monendos esse, ut confideretis, quantum istæ beluæ dignitati ciuitatis noceant, in quibus facile primas habet iste. Et ut cætera prætermittam, ueniunt in conciones, ubi uos dicendæ sententiæ potestatem eis fecistis, non locum esse uoluistis improbitati & impudentiæ expromendæ, ac uociferandi, conuiciandi et calumniandi. Quæ cum officiunt maximè in consulendo, tum etiam turpissima sunt. Et his moribus opprefferunt omnia urbis instituta, leges, magistratus, relationes, ordinem dicendi sententias. Quod si uobis autoribus ista fiunt, non est quod magnopere laboremus: sin autem corrigenda, & Rempublicam ab istis labefactatam in pristinum statum restituendam esse ducitis, non ut hæcenus consueuistis, sed seuerè iudicare debetis, & uereri Deos, & inexorabilem ultricè scelerum Vindictam, quam Orpheus, qui uobis ceremonias tradidit, iuxta louis sedem assidere, & omnium hominum facta cernere dixit. Hanc caute, ne contumelia afficiatis: & cogitate quod oculos in singulos defixerit, & quod hodie patria suam dignitatem apud uos deposuerit, & à uobis iusiurandum pignoris loco receperit, nisi eum cum hac religione ad iudicandum accesseritis. Sed negligentiam uestram, qua consueuistis uti, huc adferetis: uereor ne hoc accidat, ut uos potius accusasse uideamur quam Aristogitonem. Nam si conuictio aduersario ad crimè usque adeò manifestum conuiuebitis, hærebit in uobis perpetuò huius infamia iudicij. Sed de his satis. Ego autè ut familiariter uobiscum agam & quod res est dicam, cum me huic causæ actorem constitueitis, inuitus eam suscepi. quanquam enim sciebam non impune esse talia flagitia designare, tamen uideo uos non antè expergisci ad sumendum supplicium de aliquo, quam irritarit uos non uno scelere, nec faciat peccandi finem. uerum duxi uestre auctoritatis obtemperandum esse. Existimabam autè Lycurgum de crimine dicturum, & testes producturum esse, quare ego uos commonefaciâ, quam diligenter eos qui ad gubernacula in Repub. sedent, conseruare leges deceat. Et nunc ad ea accedam, modò uos concesseritis mihi pro meo more, meoque iudicio causam perorare. Vniuersa hominum uita, siue magnas urbes incolant, siue paruas, partim natura, partim legibus regit. Natura uerò incerta & uaria est, & sua cuiusque hominis. Leges autem communes omnium idem omnibus præscribunt. quia enim natura praua est, saepe improbum consiliu caput in rebus gerendis, atque inde delicta omnia existunt. Leges uerò imperant iusta, honesta & utilia: & eo consilio leges conduntur, ut queratur id quod honestissimum & utilissimum est. Quod cum fuerit deprehensum, fit edictum, ac proponitur, quo iuxta omnes teneantur: idque lex est, cui obtemperare omnes decet, cum propter multa, tum maximè quia lex inuentum et donum Deorum est. Decretum uerò prudentum uirorum, emendatio delictorum, quæ uel consultò uel inconsultò admittuntur. Ciuitatis autè

Hh

commune

Collatio: Hæc causa alijs distimilis est. constat autè distributio ne collatio, quid hic iudices sentiant, quid actores, quid res.

Translatio ad iudicum periculum & officium.

Infectio scelerum phantari, ut iudices officij sui admovent.

Propositio, leges esse conseruandas, adeoque puniendū esse Aristogitonem. Confirmatio. Ratio petita ex definitione Legis.



Syllogismi huius  
minor: Sed uis  
lauit leges Ari-  
stogiton.  
Et exaggerat eā  
distributione, col-  
ligēs quoties la-  
serit leges Ari-  
stogiton.

Redit ad genera-  
lis propositionis  
tractationem, et  
ex utili et exē-  
plis colligit le-  
ges esse seruand-  
as.

commune fœdus, iuxta quod uiuere omnes ciues decet. Porrò Aristogitonem inter  
ærariorum esse constat, nec potest diuersum facile doceri. Etenim, cum duabus de causis  
leges ferantur, tum ut delicta caueantur, tum ut admissa puniantur, ut exemplū poenę  
alios absterreat: hic cōmisit in utrumq; genus legū. Primū enim quia deliquit, mul-  
cta ei dicta est. Deinde, quia in multa pendenda rursus nō obtemperat, nūc in ius uo-  
catur. Itaq; nihil ei relictum est, quo se excusare aut elabi possit. Neq; hoc dici potest,  
Rempub. hac in re nō lædi. Nam si huius calumnię uicerint, exemplū ad omnes perti-  
nebit, neq; ærarius ullus quidquā persoluet. Et si cui cōdonanda multa est, certē mo-  
destioribus, et qui nō grauius peccarūt, condonari debet: non huic audacissimo ne-  
buloni, et grauissimis de causis cōdemnato. Quid enim est grauius, quā falsa roga-  
tione & iniquo iudicio, ut iste fecit, ciuē circūuenire ac necare? Iam, si omnibus con-  
donaretis, tamē nō patiemini uim uobis afferi, & cogi uos, ut multā remittatis. quid  
enim aliud quā uim parat iste? Postremò, ut cetera omittā, si huic ignoscetis, totus sta-  
tus Reipub. conuellet, et labefiet. Dicam autē nihil uulgare, nihil superuacaneū, nihil i-  
gnotū uobis, si quis expendere uolet, quę res in ciuitate autoritatē senatus, cōcionis  
aut iudiciorū defendat, aut magistratuū uices gubernet, ut nouis ultrò cedāt priores  
perfuncti magistratu. Postremò, quę res tranquillitatē & salutē toti ciuitati adferat, in-  
ueniet tantū adferre cumulum honorū leges, & quod his parēre cogimur. Nam si his  
abolitis liceat cuiuis quicquid libuerit, non solum de Repub. actum erit, sed planē ni-  
hil intererit inter ferarum uitam ac nostram. Quid enim existimatis hunc facturū esse  
abolitis legibus, qui saluis illis tantum sibi permittit? Postquam autem secundum De-  
os salutem ciuitatis maximē leges tuentur, debetis perinde atq; cum publicum tribu-  
tum exigitis, & obtemperantē iustis laudibus ornare, tanquā tributum ad publicā ne-  
cessitatē liberaliter conferentē: et in eum qui recusat, animaduertere. Nā ut pecunia in  
cōmune confertur publicę salutis causa, ita sua quisq; facta sentiat ad cōmunem statū  
ciuitatis pertinere. Si quis committit in leges, non id priuatim tantum ad autorem fa-  
cinoris pertinet, sed quantum in ipso est, maxima ciuitatis ornamenta & præsidia uo-  
bis eripit, & uniuersum statum ciuitatis labefaciat. Quod ut faciam uerisimile, unum  
atque alterum exemplum ex ijs quę maximē insignia sunt, recitabo. Quę res à consi-  
lio senatus de arcanis rebus deliberantis, multitudinem quo minus irrumpat, prohi-  
bet: num cancelli tam fragiles? In Areopago cum senatus in regia porticu sedet, num  
funiculus excludit uulgus, ne senatum inturbet? Quę res magistratibus ritē crea-  
tis, cum præconis uoce reliquus populus submotus fuerit, præsidio est in legibus con-  
seruandis? & alia multa. Denique omnia quę decent in ciuitate bene constituta, li-  
berorum erga parentes obseruantia, reuerentia erga maiores natu, ordo in actioni-  
bus omnibus, legum beneficio retinentur, quę à turpitudine ciues, ab immodestia,  
ab iniurijs, ab impudentia deterrent. Petulans enim & audax improbitas est, & alieni  
cupido. Contrā, probitas amans est tranquillitatis, uerecunda, contatrix, nec facile à  
suo statu deijcit. Proinde, illi qui res iudicant, conseruare leges, & earū robur defende-  
re debent, quarū ope adiuti boni in ciuitate incolumes sunt. Sin autē sinetis eas exo-  
lescere, dissoluetur status Reipub. & omnia confundentur: & ut quisq; est improbi-  
simus, ita plurimū poterit. Qualis enim, bone Deus, status erit Reipub. si singuli Ari-  
stogitonis audaciam imitentur, & existiment licere, dicere et facere quicquid libet: si  
sit impune, & si contemnant honorū de se opinionem, si quis alium nulla causa occi-  
dat: si priuatus sumat sibi id, quod ad Magistratus proprię pertinet: si nec iuuenes de-  
scripta munera obeant, nec senes suum officium faciant: denique si refixis legibus su-  
am quisque libidinē pro lege atq; imperio habeat. in huiusmodi moribus cedo, cuius  
uita in ciuitate in tuto erit? Quare legum autoritas incolumis esse debet. Quā mul-  
ta enim uiolenta consilia, quā uarię iniurię, quę contumelię quotidie in omni-  
bus urbibus susciperentur? cum modò & tranquillę sint, & suo quęque ordine faci-  
ant. Denique, quid opus est uerbis in re manifesta? Nam uel inde apparet, leges pā-  
rere tranquillitatem urbibus: quod cum omnes fortiantur, tamen hi tantum iudicant  
res, quorum fors uincit. Quare? quia & sorte ducti sunt, & renunciati iuxta leges, &  
cum uobis leges iudicandi potestatem fecerint, turpe erit absoluer eum qui uim cō-  
tra leges



tra leges parat, & non succensere aut incādescere propter tanta flagitiā. O execrabile scelus, cum tua licentiā, non cancellis, non foribus, sed mulctā, eaq; per scripta in arce septa & frenata sit, tamen huc irrūpere audes, unde te leges procul extrudunt, multo antē confossum tribus iudicijs, à censoribus, à quaestoribus: & cum per calumniā alio oppresso condemnatus es, & tantum non ferreis cathenis alligatus: tamen huc disruptis uinculis irrepisti, & inani prætēxto putas te leges omnes elusurum esse. Sed adferam uobis exemplum, quod doceat non esse negligendum legum contemptum, uel in parua re. Nam si quis descriptos ciuium ordines turbare uelit, & cōsulat ex militum aut praefectorum rei nauticae, aut classiariorum numero aliquot exemptos oratoribus addendos esse, hunc haud dubiē occideretis, uelut perturbantem ciuitatis statum: idēq; iurē. Porro quanto grauius hoc malum est, potestatem facere capessendę Reipub. aut per uim, aut destinatis carceri, aut infamia notatis, aut erarijs, deniq; hoc genus alijs qui & habentur, & re ipsa sunt scelerati, quae omnia in hunc competunt. Itaq; ego statuo iam olim hunc ea perpetrasse flagitiā, quae capitalem pœnam merebantur. Quantum autem audebit, si uestra autoritas, quod Dij prohibeant, potestati eius robur addiderit: Mirum autem esset, neminem id scire hunc ad nullā Reipub. partem gerendam idoneum aut utilem esse. Dij meliora, quam ut tanta bonorum uirorum inopia sit, ut aliqua Reipub. pars ad Aristogitonem deferenda sit: qui ad quas res idoneus sit, abominor dicere. Quod si tamen tanta est inopia hominum, satius fuerit prorsus nullos esse Magistratus, quam tales praefici, quibus uoluptas esset euertere Rempub. Nam quod tantum scelus est quod non audeat hic homuncio suscipere, inflammatus ueteri & paterno odio erga populū: nō alius ad euertendā urbē magis idoneus inueniri posset. Nō uidetis quod mores eius priuatim, & actiones omnes publicē nō ratio, non pudor, sed desperatio gubernat: Neq; em̄ alia res eum ad suscipiēdas has actiones omnes incitat, nisi desperatio. Quod cū singulis exitiale malū est, tum Reip. nullo modo tolerandū. Nam desperati caeci praecipitāt in pericula, nec diligētia & cōsilio salutē suā muniunt, & planē casu fit ut incolumes euadāt aliquando. Quis igit sanus aut suā aut patriā salutē eiusmodi homini cōmittat: Quis nō procul fugiat, & desperatū longē à Repub. submoueat, ne quis in talem uel praeter opinionem incidat: Nam eos qui urbibus consulunt, quaerere oportet, non quorū temeritate euertant Rempub. sed quorū prudētia & diligētia sustentēt. Nam sceleratam prudentia omnib. hominibus parit. Temeritas eō abripit, quorsum auferre illū oportebat. Videte uerō non tam orationē meā, quam communē hominum uitam. In omnibus urbibus arae atq; templa Deorū sunt: in his etiam Prouidentiae arae sunt, tanquam magni numinis. Est & apud Apollinē in Delphis in ipso tēpli aditu Prouidentiae ara: & est Apollo ipse uates, prospiciens atq; monēs in utramq; partē quid sit optimum, neq; ulli generi hominū desperationis & impudētia arae sunt, sed iusticiae atq; uerecundiae, quarū sanctissimae arae sunt in animis bonorū. Cōmunes uerō ideo conditae sunt, ut uirtutes illas omnes coleremus tanquā numina, nō impudentiā, non calumniā, nō periurium, non ingratiudinē, quibus iste uitij laborat omnibus. Fugiet autem in defensione rectam uiam defendi causam. Sed extra causam conuicia & calumnias in me congeret, et minabitur mihi accusationē, uadimonium, iudicia: quae audietis omnia cōmentitia esse, cum res illae antea saepe iudicatae sint. Sed obmittam uetera, septies uocauit me in iudicium, locans operā suam quibusdam proditoribus, & bis accusauit me referentē rationes. Ego uerō Deorū beneficio euasi, tu uictus cum infamia discessisti. Num si hodie liceret tibi leges omnes tollere, rursus iisdē de rebus mihi tecum certamen suscipiendum esset: Non opinor, biennio iam toto agit causas legibus aetantibus, & agit tamē. Fecit impetū in plerosq; alios quos iudicauit Rempub. lāsisse. At à me, quem acerbissime odit, à Lycurgo abstinuit, in quos tamen nunc atrocissime inuehetur. Est autē utrunq; dignū reprehensione, & quod dissimulauit si quid nos peccare uidit, impetu interea factio in homines plebeios & inopes: & quod nunc demum nos falso criminari, & uobis fucum facere audeat. Si quis igitur in hac urbe calumniatorē cōducturus sit, ne utatur isto. Nā qui alios accusare audebit, eum oportet integrę famę esse, ne reus elabatur, cum nihil autoritatis ad accusatio-

*Redit ad personam infestationē. eaq; tanquam minoris probatio est.*

*Et primū facit eum desperatū. Et tanquam fuerit, ut ad nullam partē Reip. administrandam idoneus uideatur.*

*Occupatio.*

*Acutissimum dilemma.*

*Mira exuentio, ne quid idoneum esse ad calumniandum.*



nem actor adfert. At nemo est perinde omni genere uitorum coopertus, ut iste. Quid est igitur? Canis, ut aiunt, publicus. Qualis? Lupos, quorum depellendorum causa alitur, non mordet. Oues autem, ad quas custodiendas adhibitus est, dilaniat. Quem enim rhetorum sic uexauit ut priuatos, quorum subinde aliquem mordicus arripit & calumniatur. Quem nostri ordinis accusauit? neminem. At multos interea, ex quo cepit rursus causas agere, idiotas in ius uocauit, a quibus tamen superatus est. Scitis autem eos canes a quibus periculum gregi est, necari solere. Itaque neque hic euadat impune. Nullius enim usus in Rep. est, tantum delegit sibi execrabile quoddam negotium, calumniatur in concionibus, & temere inuadit in omnes: & cum ibi per fraudem uos sibi conuinxerit uniuersos, deinde excruciat singulos, calumniatur, accusat, pecuniam extorquet. Verum Rhetores non attingit, qui norunt eius audaciam retundere. In idiotas & imperitos sauiat. Cuius mihi rei testes erunt, quicumque ab eo uexati sunt. Sed haec fatemini: uerum quia accusator bonus & utilis urbi sit, seruandum putatis. Quid uos ex ipsius oratione hoc aestimabitis, cum re ipsa diuersum experti sitis? toto quinquennio dum multa prohibuit, a foro abfuit, nihil interea fuit cur hunc desideraremus. Nunc cum redijt in forum, quid accessit Reipub. commodi? mihi sic uidetur, urbem, ex quo iste desijt in foro uersari, multo tranquilliores fuisse. Iam, quia rursus agit causas, tanquam hostiliter obsidens urbem seditiosis & tumultuosis concionibus concutit. Volo itaque quaedam uel cum periculo adijcere & cum his exostulare, qui ideo eum seruandum esse dicunt, quia eius usus in accusando multus esse possit, de quibus quid sentiendum sit, uos uideritis. Ego hoc tantum dicam, quod male sibi prospiciunt, qui se isti adiungunt, nec ego quenquam iudicum inter eos pono. Decet enim me de uobis melius sentire & loqui. Sed ex reliquis ciuibus in illo sodalicio Philocratem recenseo, siue discipulum, siue magistrum Aristogitonis: hunc unum nomino, ne plures a me probro adficiendi sint: non quod unus hic eum tueatur, id quod sane optabile erat: sed quia uerecundia quadam prohibeor multos probro adficere, nec ego iam aduersus alios institui orationem. Postremo, etiam unius mentione, reliqui se commone fieri sentiant. Neque uero hic excutiam qualibus moribus esse oporteat eos qui tantopere delectantur Aristogitone. Cupio enim a conuicijs abstinere: sed hoc dissimulare non possum, si simpliciter nequam homo est Aristogiton, & uirulentus calumniator, planeque talis qualem perhiberi se studet, permitto tibi ut tui similem defendas Philocrates: nec tu, si reliqui ciues uolent leges conseruare, multum promoueris. At cum uelut caupo improbitatis quaestum ex imposturarum uenditione faciat, & tanquam uenalicus omnia quae agit uenalia ultrò habeat, quid eum acuis? nam ut coco nihil est opus cultro retuso, ita nec tibi Aristogiton usui esse potest, uolenti per eum alios laedere, cum pecunia abduci a te ad prauaricandum possit. At qui nihil attinet exempla tibi recitare: sunt enim tibi nota. Meministi Hegemonis actionem, scis ut ibi pecunia expugnatus, destiterit ab accusando Demade: postea ut prodiderit quendam olearium. Has causas initio magnis clamoribus agebat, & triumphans sibi uictoriam gratulabatur, & omnia sursum ac deorsum in concionibus mouens, minabatur reo supplicium & cruciatus. Postea cum ille absolueretur, mutus erat: acceperat enim pecuniam. In accusatione Democlis, quam callide prauaricatus est: Praeterea innumera alia, quae mihi difficile est meminisse, tibi notiora sunt, qui earum actionum exempla domi transcripta habes, solitus ei operam tuam uendere. Proinde si quis talem suscipit defendendum, is & suos prodit, & natura cum bonis uiris inimicitiam exercet, nisi putat in urbe uelut agricola semen & radicem aliquam sycophantarum relinquendam esse. Verum id nec honestum est, nec pium. Neque enim maiores existimo iudicia constituisse, ut talia portenta ibi saginetis: sed econtra, ut coerceatis ac puniatis, & ne improbitas ulli lucro sit, aut expetenda uideatur. Porro quam difficulter improbi coerceantur, potest hinc coniectura fieri, quod cum Aristogitone adhuc in iudicio concertandum est, quanquam multo ante condemnatus sit, & iam olim poenam persolvere debuerit. Quid tandem agemus? aut dicemus? eò uentum est audaciam, ut aetarius aliquis, cui foro interdictum est, uociferari in iudicijs, calumniari, minari non cesset. Cum argentum ei duces quibus id commendaueratis,

non

Confutatio, quod  
nec accusator  
utilis sit.



non reddidissent, uociferabatur eos ne quidem dignos esse, qui cloacis praeficerentur, nec uerò ipsos contumelia adfecit. Nam parua pecunia obiecta, poterant ei os obstruere. sed ad uestra suffragia contumelia pertinet, in qua insigne specimen improbitatis suae edidit, legitimos magistratus lacerans, exigens pecuniam, multipliciter ledens: denique annexus ut seditionem concitaret, confictis falsis literis, & totam ciuitatem perturbaret, homo ad hoc factus & sculptus, ut in omni uita alijs incommodet: uidete enim, cum sint circiter XX. millia ciuium, neminem esse puto in his qui non certum aliquod negocium habeat, aut publicum, aut priuatum. At hic non potest nominare quam artem, quod negocium, dignum uel mediocri ciue, uel nobili exerceat: nec uersatur ullo in genere occupationum, quae sint dignae ciue, non exercet opificium, non agriculturam, non aliud negocium ullum habet. Nullam consuetudinem, aut societatem uitae, uel officiorum cum ullo communem habet: sed incedit per forum ceu uipera, ut scorpium exerto aculeo, quem huc atq; illuc uibrat, & circumspicit, cui malum machinetur, quem falso crimine opprimat, cui terrorem incutiat, ut inde pecuniam exprimat. nec adit ullam in urbe tōstrinam, aut myropolium, aut alias officinas, nullas necessitudines, non fidem pensi habet, non communicat beneficia, non colit amicitias, non caetera bonorum uiuorum ulla officia praestat. Sed cum his uersatur, cum quibus pictores fingunt impijs ac sceleratis esse commercium apud inferos, cum diris, cum criminatione, inuidia, seditione, cōtentione. Et cum uerisimile sit, ne quidem apud inferos Deos propitios habiturum esse, sed ad sceleratos propter improbitatem detrusum iri, cur uos peccātem non modò non punietis, sed etiam honore auctum absoluetis, uelut praclarè meritum de Repub. Cui enim arario unquam in hac urbe licuit magistratus capere, aut obire alia publica munera, nisi antè persoluta pecunia, quam ciuitati debuit? Proinde id neque huic concedite, sed uel exempli causa supplicium de eo sumite. Verum utile est audire & alia eius immania flagitia. Nam quae commemorauit Lycurgus, tamen horrenda, tamen restant alia atrociora. Inuenietis itaque reliqua illis non dissimilia, plane que ab eodem ingenio profecta. Nam praeterquam quòd prodito patre ex Eretria aufugit, postea etiam illum mortuum non sepelijt: & non modò sumptus funeris his qui sepeliant, non reddidit, sed eos etiam in ius uocauit: & praeterquam quòd non abstinuit manus à matre, ut paulo antè audistis, sororem etiam suam exportatam uendidit: ut in accusatione adparet, quam iste bonus frater instituerat pro sorore, qui iam hunc sceleratum defendit. Praeter haec tanta scelera maius aliud & horribilius audietis. Nam cum effracto carcere elapsus esset, profugit ad quandam mulierculam, cum qua consuetudinem antea habuerat: apud hanc primis aliquot diebus latuit, quibus eum censores querebant. Est que ab ea fugiens uatico donatus drachmis octo, & tunica, & pallio. Hanc miseram, à qua tantum beneficium acceperat, postquam apud uos rursus in gratia, & aliqua dignitate esse cepit, cum suo necessario tempore flagitaret sibi reddi gratiam, uerberauit, & multa minatus, domo expulit. Sed cum illa impatienter ferret hanc contumeliam, ut sunt imbecilla mulierum ingenia, & ea de re quereretur apud notos, iniecit iste per uim ei manus, & pertraxit ad Libertorum forum: ubi nisi statim numerasset pensionem, in inquilinos constitutam, uendita esset ab eo quem ipsa seruauerat. Quod haec uera sint, accersere mihi hunc qui actionem aduersum patrem institutam uoluit cognoscere, & arbitrum litis, quam pro sorore intenderat isti frater, & caput actionis adfer. Accersas, & mulierculae tutorem & patronum, ad quos iudices adduxerit eam. Antea uehementer stomachabimini, cum audiretis hunc accusasse eos qui contulerant pecuniam seruandi eius causa: nunc non uidebitur multo indignius sic uexatos esse parentes, sororem, seruatricem mulierem? O execrandum monstrum, & à consuetudine hominum procul deportandum. Quae poena satis digna pro tantis flagitijs excogitari potest? mors non satis supplicij fuerit. Adijciam unum praeterea factum plane proprium, ac genuinum naturae huius: caetera praeterrittam. Priusquam euasisset e carcere, cum eodem alius quidam coniectus esset, qui fortè secum syngrapham sibi oppigneratam eò intulerat, hunc adit iste, tanquam aliud agens, surripit tabulas. Ibi cum quaereretur

De priuata uita  
Aristogitonis.

nat.

Narratiuncula  
aliquot delictorum  
Aristogitonis.

περίουσι. Pensio  
quae debetur patronis à clientibus,  
de qua est in iure Ciuili.



alter, sibi surreptas esse tabulas ab isto, eò amentia prorupit iste, ut nihil dubitaret illum uerberare. Sed cum ille recens captus, cuius adhuc uires integræ erant, hunc aridum superaret, memorabili facinore iste periculum discussit. nasum enim alteri præmordit. Sic ille accepta tali plaga, calamitate fractus destitit tabulas reposcere, aut querere. nec multo post inueniunt eas in arca, cuius clavis penes istum erat. Hanc ob causam in ea domo factum decretum, ne quis ignem, lychnum, potum, cibum, aut quicquam cum isto commune haberet, nec ab eo rogarit, nec ei utendum præberet. Et quod hæc uera sint, accersere mihi istum, cuius admorsum nasum deuorauit. Egregia facta rhetoris commemoro, dignum est scilicet hunc tali ore, consilium Reip. dare. iam non pudet uos cum scelesti ac damnati homines in carcere tale de eo iudicium fecerint, ut interdixerint ei consuetudine aliorum, hunc in ciuium numerum recipere, cum eum leges ciuitate exigant. Sed quid uerbis opus est, nihil fecit unquam dignum laude, nihil non alienum officio boni uiri. Ad eum est impius, crudelis, sacrilegus, lycophanta. & cum his moribus audet in omnibus concionibus uociferari, se unum reliquum esse Reip. columnen, alios omnes conspirasse in perniciem ciuitatis, proditos esse ciues, denique se unum præstare debitam populo beneuolentiam. Verum expendamus quibus ex causis tanta erga uos beneuolentia manauerit: ut si uera est, credatis ei uestram salutem: sin autem falso simulatur, caueatis. Ideo ne, uos tam familiariter amat? quia patrem eius capite damnastis: & matrem, quia manumissa patronum deseruerat, condemnatam uendidistis? propter hæc arbitramini uos illi usque adeo charos esse? Verum nihil alienius fingi potest. Nam si parentes amauit, & naturæ iura seruauit, communiter & hominibus & brutis indita, ut amore parentum adficientur, necesse est eum iniquum esse his per quos parentes amisit. Itaque non dubium est, quin sit infestissimus huius ciuitatis hostis. Sin autem nemini ciuium succedet, quis illi fidem habeat, cum ex animo parentum amorem eiecerit, adfirmanti quod uobis bene cupiat? Ego non modo nihil ei fidei habeo, sed & Dijs inuisum iuxta ac hominibus esse existimo, qui parentes neglexerit. Sed quia damnastis eum relatum in ærarios, & bis coniecistis in carcerem, & ipsum & fratrem, num ideo uos impense amat? Id uero stultum est credere. An ne quia repulsam passus est petens magistratum, aut quia condemnatus est in iudicio, rogatæ legis perniciosæ: aut quia quinque talentis multastis: aut quia digito hunc ostendistis, cum improbissimum nebulonem designare uultis: aut quia saluis legibus non potest esse incolumis: aut quia natura impudens est. At qui impudentis appellationem inde meretur, quia mentiri palam nihil pudet. Postremo etiam de causa, ea quæ prætermisisse Lycurgus uidetur, dicenda sunt. Est autem in hoc iudicio perinde nobis faciendum, atque si de funebri pecunia cognitio fieret. Si enim accusaretur aliquis debere certam pecuniam. At ille contra negaret, ubi cognouissetis quo pacto sumptum mutuuum esset, & prolata literæ essent, iudicaretis impudentem esse eum qui se debere negasset: sin autem deessent testimonia, accusator impudens diceretur. Ita & hæc res se habet. Extat pactum ex quo debet Aristogiton, leges uidelicet, quarum autoritate in ærarios relatus est. Cautio, tabula posita in arce, in Mineræ phano. quod si ista sublata sunt, & deletum nomen, nos stulti & iniusti sumus qui hunc postulamus. Sin adhuc extant tabulæ, donec Reip. satisfactum fuerit, sceleratus est Aristogiton, qui ius publicum abolere conatur. Neque nunc iudicium est, omnia ne adhuc debeat: sed tantum hoc queritur, utrum debeat. Et cum atrocis poena constituta sit in eos qui relati sunt in ærarios, etiam si alioqui leuiter peccarint, ne sit ei impune qui magna flagitia admisit, etiam si semel atque iterum ad diem deperderit aliquantum. Et sunt, ut scitis, multe tres perscripte in arce, propter quas in ius uocatus est: & iudicio uictus est, duas multas debere: de tertia litigat adhuc, & Aristonem in ius uocauit, a quo iniuste ait se in ærarios relatum esse. Sed fac ab Aristone iniuriam tibi factam esse, non tamen tibi licuit iure agere. Sed prius oportuit te persolvere reliquas multas, & facere iudicatum, quam cuiquam litem intenderes. Si enim licet tibi agere in foro, tanquam his qui non sunt infamia notati, qua tandem iniuria quereris te adfectum esse: cum etiam condemnatus, nihilominus ea agas, quæ licent his quorum integra dignitas est, iam & hoc considerate, si uicerit Aristonem, quid futurum sit.

Si enim

*Hic arosols,  
Alio erat aduersus  
libertos, qui deseruerant patronos, & que fierant nouos patronos.  
Mirum dilemma.*

*Hic inferuit obiter  
quandam paratulam de cau-  
sa, seu de multa.*

*epic,  
Cautio.*



si enim deletus huius nomine inscribatur Aristo, quæso utrum is cuius exemptum ex ærarijs nomē est, debeat postear & donec inter ærarios est, non debet? Nam hoc agit Aristogiton, ut donec ærarius est, non sit infamis: quod si non est infamis donec ærarius est, scilicet infamis erit exemptus ex ærarijs. Atqui hoc absurdum est. Porro tunc debere desinet, cum nomē eius deletum fuerit: quare interea dum id extat in tabulis, debet. Sed quis eximet eius nomen ex ærarijs? Id ciuitati curæ erit, nec est priuatę potestatis eximere nomen ex ærarijs. Hoc uero iniustissimū est, eum in iudicio periculum partim salutis, partim dignitatis creare illis, à quibus rerum capitalium condemnatus est. Quem enim leges uentant ciuiū iure uti, is insanabilibus malis conatur alios afficere. Quod quā turpe sit, quā alienum à ciuitatū moribus, quā perniciosum, nihil adtinet dicere. Ego cum hoc considero, cœlū terræ misceri uideo. qualis autē fuerit confusio rerum, si terra sursum rapiatur, cœlum irruat in terrę locū: sed hæc, inquiet aliquis, fieri nequeunt. Immo tū misceri & confundi omnia existimate, quando uestre sententię absoluunt eos quos leges condemnarunt, quando improbitas uirtutis præmia intercipit, & honore adfici: e contra uirtus conspuitur, & contemnit: quando ius & publica utilitas inuidia uincuntur. Postremò eorū qui in iudicijs periclitant, & causam tenere nō possunt, animaduerti alios sperare dignitatē antea uitæ præsidio sibi futuram esse, alios confidere nobilitate & maiorū meritis, alios suis erga Rempub. beneficijs, quę cōmoueant iudices, & ad misericordiā flectant. Hic nullo horū locorū uti potest, omnia hæc uideo ei periculosa & prærupta ac uoragines esse. Nā quæ merita patris adferet, quę uos, quia capitali iudicio damnastis, improbū & indignū hac ciuitate esse statuistis? Sed sua uita eū tuebitur, siquidē patris memoria nō subleuat, uerū hæc neutiquā secunda fama transacta est. Sed collationes pecunię allegabit, Patris ne cuius nullū beneficium in Rempub. cōmemorare potest. An suas? uerū ibi nō collationes, sed delationes, uadimoniam & accusationes, quib. uexati ciues sunt, reperietis. Sed in cognatorū dignitate qui pro eo deprecant, spem aliquā salutis positā habet. Atqui nullos unquā habuit cognatos, ut qui nō sit ingenuus. Adest ei tamē in hoc iudicio frater, à quo antea in quodam iudicio uexatus est, de quo quid aliud dicā, quā fratrem esse, nō modò germanū, sed etiam geminū? Hic, ut cætera præmittā, cum occidisset scelestā illam ueneficā Lemniam, emit uenena, & incantationes ab illius ancilla, quæ de misera domina iudiciū fecerat, eamq; prodiderat, ex qua liberos iste suscepit: nunc incantationes & præstigia ad quæstum contulit, & proficitur se medicum eorū qui comitali morbo laborant, cum ipse sic omnibus animi uitij labore. Huius ne uenefici preces apud uos ualebūt? quę si quis uideat, tanquam malū omen auerfetur potius, quā salutanđū iudicet, qui in se ipse capitalē pœnam in illo iudicio constituit, cum fratrem accusaret. Postremò, quę reliquis omnibus de capite periclitantibus, spē faciunt, nō à reo, sed à iudicū natura domo in forū allata, misericordia, uenia, humanitas, hæc nullo modo fas est aut æquū Aristogitonem prodesse: quia quali quisq; erga alios animo est, tali animo uicissim erga ipsum æquū est illos esse. Quomodo autem adfectus est Aristogiton erga omnes? Iuat ne eum uidere alios florētes opibus, ac dignitate? aut quæ officia alijs cōmunicat, ut uideri uita dignus possit, cum ex aliorum malis uitam suā sustentet? quem ciuem non iniquis iudicijs circūuenire et exagitare studet? Id arat unum, id metit, id exercet iste scelestus: quę tanquam piaculum aliquid quod execrari omnes debēt, nempe publicum hostē, omnibus ciuibus infensum, cui neq; terra uictū parit, quemq; nec recipere mortuū uolet. Cum autē innumeros calumniatus sit, qua cedō misericordia erga eos usus est? quos capitali supplicio condemnauit, priusquam uel unus calculus in urnam coniectus est. Porro hi in quos crudelissime sæuijt, à iudicibus uestris seruati & absoluti sunt, nec quinta pars calculorum Aristogitonem suffragata est. Et in illis iudicijs licuit huius acerbiter & crudelitatem uidere & experiri. non enim liberos, non matres eorum quos accusauerat, quasdam etiam senio confectas, quæ sordidatæ in iudicio producebantur, respiciebat. Cur igitur tibi aut tuis liberis ignoscetur, postquam tu ignoscendi morem non modò soluisti, sed planē sustulisti? Ne igitur ad eos applices, & confugas, quos naufragantes à portu exclusisti, immo quos de portu oppugnasti et adflixisti, nō enim aut æquū aut tutum

Id est, si prioribus iudicibus codē natus, non uolet infamis esse, nec uictus ab Aristone uolet infamis haberi.

Amplificatio absurdi.

Hæc enim de causa dixit, nunc de prebita cætera, quibus ueri se poterat Aristogiton. Est autem longæ distributio, nō parientes, nō cognatos, non cætera debere ei prodesse.

Adfectus mouet.

Maior.

Minor.

Conclusio.

ORATIO  
 corruptio. ut ab  
 huc uires in  
 dicitur. nam  
 as desinit  
 claus per  
 ychmū  
 ei utendū  
 de uorant  
 Reip. dicit  
 iudiciū  
 recipere. cum  
 legum laude  
 s. lycophana  
 eiq; est Reip.  
 le uices, de  
 amos quibus  
 ei uelut sal  
 amat. quia  
 eruerat. con  
 hanc esse. Ver  
 iura seruat  
 ficantur. nec  
 dubium est. qu  
 uellet. quia  
 quod uoluit  
 rta ac homin  
 rum relatum  
 nos impend  
 s magistram  
 ia quinq; re  
 ebulonem de  
 ia natura im  
 niri palam  
 s uiderat. d  
 de functio  
 ecumiam. Ad  
 ellet. & præ  
 et. sin autem  
 habet. Exar  
 n gratios rel  
 ata sunt. & d  
 rant tabule  
 abolere con  
 re. utrum de  
 riamū alioq  
 emel atq; in  
 arce. propter  
 tia litigat ad  
 esse. Sed hoc  
 ruius oportet  
 intendere. S  
 qua tantum  
 ra agas. qu  
 Aristogitonem



aut tutum est. Nunc si audieritis, quæ conuicia in foro circumiens in populum dixerit, magis etiam odio habebitis: neque id iniuria uociferatur enim multos alios ærarios esse, eosque similiter peccare atque ipse peccet. Ego uero non nego multos esse calamitosos ciues, sunt enim plures quam uellem, etiam si unus tantum, aut alter fuerit: uerum hi nullo modo similes Aristogitoni sunt. Quantum enim inter eos interlit, uidete. Neque uero putent me ærarij orationem aduersus se instituere. nam id neque hoc in loco fieri conuenit, neque in animum induxi quenquam lædere: sed hoc cupio uobis ostendere, quantum omnes ærarij eum odisse debeant, communicantem suam causam cum ipsis. Etenim bonos uiros, etiam si iniquitate fortunæ circumuentos & obæratos, in quorum uita aut moribus nulla turpitudine, aut infamia hæret, contumelia adficit, & in suo ordine summa cum iniuria connumerat, nihil enim simile eius factis alij admiserunt: qui cum rogationem tulisses, ut tres ciues indemnati necarentur, turpiter in iudicio uictus es, eamque ob causam capitali supplicio adficiendus eras. Num simile huic est, pecuniam et multam grauiorem opinione non posse ad diem persolvere?

*Inuersio.* Neque leue argumentum crudelitatis eius & hoc est, quod quantum in ipso est, prohibet & uos erga ciues uestros humanitatem & clementiam, qua soletis uti, præstare. Nam quemadmodum mutua inter se facilitate utuntur, hi qui in una aliqua domo uiuunt, sic uos publice mutua comitate inter uos utimini. ut enim priuatim, quanquam patrum, filiorum, & nepotum dissimiles uoluntates, dissimilia studia sint: nam iuuenum mores nihil simile senilium habent: tamen ita iuuenes se comparant, si modo sint mediocres, ut non cupiant palam offendere parentes & senes. cum sumptus iusto maiores, aut ludos uident, dissimulant hoc se uidere, eaque res tranquillitatem parit, dum pro suo cuique ingenio uiuere licet. Ita in Republica uelut una in familia, summa humanitate inter uos utimini. Etenim qui calamitates tenuiorum norunt, uidentes non uident, ut in proverbio est, & audientes non audiunt. Rursus illi & tegere sua incommoda cupiunt, & infamiam metuunt. Inde publica concordia, quæ una omnia bona ciuitati affert, firma manet. Hanc consuetudinem fixam in animis ac moribus uestris, tollere & abolere Aristogiton conatur. Et cum alij errata sua, iniquitate fortunæ contracta, clam habere cupiant: hic palam studet delinquere, tanquam suspensis nolis se prodit, & licentiam suam ostentat. Neque eum senatus, neque præco, neque gubernator concionis, neque præsidens tribus cohercere possunt. Non igitur simile conuicium est, si quis petulantia tua prouocatus, & abs te contumelia adfectus, ærarium te esse dicat: & si tu regeras idem conuicium in istum. Nam cum tu præterquam quod ærarius es, multa scelerate feceris, magna iustaque causa est te insectandi, criminandique. Reliquum est igitur, si uobis nihil ab illo periculi amplius esse uultis, cum leges uos commoneant, quale in eum exemplum statuere debeatis, ut eum capitali supplicio afficiatis: aut si ea poena non placet, tantam multam dicatis, quantum non possit persolvere. neque enim aliter unquam ab illo liberabimur. Nam pro diuersitate ingeniorum alij aliter tractandi sunt. Qui enim moderatis ingenijs sunt, sua sponte recte faciunt: alij deteriores, quos tamen pudet palam improbos uocari, quia metu legum & infamiae continentur, peccare cauent. Deterrimos uero illos, & quos uocant consceleratos, constat, non nisi supplicijs coherceri posse. At Aristogiton ita uincit omnes improbitate, ut ne qui dem toties admonitus resipiscat. non enim desinit eadem flagitia iterare, & tanquam ad eundem lapidem sepius impingere. Quanto autem leuius peccatum erat quod initio admisit, rogationem contra leges ferre, & quo hæc grauiora sunt, accusare, uersari in foro, calumniari, conuadari, conuiciari, periculum capitis machinari, accusare perduellionis, maledicere honestis ciuibus, atque hæc facere eum qui ipse sit ærarius, eo grauior poena in eum constitui debet. Hinc enim uelle admonitum dimittere, insaniam est, qui cum nunquam fractus impetu populi, quo castigari solent qui ciuitati molesti sunt, cesserit, scilicet unius alicuius uerbis castigatus rediret ad sanitatem: Immedicabile malum est, ciues, huius improbitas. Quare sicut medici solent cancrum, aut phagedaenam, & similia, quæ curari aliter non possunt, urere, aut excidere: ita oportet & hanc beluam uos deportare, & ex urbe eicere, nec expectare dum uobis nocuerit, sed ne quod damnum det cauere. Vt enim quamuis neminem uestrum uipera, aut phalangium læserit, tamen

Quomodo concordia alēda sit, si alij aliorum errata tegamus, et dissimulemus.

Concordia.

Epilogus

Similitudo.

...doli or  
...quæ  
...le  
...Deorū  
...peram  
...no  
...exci  
...tranqu  
...inter  
...cum  
...lingu  
...Quid igitur  
...quibus  
...aodel  
...Quomodo  
...uos, &  
...percepto  
...sua sui ui  
...nemo  
...uolēt: ne  
...libere  
...in modum  
...cum ciu  
...quæ quæ  
...de e

MO ST  
T O N



...qui per im  
...quæ cū in  
...profectio  
...modū eni  
...incomm  
...quæ ir  
...authorib  
...magistratus a  
...partiteg  
...raiores co  
...potest uindi  
...iaceat Re  
...istis ciuitat  
...Aristogitona  
...potest.  
...solent: &  
...se ab d  
...lenatus f



tamen eiusmodi omnia uenenata conspecta mox interficitis. Ita, cum in uirulentum sycophantam, qui uiperæ similior sit quam homini, inciditis, ne expectate donec aliquem mordeat: sed ubi primùm occurrerit, pœnas det. Lycurgus uos per Palladem, & matrem Deorū obtestatus est, ego uerò uos per maiorum uestrorū egregia decora obtestor, quorum memoriam ideo nulla unquam delebit obliuio, quia ita gesserunt Rempublicam, non ut cum improbis colluderent, sycophantas alerent, qui ciuium odia inter ipsos excitarent, acuerentq̃. Sed cum ex oratoribus, tum ex priuatis eos qui modesti ac tranquilli erant, honore afficiebant, improbos & turbulentos oderant & puniebant, & inter se uirtute, non odijs aut malis artibus certabant. Postremò unum hoc adijciam, cum exhibitis è curia, uidebūt uos & magistratus, & hospites, & ciues, & intuebuntur singulos, & ex ipso oris habitu coniecturā facient de his qui hunc absoluerint. Quid igitur dicetis, cum prostratis & proiectis legibus, exhibitis in publicum? quo uultu, quibus oculis alios aspicietis? aut quo ore rursus in eodem, ubi legū tabulæ sunt, ingredi audebitis: quarum salua authoritas esse non poterit, nisi nunc eas defenderitis? Quomodo in arcē nouilunio ascendetis, pro ciuitatis statu sacra facturi, cum cogitabitis uos, & iusiurandū, & publicas tabulas ibi positas, in quibus & hic, & huius pater præscripti sunt, uiolasse? Quid respondebitis? si quis eos qui hunc absoluerunt, causam sui iudicij interroget, num placere eum uobis dicetis? At hoc nemo dicere audebit. nemo enim in societatem scelerum Aristogitonis summa cum turpitudine uenire uolet: nemo non uolet uideri illum sua sententia iugulasse. Nemo nō, quos se suspicione liberet, uehementer execraturus est eos qui absoluerunt. Verū nihil opus est inuidiam metuere, cum summam gratiam eius damnatione apud omnes inire possitis, cum ciues, tum hospites. Nam permanuit ad omnes improbitatis huius fama. neq̃ quisquā est qui nō & optet liberari ab hac peste, et omnibus uotis expetat, ut supplicium de eo sumatis.

## DEMOSTHENIS CONTRA ARISTOGI

TONEM ORATIO SECUNDA, VERSA

à Vito Vuinshemio.



ATIS iam manifestè, ut opinor, planū est redditum, Iudices, Aristogitona esse ærariū, et cōmuni ciuū iure priuari, neq̃ illi ullā potestatem publicè dicendi à legibus permitti. Reliquū igitur aliud nihil est, nisi ut ille refrenetur et cōpescatur, quicumq̃ in leges committit, præcipuè si sit in magistratu, et officium aliquod publicū administret. Nam ut per bonos magistratus, qui leges saluas cupiunt, atq̃ propugnant, maximè floret Respub. ita nihil illis nocentius est, qui per improbitatē leges cōtemnunt. Quamobrè si semel potestatem permiseritis illis, qui cū imperio sunt, discedendū à legibus, atq̃ ab illo præfinito ciuitatis iure: illorū profectò improbitas in nos omnes redundabit, qui hanc urbem incolimus. Quemadmodū enim in nauī, si quis ex seruis aut nautis illis inferiorib. peccet, non ita magnū est incommodū: uerū si ipse gubernator aberret aut delinquat, necesse est omnes periclitari qui in eadē sunt nauī. Ita in ciuitate, quidquid delirāt priuati homines, ipsis tantū authoribus obest, neq̃ spargitur illud incōmodum in totam ciuitatem. At si ipsi magistratus atq̃ Reipublicæ principes rem malè gerant, fieri non potest quin tota ciuitas particeps fiat infortunij. Quæ causa fuit, cur Solon priuatis hominibus pœnas tardiores constitueret, magistratibus uerò ueloces. Nam in illos aliquandiu extrahi potest uindicta, de his nullū est sumendū supplicij spaciū, si per ipsos prostrata & uasta iaceat Respub. Nemo uerò est adeò impudens, qui tantum sibi sumat, ut his tam iustis ciuitatis institutis & legibus repugnare aut contrā dicere audeat, præter unum Aristogitona, cuius quanta sit audacia atq̃ improbitas, uel ex hoc opinor satis deprehendi potest. Nam reliqui magistratus omnes, si quid in illos cōstituisstis, obtemperare solent: & bona cum uoluntate, ab illis, si uobis uisum sit, impetrari potest, ut magistratu se abdicent, & coronas relinquunt. Ad eundem modum, si quem ex Censoribus senatu Areopagitico amouetis, nō ille uim parat, aut uobis oblistit, sed

li quietus



quietus uestris decretis atque sententijs concedit, id quod ego quidem fieri iustissimè iudico. Nam quemadmodum ipsi cum in magistratu sunt, populum sibi dicto audientem esse æquum censent, & bonum: ita postquam honore abierunt & privati sunt facti, principibus Reipublicæ non grauatim obtemperant. Atque ita factum esse ab huius urbis optimatibus cõperietis, si superioris seculi exempla inde usque repetentes oculis subieceritis. Nã Aristiden ferunt, cum à maioribus nostris amotus fuisset, in Aegina tantisper uersatum, donec iterum à populo reduceretur. Ut ne interim dicã de Miltiade atque Pericle, qui cum deberent, alter quidem triginta, alter uerò quinquaginta talenta, postquam soluendo fuerunt, tum demum in publico dicere iterum cõperunt. Iam quàm indignum quæso fuerit, uiros optimè de Republica meritos, qui suis illam factis condecorarunt atque auxerunt, nunquam tamen hoc priuilegium obtinere potuisse, ut illis quid impunè in leges cõmittere liceret. Atque huic nebuloni, qui non modò nihil boni fecit unquam, sed ciuitatem etiam multifariè suis flagitijs afflixit et perturbauit, tantam concedi impunitatem, ut pro sua libidine contra leges atque publicum ciuitatis commodum, & ipsam æquitatem tam impunè atque petulanter agat. Sed quid ego ueteres repeto, animũ quæso ad illos ipsos magistratus, qui nunc cum imperio sunt, conuertite: ex quibus sat scio, nullum inuenietis, cuius unquam fuerit tam insignis impudentia, quanta huius est. Nam si quis actionem contra legem aliquam, aut decretum ad Censores defert, atque illa abrogata fuerit: neminem uidetis, quantumuis etiam potentem aut magnæ authoritatis, tam impudenter atque pertinaciter oblitere, ut non uestris decretis bona cum uoluntate putet obtemperandũ. Illud uerò absurdissimum profectò fuerit, si permittatis, ut quæ uos omnes in unum congregati secundum leges dicitis aut facitis, rescindantur, aut abrogentur, atque magis ualeat quod ille solus contra leges æquum & bonum in ciuitate quotidie machinatur. Porro quando illi qui in iudicio uersantur, quintam partem calculorum non obtinent, leges uetant, ne quem amplius accusent, aut in ius uocent, ibi neminem uideas qui sibi non abstinentum putet, dum multam quæ irrogata est soluat. At Aristogiton ille neque legem ullam, neque iudicium ualere putat, præ sua sententia: uos uerò ciues non ignoratis seruatarum legum poenitentiam nunquam subisse ciuitatem, nam illud unicum est liberæ ciuitatis præsidium, ut hostibus uel consulendo, uel pugnando superior sit, legum uerò authoritati ubique concedat. Id quod ipse etiam Aristogiton aliquando apertè confessus est. Nam cum urbs nostra, dum pro se atque communi Græcia pugnaret, illam cladem apud Cheroneam accepisset, & iam de ipso etiã ciuitatis solo in discrimen essemus adducti, Hyperides tulit ut idem ius esset ignominia obnoxius cum reliquis ciuibus, quo maiore concordia & alacritate, si res ita posceret, ab omnibus pro libertate communi depugnaretur. Illam ipsam rogationem Aristogiton tanquam contra leges latam in hisce subsellijs oppugnauit. Iam uerò uos ipsi expendite, quàm sit indignum, quod cum ipse alijs pro salute & libertate patriæ concedere noluerit, ut essent in communi ordine, qui probri gratia erant seiuncti, illud ipsum iam sibi temerè à uobis concedi contra leges atque æquum postulat. At nunc quid illa Hyperidæ rogatio longè tum fuit æquior & tolerabilior, quàm quod tu nunc tibi arrogas Aristogiton? fuit sanè. nam illa æqualis atque in rem erat pariter omnium. Hoc uerò, quod tu nunc postulas tibi soli, atque tuæ improbæ cupiditati subseruit: illa huc pertinebat, uti fortiter omnes pro libertate pugnaremus, & ne quem dominũ in hanc Rempublicam inuadere permetteremus: hoc uerò eò spectat, ut tibi impunè liceat designare, quidquid tua fert libido, cõtra decreta ciuitatis & publicas leges, quas à maioribus nostris tanquam per manus accepimus. Sed nunc quæso hoc mihi responde Aristogiton, bona ne illa tua fuerit actio contra decretum Hyperidæ, atque è Republica, an non? Si mala fuit & noxia ciuitati, supplicio dignus es, qui eius author fueris: sin bona & utilis, cur nunc illam impugnas? Cur tibi ab his diuersum decerni postulas? Mihi quidem ita uidetur, neque tum rectè factum esse ab illo, neque nunc abs te iustè aut bene fieri. Vos uerò iudices, ita affectos inter uos esse uideo, ut in priuatis causis acerrimè iudicare soleatis: quàm indignum uerò fuerit in rebus leuibis et priuatis accuratè iustũ ex legibus indagare, atque interim huic homini tantã

licentiam



licentiam & impunitatem permittere, ut contra leges publicè misceat, perturbet, atque  
 evertat omnia. Neque puto quenquam inter uos esse, qui sic existimet, uerum quidē esse  
 quod ego dicam: sed propter probatam illius uitam & merita in Rempublicam con-  
 niuendum esse aliquantulum & concedendum, etiā si in leges quandoque commit-  
 tat. Nam quod scelestus & perditissimæ uitæ homo est, ex Lycurgi oratione satis o-  
 pinor audistis. Quod uerò Reipublicæ noxius, ex rebus illius in magistratu gestis sa-  
 tis est perspicuū. Nam neminē ille unquam rectē aut iustē accusauit, nunquam Reipub-  
 profuit, nunquam utile quicquam consuluit: non ne uos semper postea pœnituit, si quā  
 do decreto illius obtemperastis? neque id mehercle iniuria. Quid enim sanī consuleret,  
 qui si quando uidebat uos cōmotos, aut acrius paulo exulceratos, cōtinuō irrumpere  
 solebat, & decretis suis perturbationibus uestris inferuire, nullo respectu occasionis,  
 nullaque ratione aut iudicio: tantus inest in ingenio illius stupor, tanta uesania. Qui ue-  
 rò Respub. foeliciter administrare uolunt, non illi debent subito coortis in animis ho-  
 minū affectibus, aut iræ sua consilia accōmodare: sed accuratē obseruare, quid ratio  
 postulet, quid res ipsa, quid opportunitas tēporis atque locorū. nam illæ animorū per-  
 turbationes ut subito exoriunt, ita statim quoque residūt: quæ uerò prudēter gesta sunt,  
 manent, atque in longum tempus perdurant. At ille horum omnium nullam prorsus ra-  
 tionē habet, arcana ciuitatis cōsilia, & quæ iā rata erāt, sua uesania ita traducit, ut mox  
 rescindi necesse sit. Quid igitur est quamobrē ipsum conseruandum putetis? ego sanē  
 nihil uideo. Nisi fortē hoc uobis tantopere placet, quod ille sedulo obloquitur atque  
 maledicit omnibus: et quicquid ubique geritur, dicitur ue, calumnijs exagitat, atque pro-  
 scindit. At quid obsecro turpius? quid his subsellijs atque iudicio uestro indignius? Per  
 illorum hominum calumnias uidemus effectum, ut iam in magistratu esse, & Rem-  
 publicā regere, etiā apud bonos atque moderatos ciues propē turpe putetur. Quod  
 si hæc uobis uoluptati sunt, non deerunt profectō qui sedulo talia facient: & ni fallor  
 in hoc tribunali plerique sedent, qui idē possint præstare. nō enim difficile est aliena cō-  
 silia reprehendere: sed afferre atque persuadere uobis quod ex usu sit, hoc opus, hic la-  
 bor. Denique si non antē Aristogiton eadē uobis ratione imposuisset, atque hoc modo  
 ē iudicio cū iam conuictus & irretitus teneret. fuisse elapsus, quanquā ne tum quidē  
 omnino integrum erat absoluere eum, qui in leges cōmiserat: in uniuersum enim con-  
 niuendum non est, si quando leges uiolantur: poterat tamen utcumque facilius excusa-  
 ri factum. dicerem uos illi credidisse, dicerem sermone illius & precibus uictos, igno-  
 uisse quod fecisset. Verū, quando non ita multo post, qui iam antē expectatione ui-  
 tæ melioris elapsus fuerat, in ipsidem flagitijs deprehensus est, quid quæso prætexe-  
 tis, si iam iterum uestræ illi auctoritati & legibus illudere permiseritis? Nam quan-  
 do facta ipsa aperta sunt & perspicua, quid atinet ex uerbis facere iudicium? Vbi ue-  
 rò de rebus ipsis non satis inter uos constat, ibi orationi fortasse locus est, ex qua  
 quid fieri conueniat, eliciatur: negocia uerò uestra, cum apud animum expendo,  
 non mediocriter admirari soleo. neminem enim ex uobis uideo, qui non id studio  
 habeat, ut res suas priuatas hominibus honestæ & probatæ uitæ committat. Rem  
 uerò publicam, etiā palam improbis & consceleratis ciuibus creditis. Quid fieri  
 quæso potest indignius? canem quis inutilem atque ignauum gregi suo præficeret?  
 Ad Rempublicam uerò iam clamitant quenque temerē, ut inciderit, sine respectu  
 uitæ esse arripiedū: inde fit, ut plerisque alienę improbitatis iudices habeamus, qui ipsi  
 digni essent, in quos acerrimē animaduertere. Si uerò uos illud propius expenderi-  
 tis, Ciues, parū profectō apud uos ualerent, qui hisce sermonibus fauorē uestrum am-  
 biunt: atque in hoc unū incumberitis, sat scio, ut ne impunē auferrent, quicumque legibus  
 obliſunt, præsertim si sibi aliquam in ciuitate potestatem arrogent. Nam turpe pro-  
 fectō fuerit, cum maiores nostri pro legibus etiā mortem oppetere non dubitarint,  
 nos tam esse oscitantes, ut illos cohercere nō uelimus, qui leges funditus evertere co-  
 nantur. Soloni legumlatori statuā in foro æneam posuistis: leges uerò quarum gratia  
 illi tantos honores decreuistis, interire sinistis? Quid uerò absurdus, quam in ferendis  
 legibus, hoc sequi consiliū, ut improborum audaciā coherceatur: quosdam ue-  
 rò in ipso flagitio deprehensos, impunitos dimittere, atque legumlatorem omnibus



pro concione stantibus promulgare, animaduertendū esse in improbos, uos uerò ab unius hominis improbitate superari: Capitale inter uos est, si quis legem abrogatam & obsoletam inter ceteras leges patiatur: qui uerò leges omnes atq; uniuersum simul ciuitatis ordinem euertere & perturbare studet, illi ignoscitis. Sed quid ego uos multis moror: ipsi quæso ob oculos ponite, quanta commoda ex legibus, atq; earum obseruatione ad uos redeant: & quanta contrà incōmoda ex contemptu legū nascantur. Nā si id feceritis, non mihi quidē dubiū est, quin leges sitis omni studio, diligentia, & labore defensuri. uidebitis enim furores illos, rerū omniū perturbationē, atq; summā improbitatē ex cōtemptu legum tanquā fonte scaturire: illis uerò florētibus in ciuitate, uerecundiā, modestiam, atq; summam iustitiam conseruari. Perspicua res hęc est, ciues. illas enim Respublicas omnium optimē administrari, & maximē florere uidetis, in quibus optimi fuere legum conditores. Quemadmodum enim corporum uitia atque morbi medicorum industria tolluntur, ita uitiosi animorum affectus per saluberrimas legumlatorum sentētias corriguntur. In uniuersum autem nihil pulchrum, aut honestum est, quod non cum lege aliqua communicet. Contemplamini totum mundum, naturam ipsam, diuina prophanaq; omnia, atq; istas annuas commutationes, & uicissitudines temporum: an non certum quendam ac definitum ordinem & legem seruant: si modò illis credimus, qui ad harum rerum arcana penetrarunt. Vos igitur ipsos excitate iudices, atq; in illos legum & Deorum immortalium contemptores acerrimē animaduertite. id si feceritis, non est dubium, quin prudenter simul & honestē sitis iudicaturi.

SIMO VALLAMBERTVS IANO

Lalamantio Heduo.

Qui Græca est lingua Demosthenes usq; locutus,  
Huic Lalamanti das uerba Latina loqui.

Et facis, ut Latium qui nunquam uiderit, hospes,  
Romani ciuis iam queat esse loco.

Est simile hoc Regum, peregrinum reddere ciuem:  
Quis te non magnis comparet inde uiris?

ANTONIO



ANTONIO CASTANEO ADOLESCEN-  
TI ORNATISSIMO ET NOBILISS. ABBATI

Nantuleio, Io. Lalamantius Heduus S. P.



**M** ante dies aliquot Demosthenis Philippicas orationes, quas alienigenæ cuiusdā rogatu gallicè red dīderā, publicandas dedissem, satisq; me in multorum inuidiam & reprehensionem incurrisse intellexissem, et quòd ea græca tractanda, in quibus cum multi operam suam studiumq; posuissent, operis tamen maiestate deterriti se ipsos auocauissent: et eum authorem qui quemlibet interpretem non ferret, nostris hominibus explicandum suscepissem: faciendum mihi quoquo modo existimaui, ut instituti mei rationem paucis uerbis explicarem: & eorum inuidiæ, quibus meus ille labor inanis & frustra susceptus uideretur, occurrerem. Admirantibus igitur, et scire cupientibus quæ causa nos impulerit, ut gallicè potius quàm latinè tantum authorem reddere maluerimus, nihil est (ut ad prædictam causam hoc etiam accedat) quod tam facile possimus expedire. Nam cum ab ineunte ætate de omnibus quidem, potissimum autem de nostris hominibus bene mereri cogitassemus, in eamq; uiam essemus ingressi, ut scribendo potissimum cupiditati nostræ satisfacere possemus: nō alienū à nostra professione esse iudicauimus, si in eo poneremus aliquid operæ, ut nostra diligentia, studio, labore, ciues nostros doctiores efficeremus: et ad eorum cognitionē diuina aliqua scripta transferendo, ad rempublicā aliquando gerendam, & ad domesticæ laudis patrocinium excitaremus. Itaque cum aliās in permultos authores, tum autem in Demosthenis Philippicas orationes incidissem, diligenterq; momenta rerum, uerborum pondera, & dīctorū grauitatem perpendissem, Philippi deniq; astutiam cum Atheniensium facilitate & nonnullorum sordibus contulissem: permagni interesse existimaui, res nō admodum remotas à nostris moribus, gallicis literis contineri. Neq; enim profectò facilitate, inertia, leuitate, Respub. nostra, Atheniensium, quæ tunc erat, Reipub. cedere, aut inferior esse ulla ratione uideatur. Iam uerò si quis etiam Galliam & Philippo altero, & Philippifantibus minimè carere dixerit, is si non me, multos saltem alios sententiæ suæ fautores est habiturus. Ad id etiam me hortata est uirorum magnorum authoritas, quos in id studium incubuisse, & in cōuertendis in suū sermonē authoribus operam suam posuisse non ignorabam. quorū exemplo græca illa gallicè publicare minimè dubitaui. Quod si de scriptis suis Demosthenes cognosci potuisset, in eo mihi minus elaborandū putauissem. Sed cum neq; græcè omnes aut discere aut legere posse comperissem, res eas gallicis uerbis illustrare, ad officium meum pertinere iudicaui, quas nostros scire Reipub. gratia oportere maximè existimabam: & quibus cognitis, ipsi tandē aut cæteris nationibus imperitare, aut saltem hostium impetus possent propulsare. Habes mi Castanee, instituti quondam illius mei rationem. Iam præsentis causas accipe. Quanquā illæ orationes Ampliss. Cardinalis Ferrariensis, cui dicatæ erant, patrocinio satis munitæ uiderentur, uix tamen hominū reprehensionem effugerunt, partim negantium res eas gallicè dici accommodatè: partim obgannientium, me Demosthenis uim (quod fateor ingenuè) latinè dicendo assequi potuisse. Sed neq; lingue gallicæ hoc loco patrocinium suscepī, ut refellendi sit nunc locus ea quæ priore loco sunt obiecta. tacita ipsa pro se respondet, & ex infinitis præclare scriptis, suas diuitias & ubertatem ostentat. Vt autem in uertendis in nostrum sermonem Philippicis uoluntatem mihi potius quàm latini sermonis copiam & diuitias (absit uerbo inuidia) defuisse ostenderem, si mul ut famæ meæ & bonæ existimationi nonnihil fortasse hominū temeritate potius quàm sincero iudicio labefactatæ succurrerem: ad has duas eiusdem & authoris & dignitatis orationes latinè reddendas sum aggressus: quod quàm feliciter præstiterim, aliorum esse malo, quàm meum iudicium. tantum dicam, me, ut hos scopulos, ut hæc salebrosiora & spinosiora præterueherer, omnes dies noctesq; cōsumpisse. Immensi quippe est, & plusquam credi queat, operosi laboris, authorū dicendi formam maternam & patriam, in alienam & peregrinam conuertere. quod qui dissimulat, is ad ea



Demosthenis opera quæ adhuc lumen Latinarum literarum desiderant, studium fusi ut conuertat, eaq; latina faciat, in ijs sui periculum ut faciat, non solum non repugno: sed id ut præstet, magnopere & opto, & consulo. Ceterum pauca etiã quæ annotatu digna uisa sunt, & rudioribus non iniucunda futura, selegi, minima quidẽ illa, sed in quibus Suidam, Hesychium, Pollucem, Budæum, uiros alioqui magnos, operam suam ponere nõ piguerit. Quas meas lucubrationes, Antoni Castaneæ, tuo nomini dicãdas putauĩ, cum ut te meo exemplo ad bonas artes & Græcarũ literarum studia, à quibus nullum ætatis tuæ tempus abhorruit, incitarẽ: tum ut ipsæ tuo patrociniõ tectæ (neq; enim tam mediocriter es Græcis literis & Latinis perpolitus, ut reprehensoribus respondere non possis) in lucem prodirent, et minus inuidorum reprehensionĩ paterẽt. Hoc igitur, Castaneæ, quaecunq; pignus amoris erga te mei, in clientelam tuam accipies: & hoc quicquid est, æqui boniq; consules. Bene uale. Atq; interim existima, me nihil prætermisurum, quod ad Francisci fratris tui, Abbatis Granatarij, qui in meam disciplinam traditus est, eruditionem augendam putem pertinere. Lutecia, è Becodiano, Calendis Iunij. 1549.

## DEMOSTHENIS CONTRA APHOBVM

ORATIO PRIMA, IOAN. LALAMAN-  
tio Heduo interprete.

DE GENERE CAUSAE, ET PARTIBVS EIVS.

**G**enus causæ iudiciale est. Aphobum enim furti infimulat Demosthenes, ac aperte ipsum in tutela procuratore turpissime sese gessisse, & omnes fortunas sibi à patre relictas ad se auertisse, et ostendit, et pluribus conqueritur. Status est coniecturalis: An Aphobus bona Demosthenis in tutelam suam tradita, et talentis quatuordecim aestimata interuerterit? qua certè quaestione non uiribus, sed ordine et tractatione alia prior et dici & esse potuit: An Demosthenis facultates quatuordecim fuerint talentorum? In hac primum posteriore probanda, plurimum ponit operæ Orator: quæ & argumentis & testimonijs confirmata, ad illam ultimam quidem, sed tam præcipuam probandã & confirmandã transit. Atq; ita quæ priore loco tractatur quaestio, ea ad alterius & magis præcipuæ confirmationem spectat. Porro actio tutelæ, infamiam ob dolum tutori damnato irrogabat. Et quia  $\theta\upsilon\mu\alpha\alpha\delta\epsilon\iota\varsigma$ , id est maior factus, hac actione agens, nisi reum perageret, & secundum se iudicium obtineret, parte sexta sui census multabatur, quæ in reum absolutum cedebat: iccirco Demosthenes sibi taxauit minas centum epobelicæ nomine, si in eo iudicio aduersos calculos ferret, & causa caderet. Ex quo Demosthenem sexcentis minis, id est talentis decẽ censum fuisse, facile licet intelligere. Id declarat Orator his uerbis: Nunc autem cum meas res recuperare contenderem, in periculum maximum sum adductus, utpote qui centum minis continuo multandus sum, si (quod abominor) iste ab intentione mea absolutus euadat. Peregit tamẽ reum Demosthenes, ut liquet  $\epsilon\kappa\ \tau\omicron\varsigma\ \pi\epsilon\omicron\varsigma\ \text{Aphobum}\ \phi\epsilon\upsilon\delta\mu\alpha\pi\tau\upsilon\gamma\iota\omega\upsilon\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ . Itaq; talentis decẽ damnatus fuit Aphobus hoc tutelæ iudicio, quanti scilicet Orator litem illam in intentione libellari aestimarat, quod etiam liquet ex Libanij uerbis in uita Demosthenis, cũ inquit:  $\text{E}\iota\varsigma\ \alpha\epsilon\iota\sigma\tau\omicron\varsigma\ \epsilon\gamma\gamma\upsilon\gamma\alpha\phi\epsilon\iota\varsigma\ \epsilon\upsilon\delta\upsilon\varsigma\ \alpha\gamma\omega\upsilon\alpha\ \kappa\tau\prime\ \tau\omega\upsilon\ \iota\delta\iota\ \tau\omicron\sigma\omicron\pi\omega\upsilon\ \omega\iota\epsilon\sigma\eta\omicron\alpha\iota\sigma\omicron\ \kappa\alpha\kappa\omega\varsigma\ \delta\iota\omega\mu\kappa\iota\omicron\tau\omega\upsilon\ \tau\omega\upsilon\ \theta\upsilon\sigma\iota\alpha\upsilon\ \alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma\ \kappa\upsilon\ \epsilon\iota\lambda\epsilon\ \mu\omega\ \alpha\upsilon\tau\omicron\delta\omicron\varsigma\ \theta\upsilon\ \mu\eta\upsilon\ \hbar\delta\upsilon\upsilon\ \delta\eta\ \pi\acute{\alpha}\nu\tau\alpha\ \alpha\ \pi\omicron\lambda\alpha\beta\epsilon\iota\upsilon\ \theta\omicron\sigma\iota\ \alpha\ \pi\omicron\lambda\acute{\omega}\lambda\epsilon\kappa\epsilon\ \tau\omicron\upsilon\varsigma\ \delta\epsilon\ \lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma\ \tau\omicron\upsilon\varsigma\ \iota\delta\iota\ \tau\omicron\sigma\omicron\pi\kappa\omicron\upsilon\varsigma\ \epsilon\iota\sigma\iota\upsilon\ \delta\iota\ \phi\alpha\sigma\iota\upsilon\ \iota\sigma\alpha\iota\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \epsilon\ \delta\eta\mu\omicron\alpha\delta\omicron\iota\varsigma\ \epsilon\iota\upsilon\ \delta\iota\zeta\epsilon\ \tau\omega\ \hbar\lambda\iota\kappa\iota\alpha\upsilon\ \tau\omicron\varsigma\ \epsilon\iota\pi\omicron\tau\omicron\varsigma\ \alpha\ \pi\iota\sigma\tau\omicron\upsilon\varsigma\ \delta\iota\omega\mu\kappa\iota\omicron\delta\epsilon\kappa\alpha\ \gamma\alpha\rho\ \epsilon\ \tau\omega\upsilon\ \hbar\upsilon\ \theta\pi\ \pi\epsilon\omicron\varsigma\ \rho\acute{\upsilon}\tau\omicron\upsilon\varsigma\ \hbar\ \gamma\omega\upsilon\iota\zeta\epsilon\tau\omicron\ \kappa\upsilon\ \theta\pi\ \theta\epsilon\kappa\upsilon\sigma\iota\upsilon\ \delta\iota\ \lambda\omicron\gamma\omicron\iota\ \rho\ \tau\omicron\varsigma\ \iota\sigma\alpha\iota\varsigma\ \omega\delta\varsigma\ \iota\delta\iota\ \phi\alpha\iota\upsilon\upsilon\ \epsilon\iota\delta\omicron\varsigma\ \epsilon\ \pi\epsilon\omicron\iota\ \delta\epsilon\ \nu\omicron\mu\iota\zeta\epsilon\sigma\iota\ \sigma\upsilon\upsilon\ \pi\epsilon\ \tau\acute{\alpha}\ \chi\epsilon\iota\mu\epsilon\ \mu\epsilon\ \nu\ \hbar\ \tau\omicron\upsilon\ \delta\eta\mu\omicron\alpha\delta\omicron\iota\varsigma\ \delta\iota\omicron\upsilon\theta\epsilon\delta\omega\ \delta\epsilon\ \hbar\ \tau\omicron\varsigma\ \iota\sigma\alpha\iota\varsigma\ \theta\upsilon\delta\epsilon\ \delta\epsilon\ \theta\alpha\upsilon\mu\alpha\ \tau\omicron\upsilon\ \epsilon\iota\ \delta\ \delta\eta\mu\omicron\alpha\delta\omicron\iota\varsigma\ \hbar\delta\upsilon\upsilon\alpha\ \tau\omicron\ \mu\epsilon\ \kappa\alpha\iota\ \alpha\ \pi\prime\ \epsilon\ \kappa\epsilon\iota\upsilon\varsigma\ \tau\omicron\varsigma\ \hbar\lambda\iota\kappa\iota\alpha\varsigma\ \sigma\upsilon\gamma\gamma\acute{\alpha}\phi\epsilon\iota\upsilon\ \tau\omicron\iota\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon\varsigma\ \lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma\ \hbar\ \gamma\alpha\rho\ \hbar\ \upsilon\sigma\epsilon\omicron\upsilon\ \hbar\ \pi\acute{\alpha}\rho\omicron\chi\eta\ \kappa\alpha\iota\ \tau\omicron\upsilon\ \tau\omicron\ \pi\iota\sigma\tau\omicron\upsilon\ \epsilon\iota\ \delta\epsilon\ \text{Simulatq; uirilem togã sumpsit Demosthenes, tutoribus diem dixit, in eosq; rei malè administratæ actionem intendit: quos etsi iudicio uicit, non tamẽ omnia quæ perdiderat, recuperare potuit. Non desunt qui orationes quas ipse in tutores habuit, nõ ipsius Demosthenis, sed Isæi esse dicant, oratoris ætatem suspectam habentes, annos quippe octodecim natus erat, cum aduersus illos contenderet. Quod autem hæc Orationes Isæi uideantur, eius dicendi genus quoddammodo indicare. Sunt qui eas à Demosthene quidem fuisse scriptas, ab Isæo autem fuisse emendatas existiment. Sed nemini profectò mirum esse debet, si Demosthenes ea etate tales orationes scribere potuerit, cum præstantia & dignitas eorũ quæ postea scripsit, eius rei fidem facere possit. Hæc Libanius.$

Partes habet hæc oratio, Exordium, Narrationem, Confirmationem, & Perorationem.

Principium est proportioni Orationis accommodatissimum, aptum uerbis, et causæ maxime proprium. Habet enim aditum ad ipsam, & eius ferè totius rei quæ agitur significationem. Primum autem & uerborum comitate, &



re, & ipso dignitatis et officij nomine permulcere eum qui audit: deinde cum se non litigiosum, non acerbum, sed facilem & piū, ut qui rem in amicorum arbitrio ponere uoluerit, ostendit: aduersarium contra appetentē litium, morosum, & impium, hunc quidem in odium & inuidiam adducit, sibi uerò beneuolentiam conciliat, & simul parat attentionem.

Inde accedit ad Narrationem, cuius initium est: Δημοδένης ἦ ὁ ἐμὸς πατήρ, &c. quæ perpetua quidem non est, sed confirmatione ipsa interrupta, breuiter autem et aperte, ordine quodam conseruato, rem totam particulatim exponit: tum quæ exposuit, particulatim quoq; confirmat.

Confirmatio itaq; singulis partibus Narrationis est subiecta. Constat autem locis partim in iustis, artificiales uocant: partim etiam assumptis, seu artis expertibus. In iustis, ut loco à comparatione pariū, hoc modo: Si tutores mei in classes tantum conferre meo nomine sunt professi, quantū ij qui maximas opes possidebant: certè manifestum est me pares & æquales cum illis fortunas habuisse. qui locus etiam assumptus esse potest, & referri ad iudicata, seu pronunciata, hoc modo: Cum tutores mei in classium apparatus tantum pro me cōferre sint professi, quantum Timotheus Cononis, & qui maximos census possidebant, conferebant: manifestum profectō est illos, facultates habere me tantas, quantas illi possiderent, præiudicauisse, eiusq; rei testes mihi locupletes existisse. Deinde à consequentibus ad antecedentia, hoc modo: Cum autem constet me talentis tribus esse censum, facile liquere potest, meas facultates talentis quindecim fuisse æstimatas, cum quinta tantū bonorum parte censerem: id est, quintum quemq; denarium conferremus. nimirum ex 25 minis, drachmas 500. id est, ex aureis numis 194 & solidis 20, aureos 38, cū solidis 40. et ex talentis 15, tria talēta: id est ex aureis numis 7000, aureos 1400 conferre.

Assumpta sunt testimonia, quibus Narrationem passim confirmat. Reliquos locos eo modo diligens lector scrutabitur & inquiret.

Τὸ πρῶτον τῶν ἰσχυρῶν μοι κατὰ λ.) Perorationis est initium cum breui anacephalæosi eorum quæ supra dicta sunt, & affectuum concitatione mediocri, cum ad sæuitiam in aduersarios, tum ad misericordiam in seipsum, matrem suam et sororem. Sub finem commonefacit iudices sui officij, rogatq; ut misereantur eorum qui & indignissimè bonis suis spoliantur, et nulla occasione premuntur.

Genus dicendi mediocre est. Sublimis & summissi medium, plenum & teres, non tamen sine uiribus et neruis: uerbis ad aptam condecenciam, sententijs uerò ad orationis grauitatem accommodatis.

## ORATIO CONTRA APHOBV M PRIOR,

Ioan. Lalamantio Heduo interprete.



I Aphobus, iudices, aut ex æquo & bono mecum agere, aut ea de quibus disceptamus, familiarium arbitrio committere uoluisset, minimè mihi hanc actionē intendendā putauissem. Sufficere quippe mihi existimaui, si quæ illi decreuissent, acquiescere, ut nulla mihi cum isto lis foret, orireturq; controuersia. Sed quoniam iste cauissè uidetur, ne ij quibus res nostræ essent perspectæ planè & cognitæ, quicquam de ipsis deciderent: ad uos autem, quibus nostra non ita sunt perspecta, uenire maluisse: in eo mihi elaborandum necessariò putauī, ut ab ipso ius meū per uos obtinerem. Cæterum satis scio, iudices, per graue esse & periculosum, eum præsertim qui per ætatē usu rerum non est attritus, cum uiris et eloquētib; & ueteratoribus, forensiumq; captiuncularum peritis, de fortunis omnibus in contentione uenire. uerū et si cum his qui mecum hoc iudicio contendunt, nō sum aut ingenio, aut gratia conferendus, in spem tamen uenio, posse me & ius meum uobis iudicibus obtinere: & cōmemorando ea quæ commissa sunt, ita copiose dicere, ut neq; uos negotiorum, ne singulorum quidem, neq; eius, qua de re uos sententiā ferre oporteat, ignari esse possitis. Peto autem à uobis, iudices, ut me dicētem bona cum uenia audiatis: & ad iniuriā, si quam passus uideor, iura & leges accommodetis. Dicam porrò quā potero breuissimè, initium dicendi facturum unde doceri cōmodè, ac rem totam facile intelligere poteritis. Demosthenes pater meus, iudices, facultates reliquit ad quatuordecim ferè talenta. me, septem annos natū: sororem, quinque: matrem præterea nostram, quæ minas quinquaginta domum importarat. Is morte iam instante, & nobis rebusq; nostris consultū cupiente, omnia hæc cū Aphobo isti, tum uerò Demophonti, Demōnis filio demandauit, qui amirini quidem erant: nati, hic quidem ex fratre, ille uerò ex sorore. His tertium adiunxit Therippiden Peanensem, generis quidē propinquitate sibi nullo modo, at amicitia quæ à puero cū ætate concreuerat,

te concreuerat,



te cōcreuerat, coniunctum. Et Therippidæ quidē tandiu de meis facultatibus septuaginta minas fruēdas cōcelsit, dum ego sumpta uirili toga in uiros essem adscriptus, ut ne pecuniæ cupiditate, ipse res meas negligentius curaret. Demophonti autem sororem meam locauit, eoq; nomine duo talenta numerauit. Isti quoq; & matrem meā, adiectis in dotem octoginta minis, & domo, et meq; quoq; supellectilis usu, commiserat: ratus illos nō deterius rebus meis consulturos, si hac necessitudine accedente, eos mihi coniunctiores efficeret. Isti uerò ijs primū pecunijs, quæ sibi ex patris testamento debebantur, acceptis, reliquas etiam facultates uniuersas sibi ipsis administrauerunt. Deinde cum annos decem nostra procurauissent, omnibus nos facultatibus priuauerunt: domum uerò & mancipia quatuordecim, argenti minas triginta, hæc ad summū omnia ad minas septuaginta reddiderunt. Atq; hæc est, iudices, iniuriarū, ut breuissimè dicam, nobis illatarū summa. Quod autē tantę facultates, quantas modò dixi, à patre nobis essent relictæ, isti quidem uel locupletes testes mihi extiterunt. Nam in classibus ordinandis pro me professi sunt, ut in uicenas quinas minas, quingenas ipsi drachmas conferrent, quantum scilicet Timotheus Cononis, & qui maximos census possidebant, cōferebant. Sed operæ precium est, iudices, ut uos singulatim de pecunijs tum quæstuosis, tum nullo scœnore occupatis, item de earū æstimatione audiatis. Hęc enim ubi apertè intellexeritis, comperietis neminem unquam eorum qui tutelā gesserunt, aut impudentius, aut manifestius in fortunas alienas, quàm istos in meas inuasisse. Primū igitur, quod in classibus censendis isti hoc tributū conferre meo nomine sint professi, id ego testibus planum faciam. Deinde, quod pater meus me non reliquit pauperem, neq; minarum septuaginta rem tantum in patrimonio habentē: uerū tantam, ut eam ne ciuitatem quidem ipsam propter magnitudinē isti celare potuerint. Atq; tu mihi acceptis tabulis, recita hoc testimoniū. **TESTIMONIUM.** Quanta porro fuerit facultatum mihi relictarum copia, ex his quæ recitata sunt, facile licet intelligere. Quindecim autem talentis censum me fuisse, satis constat, cum tria talenta conferre me ad hanc collationem, æquum esse iudicauerint. Verū paulo accuratius rem totam intelligetis, ubi summam earum quæ mihi relictæ sunt facultatum, audieritis. Si quidem pater meus, iudices, duas artis officinas, easq; non uulgaris, reliquit: gladiatorum quidem artifices triginta duos, aut tres, singulos minis quinq; aut etiam sex, nullos certè minoris quàm tribus minis æstimatos, à quibus minæ triginta subductis omnibus in proventus annuos redibant. Lectorū uerò fabros uiginti numero, ob quadraginta minas acceptos in pignus, qui & ipsi duodecim minas omnibus subductis, ipsi quotannis adferebant. Argentum uerò datum scœnori, in talentum & drachmam reliquit, in annos singulos scœnus pariens, supra septem minas. Hęc ferè sunt, quæ pater quæstiosa reliquit: quod & istos confessuros arbitror. Quorū omniū summa fors est quatuor talēta, supra quinquies mille: quæstus uerò ipsorū, minæ quinquaginta in singulos annos. præter hæc omnia, ebur etiam reliquit, & ferrum, ex quibus gladios conficerent: ligneos etiam lectos, omnia octoginta ferè minis æstimata. Gallas uerò, & æs, septuaginta minis empta. Præter hæc & domum quoq;, tribus milibus. Supellectilem uerò, & uasa, & monilia, & uestes, & mundū matris, omnia hæc drachmis etiā ferè mille æstimata. Argenti uerò domi numerati, octoginta minas. Et hæc quidem omnia à patre domi relictæ sunt. Septuaginta uerò minas in classis apparatus expendendas, apud Xuthum: quadringentas uerò & bis mille, ad Pasionis abacum: sexaginta uerò, ad mensam Pyladis. Apud Demomelem uerò Demonis filiū, mille & sexcentas. Ad ducentas autem & trecentas ferè talētum aliquot particulatim locatum: quæ similiter pecuniæ si in unum colligantur, octo talentū summam & minarum triginta superabunt. Omnium uerò summam comperietis ad talenta quatuordecim, si accuratè supputare uolueritis. Et hæc quidem erat magnitudo facultatum à patre relictarum, iudices. Quæ autem earū portio subrepta sit, quantumq; sibi quisque priuatim acceperit, tū quanta me cōmuniter omnes portione fraudauerint, unius horulæ spacio dici nō potest: sed singula seorsim percurrere est necesse. Quæ igitur de meis rebus Demophon & Therippides habeant, tunc dicere satis erit, cum in eos accusationem instruemus. Quæ uerò istum habere sine dubio conuincunt illi, quæq; eū accepisse



accepisse certò scio, de his iam apud uos uerba faciã. Ac primùm, ubi docuero ipsum dotis nomine octoginta minas accepisse, tũ uerò & de alijs quàm potero breuissimè dicam. Hic igitur statim à patris morte domum ingressus, ibidem, ex illius testamèti tabulis, habitauit, matriscq; meæ monilia & uasa relicta cepit, quæ minarum ferè quinquaginta precium adæquarent. Præter ea uerò & mancipiorum quoq; à Therippide uenditorum, et Demophonte, precium accepit, dum in dotem minarum octoginta summam compleuerit. quæ postquam habuit omnia, cumq; iam classis instruendæ causâ Corcyram esset nauigaturus, hoc in rationibus acceptum tulit Therippidæ, & se dotem accepisse confessus est. Atq; horũ in primis testes mihi sunt Demophon et Therippides, ambo eius in tutela gerenda collegæ. Huc accedit, quod iste quoq; se hæc habere fatebatur. ut taceam interim Demochasẽ Leuconoensem, meæ nutricis maritum, aliosq; permultos, qui mihi eius rei testes esse possunt. Nam cum iste nec matri uictum suppeditaret, dotem tamen haberet: neq; domum locare, sed cum alijs curatoribus administrare cuperet, de his conquestus est Demochares. Quod cũ iste rescisceret, neq; se non habere contendit, imò grauius quidem, quasi nõ accepisset, tulit: sed ingenuè confessus est. Verùm dixit, sibi nonnihil contentionis cum matre fuisse, de monilibus & mundo muliebri: atq; ubi rem composuisset, se & alimentis & ceteris rebus ita prouisurum, ut mihi rectè omnia, & ex animi sententia succederent. Atqui si comperit, hæc & apud Democharem & apud alios, qui tum aderant, esse confessus, se in dotem à Demophonte & Therippide precia seruorum accepisse: si item, apud eos quos in administranda tutela socios habuit, se dotem habere professus sit: domiq; meæ statim à patris morte habitare cepisse: non ne planè re ipsa cõprobante, inuenietis ipsum dotem minarũ octoginta abstulisse: & admodum impudentẽ, ut qui se neget accepisse? Verùm ut intelligãt omnes, esse uera quæ loquor, dicta testiũ de scripto recita. **TESTIMONIA.** Dotem igitur hoc modo, quo audiuistis, occupatam detinet. Verùm cum ille matrem meam uxorem nõ duxerit, lex iubet ipsum pro dotali pecunia, nouem obolorum usuram debere. pro me uerò, usura unius drachmæ tantum esto. Fient autem, si quis in unã summam redigat tum sortẽ, tum usuram annorũ duodecim, largè cumulateq; tria talenta. Quæ quidem omnia illum, eo quo dictũ est modo, accepisse, & se tam multis testibus audientibus habere confessum fuisse, planum faciã. Alias præterea triginta minas habet, quas ex officinæ prouentu colligit, quibus homo omnium impudentissimus priuare me conatus est. Mihi uerò in uniuersum pater de bonis omnibus annuam triginta minarum pensionẽ reliquit: cumq; mediam partem mancipia perfoluerent, ad minas quindecim, id prouentus quod ex illis capiebatur, redigere iusta supputatione conuenit. Cum itaq; Therippides annos septem mancipiorum curã gesserit, undecim minas annis singulis in rationes retulit, quatuor minas in singulos annos minus quàm conueniebat, supputans. Iste uerò duos priores annos curam cum gessisset, ne tantillum quidem refert in rationes: sed interdum quidẽ dicit cessasse officinam, interdum suam ipse negligentiam accusat: Miliam uerò tutorem, libertum nostrum, hæc administrauisse, abs quo quæstum repetendum esse censet. Quod si etiam nunc aliqua harum rationum se tutari conabitur, facile conuincet mendacij. Nam si ociosam fuisse dixerit officinam, rationem ipse reddidisse sumptuũ comperietur, quos non in alẽdis operis, sed cùm in ebore coemendo, manubrijs que macherarum, tum in alijs rebus paradis fecerũt, quasi artem suam exercerent artifices. Addit præterea, se trium mancipiorum mercedem reddidisse Therippidæ, quæ ipse in mea officina habebat. Atqui, nisi artem exercuissent, neq; illum mercedem capere, neq; mihi hos sumptus supputari conueniebat. Quod si rursus earum rerum quæ in officina fiunt, uilitatẽ causabitur, demonstrat mihi oportet, se hæc opificia reddidisse: tum quibus præsentibus reddiderit, testes ipsum oportet exhibere. Quod si horũ nihil fecit, nõ ne minas triginta, quas biennij spacio suppeditauit officina, detinet, potissimum cum opus fecerint mancipia: Quod si nihil horum dicturus est, Miliam autem hæc omnia administrauisse causabitur, quĩ ipsi credendum est cum dicit, se impensas quidem fecisse supra drachmas quingentas: quæstum uerò, si quis fuit, illum habere? Mihi enim, si Miliam horum curam gessisset, res uidetur longè aliter fuisse euentura.



Nam hic quidem impensas fecisset, iste uero lucrum solus cepisset, si quid de alijs eius moribus & impudentia hic aliquid licet coniectare. Cape igitur testimonia ipsa, & recita. **TESTIMONIA.** Has igitur triginta minas ex officinae prouentu habet, totamque illam pecuniam quam octo annis parere potuerunt. Quod si quis usuram unius drachmae tantum esse uoluerit, alias pariter triginta minas conflare comperiet. Et haec sunt quae priuatim solus cepisse conuincitur: quae doti addita, cumulate in quatuor talentorum summam conflantur, sorte tamen adnumerata. Quae autem ipse cum alijs tutoribus communiter subripuit, quaeque a patre relicta esse constantissime pernegat, singulatim haec iam uobis planissima faciam. Ac primum ostendam uobis, quam aperte, quamque impudenter ijs me priuent lectorum operis, quas mihi pater meus reliquit. Siquidem eas isti celant, minis quadraginta pignori oppositas, cum uiginti numero essent. Has autem domi apud me relictas fatentur omnes, ac inde quotannis patri quidem meo minas duodecim prouenisse dicunt. Mihi uero ab ipsis, totis undecim annis, ne minimum quidem lucrum accessisse, in rationes referunt. eodem autem iste impudentiae uenit, ut summam pecuniarum quas in eam rem impendit, mille minas esse dicat: ipsos uero homines, in quos se haec impendisse causatur, mihi ne utiquam exhibuerunt. Quin omnium se ratione absurdissima tuentur: eum qui pignerauit patri mancipia, omnium qui uiuunt improbissimum esse, tantaque debita pulchrarum collationum nomine aeriisque alieni tantum reliquisse, ut supra facultates fuerit obaeratus. in cuius rei fidem non paucos in illum testes citauerunt. At quis nam mancipia acceperit, aut quo domo excesserint, quomodo uel quis ea auerterit, aut quo iudicio fuerint euicti, dicere nullo modo possunt. Atqui si quid sani dicerent, nequaquam profectum de illius improbitate testes producerent: cum illorum inter sit nihil, qua fide, quibus uel moribus illi fuerint, scire. Sed & seruos ipsos uendicassent, & eos qui accepissent, demonstrassent, nihilque horum praetermississent. Nunc autem, cum inaudita crudelitate & mancipia relicta esse, eaque domum se deduxisse, ad se auertisse, et usum fructum eorundem annos decem accepisse fateantur, funditus totam officinam euertunt. Ac ne quis ista confingi a me putet, accipe mihi tabulas, & recita. **TESTIMONIA.** Quod igitur egenus non erat Moerades, quodque cum eo pater non omnino stultus de mancipijs contraxerat, id uobis argumento esse potest, quod cum Aphobus hanc sibi officinam accepisset, ut ipsi ex testibus cognoscere potuistis, oporteretque ipsum, ut qui curator esset, si quis alius ad haec comparanda pecuniam conferre uellet, prohibere & impedire, ipse tamen a Moeriade haec mancipia accepit in pignus, eorumque nomine ipsi drachmas quinquaginta foenori dedit, quas & iure & recte se ab illo accepisse confessus est. Atqui an non hoc graue est, si praeterquam quod mihi nihil ab eis lucri accessit, ipsa quoque pignora, pro quibus numerata fuerat pecunia, perierint? Isti uero qui nostras pecunias foenori dedit, et tam diu id foenus exercuit, & usurae & fors de nostris sine ulla contouersia reddantur? Verum ut constet uera esse quae dico, sume testimonia, & recita. **TESTIMONIA.** Considerate porro quantam, & quam amplam pecuniam isti ex lectorum fabris interuertant, minas quidem quadraginta, sortem ipsam: talenta autem duo, foenus earum decennale. Siquidem duodenas minas annis singulis prouentum ipsarum minarum quadraginta accipiebant. An uero parum id est, aut eiusmodi quod probationibus egeat? Vnde id certe ex subdola supputatione colligere facile fuit. Verum non ita manifeste tria ferme talenta subripuerunt, quibus communiter distributis, tertiam partem me ab isto accepisse conueniebat. Ceterum iudices his non admodum dissimilia fecerunt, in ebore & sero relictis, quorum neutrum in rationes referunt. Neque uero fieri poterat, ut is qui tot lectorum, totque manubriorum artificum dominus erat, non etiam ferrum & ebur relinqueret: sed haec in promptu denique habere oportuit. Qua enim in re ipsi elaborarent, artemque suam exercerent, nisi haec suppeterent? Eum igitur qui plusquam quinquaginta mancipia possidebat, quique duabus artibus uacabat (quarum una officina in lectos & ebur facile duas minas mensibus singulis impendebat, altera uero quae erat artificum manubriorum non minus quam totidem alteras in ferrum) eum inquam nihil horum, qua sunt impudentia, reliquisse dicunt? Quod uero rationi consentanea minime dicant, & non probabilia, ex his etiam facile licet intelligere. Verum quod ille tantam horum

copiam



copiam reliquerit, ut non solum haberent eius operæ in quo laborarent: sed & uendi quoq; alijs, si uisum fuisset, posset. hinc manifestum euadit, quòd ipse uiuus cum esset, uenderet: uenderet quoq; & Demophō. Quin & iste mortuo iam patre, ex illa copia quæ domi meæ erat, primo cuiq; diuendebat. Quantam porrò eboris uim, quantāq; copiam domi à patre relictam credere par est, cum & operis suffecisse, pars etiam præ terea à tutoribus distracta uideatur? An exiguam, ac non multo maiorem quàm ipsa actione intentata demonstrarem? Accipe igitur testimonia, & recita. **TESTIMONIA.** Huius igitur eboris maior est copia, quàm quæ talento possit cōparari: quod tamen ipsum neq; mihi in rationes referunt, neque opera ex eo facta, sed uniuersum penitus celant. Ac præter rationē quam adferunt, iudices, qua ipsi se nō accepisse inficiantur, ostendam uobis ipsos tres, de meo plusquā talenta octo possidere: priuatim uerò ex his Aphobū tria talenta supra mille drachmas cepisse: tum quòd diario suo plures quàm ceteri, adscribit impensas: tum quòd, quæ illi ex his diuendiderunt, sibi capit. ut intelligatis, eorum conatus ad singularem impudentiam deuenisse. Ac de meis quidem facultatibus aliquid ad se auertisse non negant: hic quidē octo & uiginti minas, præter ea quæ ipsum habere nunc ostendā: Therippides, duo talenta: Demophō uerò septem & octoginta minas. quæ omnia summā talentorum quinq; & minarum quindecim efficiunt. Hoc igitur est quod non uniuerse ceptum est, quod minas circiter septuaginta septem, qui mancipiorum reditus est, conficit: quod autem isti semel à patris morte ceperunt, id in summā quatuor ferè talentorum confurgit: quibus si quæ stus annorum decem drachmæ tantum estimatio adiungatur, octo talentorum & drachmarum mille summam unā cum sorte confurgere comperietis. Ceterum de commentu septuaginta septem minarū, quæ officina conficiebat, habenda etiā ratio est. Therippides enim mihi quotannis minas septem in alimētum suppeditabat, quod & nos accepisse confitemur. Itaq; cum isti mihi minas septuaginta totis decē annis in alimentum præbuerint, his reliquas septingentas addo, & his plura addam. quod autem mihi sumpta uirili toga reddiderūt, quodq; in urbē meo nomine cōtulerunt, id ipsum de talentis octo & appendice est deducendū. Reddiderunt igitur iste & Therippides unā et triginta minas: in tributa uerò, duo de uiginti minas se quoq; contulisse supputāt. Ego uerò hanc etiam summam excedens, triginta minas esse ponā: ut ne quod ad hæc dicere possint, habeant. Ab octo talentis, talentum unum si demeris, non ne septem reliqua fiunt? Et hæc sunt quæ istos habere necesse est, quando quidem ne ipsi quidē se accepisse inficiantur. Hoc igitur illos (etiam si alijs omnibus priuent me, se soluēdo esse negantes) de meis facultatibus accepisse, confiteri cōueniebat. At nunc quid faciunt? Quæstum quidem pecuniarum nullum demonstrant, totam autem sortem se impendisse dicunt, atq; unā cum hac & præter eam septē & septuaginta minas. Quin Demophon etiam nos debere in commentarium retulit. Ecquid ad hanc tam insignē, tamq; perspicuam impudentiam addi potest? An insignior potest esse nota uitę uehementer & turpiter quæstuosæ? quid eo grauius esse potest, quod tam est ab honestate alienum? Ille igitur qui se priuatim centū & octo minas accepisse, & ad se auertisse confitetur, etiam has detinet, cum quæstu annorum decem, ac præterea tria largē talēta supra mille drachmas. Ac ne quis à me falsa dici putet, et quod etiam in tutorum rationibus quæstū eum se accepisse eorū quisq; confitetur, uerum omnē illum se impendisse quisq; supputat, accipe tabulas testimoniōrū, et recita. **TESTIMONIUM.** Arbitror iudices uobis planū fatis esse factū, & quanta suffrenē, & quàm dolose singuli in suo munere uersent. Multo uerò planius nouisse potuissetis, si mihi tabulas testamenti, quas pater reliquit, isti reddere uoluissent. Siquidem in illis perscripta sunt omnia, quantū à matre audiui, quæ mihi à patre relicta sunt: & unde ipsos legata accipere oporteret, & quomodo iste mercede domū locaret. Nūc uerò reposcēte me, relictas quidē esse confitent, ipsas uerò nequaquā exhibent. quod eo consilio faciūt, et quòd magnitudinē fortunarū mihi relictarum, quas ipsi subriperūt, manifestā facere nolunt: et ne legata detinere uideant, quæ tamē habere conuincēt, si tabulę proferantur. Cape igitur quę de his interrogati responderunt, ac recita. **TESTIMONIA.** Iste quidē testamentū factū esse nō negat, & duo talēta Demophonti, octoginta etiā minas huic



esse datas testatur. Minas autem septuaginta, quas Therippides cepit, adscriptas esse pernegat, neque magnitudine facultatum relictarum, neque quo pacto domum locaret. Nam ne ipsi quidem hæc confiteri conducit. Accipe & huius quoque testimonium.

TESTIMONIUM. Iste quoque testamentum factum esse dicit, argentumque ex ære & galla Therippidæ redditum esse, quod ille negat. Duo item talenta Demophonti. De his autem quæ sibi data essent, scriptum quidem esse dicit, non confitetur tamen, ut ne accepisse uideatur. Magnitudinem autem facultatum neque iste monstrat in uniuersum, neque quanti domus locata fuerit. Nam ne id quidem isti confiteri expedit. Porro manifesta nihilo secius est relictarum fortunarum magnitudo & copia (quanquam illas sedulo dissimulent) ex testamenti tabulis, ex quibus tantam pecuniam sibi inuicem datam esse dicunt. Verum dubium profecto nemini esse potest, eum qui de talentis quatuor & ter mille drachmis, his quidem tria talenta & bis mille drachmas doti dedit, illi autem minas septuaginta fruendas concessit, non de tenui & exigua re, sed à summa altero tanto maiore, quam quæ mihi ab istis relicta est, ea legata decerpisse. Neque profecto me, ut qui filius essem, inopem & egenum relinquere, istos uero iam satis diuites ditiores efficere uolebat: uerum eorum causa quæ mihi plurima reliquerat, Therippidæ quidem, argenti tantum, Demophonti uero duo talenta fruenda dedit, cum nondum sororem meam ducturus esset: nimirum ut è duobus alterum efficeret, ut aut propter ea quæ data erant, ad tutelam sedulo bonaque fide gerendam hortaretur: aut si improbi essent, & talibus ac tantis beneficijs aucti ornatiq; talia in nos committerent, à uobis ueniam nullam suæ improbitatis impetrarent. Idem igitur ipse præter dotem, etiam ancillas capiens, & domi inhabitans, ubi se rationibus obnoxium uidet, sua se negotia agere dixit: & eo sordium uenit, ut & præceptores & mercenarios si audauerit. Tributa uero etiam nonnulla in rationes refert, quæ tamen ipse non soluit. Tu uero in horum gratiam accipe hæc testimonia, et recita.

TESTIMONIA. Quomodo igitur apertius quis demonstrauerit omnia istum auertisse, & ne à minimis quidem abstinuisse, quam si hoc modo demonstraret, nimirum cum tantis et testibus et argumentis? Et quod dotem quidem se accepisse sit confessus, quod item eam se habere coram tutoribus sit professus, tum quod officinæ fructus perceperit, prouentum uero non demonstrauerit. Item quod ex alijs nonnulla quidem uendiderit, quorum tamen præcia non reddiderit, nonnulla sibi reseruarit, omnia denique sic interuenterit, ut nihil omnino extet & appareat: mancipia præterea uendiderit: ac ita, ut paucis dicam, omnia administrauerit, ut ne inimicissimi quidem peius in eo munere uersari potuerint? Ego sane non uideo, qua id ipsum ratione quis possit demonstrare apertius. Audet porro apud arbitrum dicere, quod de mea pecunia Demophonti & Therippidæ in tutela gerenda collegis, meo nomine debita multa persoluit, deinde quod illi de meo multa interciperent: cum tamen horum neutrum planum facere minimè possit. Neque enim quod ære alieno obrutum me reliquit pater, in tabulis usquam scriptum est relictum: neque quibus iste æs alienum persoluerit, testes adhibuit, neque pecuniarum numerum ad alios tutores retulit, quantum à creditoribus conuincitur accepisse, sed ipsis pecunijs longè minore. Cum uero de his sigillatim ab arbitro interrogaretur, utrum scilicet facultates ex usufructus perceptione, an uero sortem impendendo, administrasset, utrum item ipse tutela accepta hanc rationem à curatoribus accepisset, an sortem recipere postularet & usuras, ad hæc quidem nihil respondit: quin se, si prouocaretur, paratum esse dicebat, ostendere mihi facultates meas decem tantum talentorum fuisse. quod si quippiam de hac summa deficeret, ipse se suppleturum & additurum profitebatur. Cum uero instaret, iuberemque ut ipse hæc demonstraret, ne apud arbitrum quidem demonstrauit, quod tutelæ collegæ reddidissent. Neque enim se condemnare uoluit: testimonium uero interposuisset tale, de quo aliquid dicere conabitur. Si itaque & me nunc habere & aliquem mihi reddidisse dixerit, interrogate ipsum, & in singulis postulate, ut ipse testes producat. Si uero habere me illa dixerit hunc in modum supputans ea quæ sunt apud utrumque curatorem, duplo minora dicere, & ea me habere nihilo magis ostendere uidebitur. Ego uero, quemadmodum et istum tam multa habere conuici: sic & illorum utrumque, his non pauciora habere planum faciam. Itaque illud dicere minimè ei conuenit:

uerum



uerum quod aut ipse, aut ceteri tutores reddiderunt. Sin minus hoc demonstrarit, qui conuenit uos huic prouocationi in iudiciu animum aduertere: nihilo enim magis habere me demonstrant. Itaque in multis horum haesitans apud arbitrum, quemadmodum nunc apud uos, conuictus, ausus est impudentissimè mentiri: patrem mihi talenta quatuor humi defossa reliquisse, horumque matrem dominam effecisse. Quod eò dicebat, ut si nunc quidem sperarem ipsum hac oratione usurum, respondendo in his orationem consumerem, cum ipsum apud uos aliorum criminum reum facere oporteret. Si uerò ea quasi indigna dictu silentio praeterirem, ipse nunc diceret, ut si ego uiderer esse diues, minus multo à uobis misericordiam consequerer. Neque uerò is qui hac pro testimonio dicere uoluit, testimoniu ullu falsum protulit, sed nuda tantu oratione est usus, quasi eius autoritas fide apud illos esset habitura. Cumque quis interrogat ipsum, in quos usus tantam de meo pecuniam impendit: æs alienu dicit se meo nomine persoluisse. In eoque pauperem me cupit efficere, & cum uult, diuitem, ut uerisimile est. Si quidem tantam ille pecuniae copiam domi reliquit, fieri autem non posse, ut is uera dicat: imo uerò nihil horum planè fieri posse, ex multis facile est intelligere. Si enim pater non satis ipsis confidebat, manifestum certè est, quod ne reliqua quidem horu tutela comiseret, neque ipsis se hæc reliquisse pariter significasset. Ingens quippe insania foret, ea que defossa essent declarare, si eorum quæ aperta essent curatores constituere nolisset. Si uerò confidebat, neutiquam sanè bonam pecuniae partem ipsis demitteret: horum autem dominos non effecisset. Neque matri quidem meæ hæc adseruanda dedisset, ipsam uerò uni è tutoribus istis uxorem dedisset. Neque enim rationi consentaneum est, pecunias quidè matris meæ gratia patrem meum seruare uoluisse: unum uerò ex his quibus non satis fideret, tum eius tum pecuniarum dominu constituisse. Præterea uerò si quid horum uerum esset, scitote illum ipsam sibi à patre uxorem datam, minimè duxisse. Nam simulatque iste minas octoginta pro dote habuit, quasi illa ducturus esset, Philonidis Melitensis filiam duxit. Cum autem domi quatuor talenta essent, eaque mater in sua potestate haberet, quod & iste fatetur, num existimatis illum etiam conaturum fuisse ut cum illa ipse quoque dominus eorum fieret? Ille ne qui manifestas facultates, quas plerique uestrum relictas esse certò sciunt, cum cæteris tutoribus turpissimè diripisset, ab eis autè quorum uos futuri testes non eratis, abstinisset, præsertim cum ipsi ea capere liceret? Ecquis enim hæc credat? Non est ita iudices, non est. Sed quascunque pecunias reliquit pater, uniuersas istis comisit. Ille uerò ut ne mihi apud uos sit misericordiae locus, his uerbis utetur. Atque ego sanè in multis etiam alijs illum possem accusare. Verum è multis unum si summam dixero, omnem illi præcidam respondendi potestatem. Illi quippe licebat esse ocioso, nullisque istiusmodi negotijs implicari, si domum secundum legum præscripta locauisset. Accipe leges, & recita. **LEGES.** Ex illarum legum præscripto, Antidoro quidem ex tribus talentis & ter mille drachmis sex alijs, talenta sex & eo amplius ex locatione reddita sunt, id quod uestrum nonnullis est manifestum. Theogenes enim Probalisius, qui domum in foro conduxit, eam summam numerauit. Atqui ex quatuordecim talentis, annis undecim habita temporis ratione, eiusque pecuniae quæ pro domus pensione soluenda fuit, summam triplo maiorem ad me redire æquum erat, quod quare non fecerit, ipsum licet interrogetis. Si enim dixerit, satius fuisse domum non locatam, ne mihi dupla, ne mihi tripla ex fœnore parta esse, sed fortè uniuersam mihi redditam fuisse ostendat. Quod si ex talentis quatuordecim, mihi ne septuaginta quidem minas reddiderunt, hic autè etiam me ære alieno obrutum esse apud ipsum notauit, an est quicquam eorum quæ isti dicunt, admittendum? Nequaquam profecto. Cum igitur tantæ facultates, quantas ab initio audiistis, mihi essent relictæ: cumque pars reddituum tertia, ad ipsas facultates, minas adferret quinquaginta, liceretque his pecuniarum uoraginibus, si domum locare uoluissent, integra ut æquum erat sorte, nos ex eo prouentu alere, et Reipub. munia obire, & ea quæ ex illis superfuissent, in suam rem conuertere, alias autem facultates quæstuosas facere, quæ illarum habita ratione altero tanto sunt maiores: ipsos quoque, si tanto pecuniae desiderio tenebantur, mediocrem ex ipsis summam in suos usus conuertere: mihi autem cum ex sorte, tum ex redditibus domum auctiorem facere, horum



planè nihil fecerunt. Verùm ea mancipia quæ plurimi essent, inuicem partiti, alia uerò de medio tollētes, mihi quidem prouentum, qui tum erat, ademerunt: sibi ipsis autem non paruum prouentum de meo comparauerunt. Acceptis autem & alijs omnibus fordidè & plusquam dimidia pecuniarum parte, ne relictas quidē in uniuersum ad quinque contendunt. Verùm quasi facultates unius tantū talenti essent, ex tot rationes reddiderunt; reditū quidem ipsarū nullo modo tutelæ acceptum referentes, fortem uerò manifestè in rationes referentes, sed ipsam adeò impudenter expensam esse dicentes. Et hæc dicere cum audeant, eos tamen tā audacis facinoris minime pudet. Atqui quid mihi accidisset, si diutius illorum tutelæ essem commissus? Nō possent dicere. Nam cū annis decem elapsis, ab his quidē adeò pauca receperim, ab isto uerò etiam aliquid debere sim notatus, an non me succensere est æquum? Certum uerò planè est, quod si aniculus essem à patre relictus, ac sex annos horum tutelæ fuissē commissus, quod ne hæc pauca quidem ab illis recuperauissē. Si enim illa rectè sunt impensa, nihil eorum quæ nunc tradita sunt, ad sexennium suffecisset, sed me uel domi suæ aluissent, uel fame perire siuissent. An nō hoc graue mihi esse debet, si aliorum ciuium eides uno duobus uel talentis æstimata, oblocantibus tutoribus duplo triplo uel auctiores factæ fuerint, ita ut dignè censerentur illæ quæ liturgiæ munia obirent: mea autē quæ munus trierarchiæ obire cōsueffet, & magna uectigalia pēdere, nunc ne tantillam quidem collationem horum impudentia possit. Sed à quo possunt isti dicendi facultate superari: qui celandi spe testamentum occultarūt, suas ipsorum facultates de meis reditibus administrauerunt, suorum bonorum sortem de meo auctiorem multo fecerunt: mearum autē fortunarum integram sortem, quasi à nobis grandi iniuria fuissent affecti, auerterunt? At uos, ne tum quidem, cum aliquē eorum qui in uos delinquūt, condemnatis, omnes ei fortunas adimitis: sed uel uxoris, uel liberorū miserti, partē etiam aliquā illis relinquitis. Isti autem eo à uobis differunt, ut cum ad iustam tutelæ procuracionem à nobis munera acceperint, ista tamen in nos contumelia sint usi, ac neq; uerecundia ulla, quoniā conscientia nulla tenebant, sint ducti. Neq; sororis meæ sint miserti, quod à patre duobus talentis digna iudicata, nihil haberet eorū quæ sua essent: sed perinde quasi improbi quidam, non amici & affines relictis essent, ne familiaritatis quidem rationem habuerunt. Sed ego miserrimus ad utrumq; hæsito. Urget uerò ciuitas, petens ut conferā. Et iurè quidem. facultates enim mihi sat amplas & copiosas eius rei gratia reliquit pater. In pecunias autem relictas isti omnes inuaserunt. Iam uerò dum studeo mea recuperare, in periculum maximū sum adductus. Si enim iste absolutus fuerit, & iudiciū laqueos effugerit, quod utinam ne fiat, persoluam & multabor sexta parte æstimationis litis, minis scilicet centū. Istum uerò si uestra sententia litis impensas soluere coegeritis, non ille de sua, sed de mea pecunia iudicatum faciet, & persoluet. Quod certè mihi ignominiosum futurum est. Quare nō solum bonis patrijs spoliatus ero, sed & insuper ignominia multatus, nisi uos nunc mei miserti fueritis. Peto igitur à uobis iudices, & uos obsecro, supplicoq; ut memores legum et iurisiurandi quod iurastis, mihi ex æquo & bono patrocinari uelit, neq; plurius istius preces quàm nostras faciatis. Debetis enim misereri non improborum, sed eorum qui nulla ratione premuntur: non eorum qui ita crudeliter alienas fortunas diripiunt, sed nostri, qui priuati iam diu sumus ijs quæ pater nobis reliquit. Miserebimini prætera eorum qui iniuria ab his sunt affecti, quiq; nunc in famæ & dignitatis discrimen uenerunt. Arbitraret porrò ualde defleturum patrem meum, si pro dote & muneribus, quæ ipse istis dedit, me ipsum filium suum æstimatione sextæ partis periclitari sentiret: si nonnullos etiam alios ciues, nō solum consanguineorum, sed & amicorum egenorū filias de sua pecunia locare, nuptiisq; tradere intelligeret: Aphobum uerò, dotem quam accepit, idq; iam decimo anno, reddere nolle,

DEMOSTHENIS



## DEMOSTHENIS CONTRA APHOBUM

ORATIO SECUNDA, IOAN. LALAMANTIO Heduo interprete.



**V**M in multis & magnis rebus corā uobis mentitus sit Aphobus, in hoc ego primum ipsum reprehendere conabor, quod dictū esse ab illo agrē molesteq; tuli: dixit enim, auum meum Reipub. fuisse obæratum, ac proinde patrem meum periculi metu domū locare noluisse: quo pretextu iste sese excusare, et iudicium effugere conatur. Verūm quod ille obæratu mortuus sit, ne testimonio quidē uno comprobauit: sed quod quidem debuit, & soluere distulit, extremum uitæ suæ diē præuidens. Hoc autem in postremam orationis suæ partē dicendum reliquit, ratus se inde facultates nostras eleuare posse commodius. Quod ego si testimonium recitaro, huic mentem quæso adhibete. Comperietis enim, nō quod debet, sed quod debuit, eo testimonio fuisse comprobatum. Atq; in primis id conabor refellere, quod illi animos tollit potissimū, quodq; eum ad rem audaciorē impudētioremq; facit, & in quo controuersia nostra præcipuē posita est. quod si tamen liberū nobis tempus datum fuisset ad eam disceptationē, neq; in eas temporis angustias fuisset coniecti, & pecunias illas, & omnia quæ ciuitati deberent, persoluta esse testibus comprobassēmus. Nunc uerō argumentis magnis demonstrabimus, quod neq; debebat quicquam, neq; periculū ullum nobis, si facultates palām possideremus, crebatur. Primum itaq; Demochares, qui materteram meam Gilonis filiam duxit uxorem, facultates suas non dissimulauit, sed munera hodie obit Choragiæ & Trierarchæ, ceteraq; publica, nihil eiusmodi reformidans. Deinde pater ipse meus, cum alias facultates, tum potissimum talenta quatuor, supra ter mille drachmas palām possedit, quas & scriptas esse in tabulis, & se recepisse alij in alios testantur. Huc accedit, quod Aphobus ipse cum alijs tutoribus æris mihi relictī magnitudinē ciuitati fecit perspicuā, cum me ducem classis nō paruo quidem censu constituit: sed tanto, ut pro quinīs uigenis minis, quinquagenas conferrē. Atqui si quid horum uerum fuisset, nihil ipsorum fecisset, sed hæc omnia cauisset. Nunc autem Demochares & pater et isti ipsi uidentur omnia facere conspicua, nullum tale periculum metuentes. Absurdissimum porro planē est, quod dicunt patrem non siuisse locare domum, et testamentum hoc, eius rei mentionem minimē facere, ex quo ueritatem compertam et consignatam habere licebat. Tanto igitur cum nos priuarint testimonio, ita ne putatis nos eorum uerbis temerē fidem adhibituros: oportebat sanē statim à patris morte testibus aliquot cōuocatis, iubere testamentum obsignari, ut si qua coorta esset dubitatio & cōtrouersia, ad ipsas tabulas recurrere, et ex his ueritatē affectatam habere liceret. Nūc uerō alias obsignare uoluerūt, in quibus permulta eorū quæ relictā erant, non sunt conscripta. Codicilli porrō erant. Quin, testamenti tabulas ueras (quarū beneficio hos codicillos obsignarunt, et à pecunijs relictis, quarum erant domini, & à crimine non locatæ domus sunt absoluti) has inquā neq; ostenderunt, neque reddiderunt. an æquum est credere ipsis, cum de his uerba faciunt? Quanquā ego sanē non intelligo quid hoc sit (Non sinit domum locare, neq; manifestas facere pecunias pater) utrum mihi, an uerō ciuitati? Res enim aliter se habet. Siquidem ipsi, ciuitati facultates meas manifestas fecerunt: me uerō planē celare, nec eas in rationes referre uoluerunt, quarum habita ratione uos uectigalia soluitis. Ostendite enim quales hec fuerint facultates, & ubi mihi tradite, & quo presente. Duo namq; talenta & minas octoginta de quatuor talentis & ter mille drachmis accepistis. Itaq; ne his quidem meo nomine in publicū conferendis, censi estis. Illo enim tempore uestræ erant. Ex domo porrō, mancipijs quatuordecim & minis triginta, quæ omnia mihi tradidistis, tantum uectigal solui non poterat, quantum uos professi estis in classes. Sed omnino necesse est ea uos habere omnia, quæ his multo maiora fuerunt relictā: quorum nonnulla dum dī ripuisse manifestē conuincimini, ea fugere audetis, & interdum alius in alium eius rei culpā cōfertis. rursum uerō recepisse, alij in alios testificamini. Cumq; uos nō ita multa recepisse dicatis, magnarum tamen impenfarum rationes reddidistis. Omnes autē com  
munem



munem tutelam cum gesseritis, priuatim tamen interea nescio quid molimini. Et testamentum quidem celauistis, ex quo totius rei ueritatē licebat deprehendere. Vultis autem uideri talia nunquam de uobis inuicem dixisse. Accipe porrò testimonia, ac ordine singula ipsis recita, ut eorum quæ pro testimonio dicta sunt memores, de ipsis apertius cognoscant. **TESTIMONIA.** Isti ad talenta quindecim ædes etiam mea causa æstimarunt. Facultates autem ne septuaginta quidē minarum, tres ipsi mihi reddiderunt. Recita reliqua. **TESTIMONIA.** Hanc dotē, quam & tutores ipsum accepisse testantur, & alij apud quos se hæc habere confessus est, hanc inquam ipsam, neq; pensitationē in rationes retulit. Accipe alia, & recita. **TESTIMONIA.** Duos annos officinam cum administrauerit, Therippidæ quidem præcium reddidit: mihi uerò, cum annorum duorum & triginta prouentum accepisset, neq; eas, neq; earum quæstum & fœnus reddidit. Accipe aliud testimoniū, et recita. **TESTIMONIUM.** Hæc sunt mancipia, quæ iste ipse cū acceperit, & alia quæ unā cum his nobis oppignrata sunt, impensas quidem in ipsa tantas supputat, quæstū uerò ex his factum, ne ullū quidem. Quin & ipsos quidem homines celauit, qui duodecim minas omnibus subductis, singulis annis afferebant. Recita aliud. **TESTIMONIUM.** Hoc ebur, hoc etiam ferrum cum uendiderit, ne relictum quidem esse dicit. Sed & horum precio priuat me plus minus talēto. Recita ipsa. **TESTIMONIA.** Hæc tria talēta iste habet, & mille drachmas, præter alia. Sortis quidē talenta quinque, quæ iste cepit; quæ si quis cū fœnore ad drachmā tantum componat, is plusquā decē talenta comperiet. Recita quæ sequuntur. **TESTIMONIA.** Hæc isti in testamento scripta esse, & se accepisse, alij in alios testantur. Iste uerò domum se accersitum esse à patre cum dicat, & eò uenerit: se tamen ingressum & accersenti paruissē negat, aut horum quicquam roganti promississe. De Demophonte autem se, cum is tabellā testamenti recitaret, audiuisse dicit, & à Therippide dicente ita hæc patrem ordinauisse. & cum intromissus esset, apud patrem etiā stipulatū fuisse, quæcunq; is testamento reliquisset. pater enim meus, iudices, ut se morbi grauitatē effugere non posse sensit, his tribus conuocatis, unā etiam absidente Demone fratre, nos illis commendauit, illorum potestati & arbitrio commisit, id depositum quoddam cognominans. Sororem quidem meam Demophonti, & duo pariter talēta dotis nomine donans, & uxorem hanc illi despondens. Me uerò omnibus ex æquo cū pecunijs commendans, & statuens ut & domum locarent, & simul mihi meas facultates conseruatas uellent. Therippidæ quidem donans octoginta minas: huic uerò præter minas octoginta, matrem etiam meam despondens, & me in illius genua imponēs, quorum iste omnium improbissimus, nullius rei rationem reddidit. quin propter hæc etiam rerum mearum dominus est factus. Sed cum ipse me, operam etiā suam reliquis tutoribus accommodantibus, pecunijs omnibus priuauerit, nūc à uobis postulabit ut sui misereamini: cum ipse pro tertia sua parte, ne eorū quidem quæ minis erant septuaginta æstimata, rationem reddiderit. Deinde uerò & ipsa quæ supererāt, insidijs & fraude studuerit interuertere. Cum enim hanc in eos actionem intendere pararem, antidotum in me subdolē subornarunt, ut si ego bonorū fecissem commutationem, ex pacto inuito inter commutantes, nō liceret mihi contra ipsos delinquere. Sin horum nihil facerem, ut ego ex tenuitate facultatum munia publica obiens, ad extremam inopiam redigerem. Et in hoc ipsis subscribebat, operamq; suam accommodabat Thrasylochus Anagirastus. Ego uerò nihil tale cogitans, bonorum quidem feci commutationem, ea tamē lege, & cum hac exceptione, ut eos mihi iudicio liceret persequi. Cum autem per temporis angustias iudicio experiri non possem, munus liturgiæ obiui, ut ne iudicio excluderem, & domum meam & omnia mea oppignerans, hac spe ut hos in iudicio sifterem, coramq; uobis in ipsos actionem intenderem. An nō igitur & antea magna iniuria affectus, maiori etiamnum afficior, cum iudicio cum ipsis agere contendo? quis uestrū iure huic non inuideat, nostrū uerò misereatur, præsertim cum uideat huic quidē præter relictas sibi facultates plusquam decem talenta, atq; adeò de meo talentum insuper additum? Nos autem non solum paternis bonis exturbatos, sed ipsos etiam quæ nunc tradita sunt, istorum scelere malitiq; fraudatos? Quò igitur me uertam, si uos aliter de ipsis iudicaueritis? An erit mihi uitæ subsidiū in fortunis & bonis quæ oppignerata, creditoribus



ditoribus obnoxia, & in creditum subiecta sunt & supposita. At illa iam sunt eorū creditorū quibus obnoxia data sunt, et oppignerata. An in ipsis quæ supersunt pecunijs? At huius fiet, si epobeliam debebimus. Nequaquam iudices, uos mihi tantorum maiorum auctores eritis. neq; profectò matrē meam, me ipsū, sororem, deniq; indignis omnes affectos modis, negligetis: quos ne pater quidem hac spe reliquit. Sed hanc quidem, tanquam Demophonti nupturam, adiectis duobus talentis in dotem: illam uerò cum octoginta minis, isti omnium hominū improbissimo: me deniq; uobis, ut in publicorum munerum tractationem sibi successor essem. Succurite igitur, & ut uestrum officium æquitasq; ipsa postulat, nostra etiā, patrisq; mortui gratia, nobis auxilio esse dignemini. Seruate me, miseremini mei. Nam cum hi familiares & cognati nostri nō sint miserti, ad uos uestrumq; auxilium confugimus. Supplex peto, obsecroq; uos per liberos uestros, per uxores, per uestras facultates, ut ita uobis omnia cōtingant foeliciter, ut me interea non negligatis. Neq; uerò permittatis matrē meam reliqua uitæ spe priuatam, se ipsa indignum quid pati. Nam ea nunc sperat se, ubi meum ius à uobis impetraro, perhumaniter à me exceptum iri, et meam me sororē elocaturum confidit. Sin uos aliter decreueritis (quod utinam ne cōtingat) quo animo eam ipsam futuram putatis, cum ipsa uiderit me non solum paternis bonis spoliatū, sed & insuper ignominia multatum: cum præterea nullam spem habitura sit, quod soror in tanta egestate, aliquem è cognatis, cui nubat, nancisci possit? An æquum esse putatis iudices, ut uel ego ius meū à uobis nō impetrem, uel ut iste tantas pecunias nullo iure possideat et occupet? Nam etsi mei erga uos animi periculū nondum fecistis, uos tamē sperare conuenit, me non deteriore patre futurum. Vobis autem, cuiusmodi uir sit Aphobus iste, exploratū factis cōpertumq; esse arbitror. Itaq; scitote planè, quòd cum facultates amplas acceperit, tamen tantum abest ut eius in uos liberale aliquod beneficium extiterit, ut uel eum alienarum potius fortunarum depredatorē, uel aperta demonstratione intellexeritis. Itaque cum hæc expenderit, aliāq; in memoriam reuocaueritis, hac uia quæ uobis uidebitur quissima, decernite. Abunde enim uobis probatum est cū testibus, tum argumentis & necessarijs & probabilibus, quòd isti se omnia mea accepisse cōfitentur. Hæc autem se impendisse dicunt, cum tamen non impenderit, sed penes se omnia habeāt: quæ in animū reuocantes, oportet uos aliquo modo de nobis esse in conseruandis fortunis sollicitos. Et sic uobis persuadentis uelim, quòd si ego uestra opera, mea recuperaro, obire et iurè quidē munia liturgiæ nō recusabo: et simul gratias habebō, quòd mihi æquitatis habita ratione, meas facultates mihi reddideritis. Sin uerò istum meorum dominum effeceritis, is planè horum nihil factururus est. Nolite enim putare, ipsū eorum causa quæ se accepisse negat, in uestram gratiam liturgias obire uelle. quin potius existimate, ipsū ea quæ habet relaturum esse, ut iure absolutus esse uideatur.

ARGVMENTVM ORATIONIS PRO TUTELA  
contra Aphobum, eodem interprete.

**D**emosthenes Pæaniensis, Demosthenis Oratoris pater, moriens, liberis suis (duos enim reliquerat, Demosthenē filiū, et filiā) eorumq; pecunijs curatores tres præfecit. Duos quidē affines, Aphobū et Demophontē: unū uerò amicū a puero, Therippidē. et Therippidæ quidē dat minarū septuaginta usum fructū, dū Demosthenes filius sui iuris factus esset. Demophonti uerò despondet filiam, iubens illam dotis nomine duo talenta accipere. Aphobum uerò uult suam quidem uxorem, liberorum matrem, Cleobulam nomine, Gilonis filiam, uxore ducere: minas octoginta largitus. Ac simul uult ipsū uti & domo, & domus totius supellectile, dum Demosthenes uirilem togam sumpserit. Isti pecunias legatas confestim accipiunt. Defuncti autem uxorem neq; Aphobus duxit, neq; Demophon filiam. Cum itaq; administrarent facultates talentorum quatuordecim, ut Orator demonstrat, deberentq; talenta triginta ex scenoris perceptione persoluere & reddere: pauca admodum redderunt Demostheni in uiros adscripto. Quamobrē actionem instruit et adornat tutelæ nomine, tutelariā, contra Aphobum, decem talentorum iudicium sortitus. Nam cum ille tertium locum inter curatores obtineret, tertiam partem pecuniarum debebat, quas colligit Orator, cū ex sorte, tum ex usura contra Aphobum, ut rationes quibus ipse se tuebatur, irritas faceret: et obiectiones, quibus in aduersum nitebatur Aphobus, eluderet. Hæc oratio habita est. Habet uerò etiam eorum quæ prædicta sunt, repetitionem.

LI

DEMOSTHENIS







ELOGIUM BASI STATVAE DEMOSTHENIS

athenis inscriptum.

Εἰ ποτ' ἴσων εἴωμην γνώμῃ Δημοσθένος εἶχες,  
 Οὐ ποτ' ἀν' Ἑλλάνων ἦξεν Ἄρης μακεδῶν.

Ibidem Latine.

Huic si quantum animo, uigisset corpore robur,  
 Non subeat, Macedo, Græcia uicta iugum.

MONETARVM SEV NUMMORVM

ATTICORVM AD GALLICA

numismata reductio.

Drachma	} ualeat	} obolos sex. septem denariolos gallicos. solidos tres cum semuncia. minā unā, id est libras Turonēses 17. cū solidis 18 aureos 7. cum solidis 35. talentum aureos gallicos solatos quadringentos sexaginta
Obolus		
Drachma		
Centū drach.		
Mina		
Sexaginta mi. Talentum		

ta sex, cum solidis 30. ita ut Aureus sit solidorum 45. quanti scilicet hodie fit, & à nobis hac tota supputatione estimatur. Nam olim aureus tantum erat solidorū 35 quæ ratione aurei erant in talento sexcenti.

14 talenta	} ualēt	6533. coron. 51 f.	1000 drach.	} ualēt	77. coron. 35 f.
50 minæ		388. coron. 40 f.	1600 minæ		12444. coron. 20 f.
2 talenta		933. coron. 15 f.	400 minæ		3111. coron. 5 f.
8 minæ		622. coron. 10 f.	70 minæ		544. coron. 20 f.
30 minæ		233. coron. 15 f.	2000 minæ		15555. coron. 25 f.
25 minæ		194. coron. 20 f.	8 talenta		3733. coron. 15 f.
500 drachmæ		38. coron. 40 f.	15 talenta		7000. coron.
76 minæ		591. coron. 5 f.	3 talenta		1400. coron.
5 minæ		38. coron. 40 f.	3 minæ		23. coron. 15 f.
6 minæ		46. coron. 30 f.	60 minæ		466. coron. 30 f.
30 minæ		233. coron. 15 f.	15 minæ		116. coron. 30 f.
40 minæ		311. coron. 5 f.	28 minæ		217. coron. 35 f.
12 minæ		93. coron. 15 f.	5 talenta		2333. coron. 30 f.
7 minæ		54. coron. 20 f.	10 talenta		4666. coron. 30 f.
4 talenta	1866. coron. 30 f.	18 minæ	140. coron.		
80 minæ	622. coron. 10 f.				

Reliqua, has ratione facile deprehendes. Nam hæc in rudiorum gratiam à nobis sunt excerpta, & hoc ordine digesta.





ΕΠΙ ὧν διαφερόμεθα. id est, μάχόμεθα, ἐναντιώμεθα. de quibus ambigimus, disceptamus. Siquidē διαφέρομαι, τὸ μάχεσθαι. Ἐναντιώμεται, id est cōtendo et disideo significat. Vnde διαφορὰ μάχη, lis et contentio. Et διάφορον πρᾶγμα, res controuersa. Et διαφέρεσθαι ἐαυτῶν, est secūdiscrepare, minimeq; cōsentanea dicere. Inde formulæ dicendi, διαφέρεν τὸν ἑαυτῶν φέρειν, est suffragiū et sententiam ferre. id est, πείνειν ἑαυτῶν, ἢ γνώμην δίδου. Διαφέρω autem significat præsto et excello. ut, Διαφέρω ἀρετῆν, præsto uirtute.

Ἐπιτρέπειν τοῖς οἰκείοις, est rem amicorum arbitrio permittere, in amicorū arbitrium compromittere, compromissum facere, unum aut plures causæ disceptatores facere, alioqui eius rei iurisdictionē nō habentes.

Ὅθεν ἂν ἐκεῖ δικῶν, ὅθεν πρᾶγματῶν. neq; ijs accusationibus, neq; his litibus et cōtrouersijs opus esset. Δικῶν, id est γράφων. nam Δίκαι, κρίσεις ἢ γράφαί. id est accusationes, dicuntur. unde hæ formulæ dicēdi: Δίκην ἐπάγειν, dicam impingere, diem dicere, et criminis postulare. Et Δίκην τῆς ὑδιτροπῆς λαχόνειν, actionem tutelæ intendere. Πράγμα autem μάχη ἢ διαχερεία, negotiū et molestia. ὡς καὶ κῶν χρωδῶνται τῆ λέξει οἱ παλαιοί, unde πείγμαται πείρειν, est negotium faceffere.

Παρασκιάσαι. Δου δυνάμενος, rerū forensium peritos. nam Παρασκιάζομαι significat, peritus sum rerum forensiū, ambitu et apparatu in litibus utor. Verbum est, inquit Budæus, coitionis improbadæ, quæ aut ad necē alicuius, aut perniciem pertinet. unde πῆρασκιάειν, eiusmodi hominū appositorū coitio ad reos opprimendos, uel pœnæ eximendos cōtra iuris æquitatē et legum interdicta. interdum in bonam partem, ut πῆρασκιάσαι δέμας, sicut subornare testem. Eiusmodi rerum forensium peritos Budæus in forensibus uocat experientes et stratagematicos, hydras sophistrias, et philothesitas. His opponuntur, imperitus litium agendarum, rerum forensium insolens, qui nondum nouit forensis disciplinæ incunabula et rudimēta.

Ἐἰς ἀρῆνα καὶ δίσωδου, id est ἀπειθεῖν, accusari, et in periculum adduci. Nam καὶ δίσωδου, est καὶ τῆς ἁγῶν, ἢ εἰς δίκην σῆριον εἰσάγειν, periculū tibi creo. Et ὁ εἰς ἀγῶνα καὶ δίσωδου φησὶ δicitur ὁ κενὸν νόον, ὁ κατῆχερῆ μινος, id est reus.

Τὴν ἑαυτοῦ δίκην φέρειν, id est, sententiam ferre. ἑαυτοῦ δὲ κριῶς ἢ ἀπόφασις, οὐχ ἢ κρίσις. Est etiā ἑαυτοῦ, calculus non modò τῆν λογιστικῶν, id est supputantium, et rationes subducentium, sed etiam suffragia ferentium in comitijs. Erant autem calculi iudicium uarij. αἱ μὲν ἦν πετρημενῶν, ἢ μέλαινα, ἢ ἴσσην καὶ τῆν ἑαυτοῦ λογιστικῶν, αἱ δὲ ἄτρητοι καὶ λευκοί, ἢ ἴσσην αἱ ἀ-

πολογιστικῶν. Inde ἑαυτοῦ ὁρίζομαι, ἢ ἐλεῖδου: ὁ καὶ θαρῆσαι ἢ ἀναρῆσαι, calculi salutare et poxij.

Ἐν τῆν κῶντα μιν εἰσενεγκῶν. Εἰσφέρωμαι, in medium assero, introduco, importo. Aliud est εἰσφέρειν, nempe tributum pendo, confero, pensito. Et εἰσφέρειν τὸν νόμον, est legem ferre et rogare.

Ἐγὼ ἀνὴρ εἶν δοκιμασθεῖν. Dū mei iuris essem factus, meæ tutelæ cōmissus. Δοκιμάσασθαι enim dicuntur adolescentes, qui tutelæ suæ permittuntur, id est μακίπυδι τροπυόμωνοι. Et δοκιμασθεῖς, εἰς ἀνῶσθαι ἢ δὴ ταχθεῖς, ἢ ἐγγεγραμμένος, ἢ πειλῶν ἀξίωτος φησὶ.

Τὸν λαὸν ἔν, ut est apud Suidam, nomē est æquiuocum. interdū enim nomē est τῆ σαθμῆ, id est libræ, seu trutinæ. et significat ἢ τὸ ὄργανον, ἢ τὸ ἀντὶ σαθμολογία, id est trutinā ipsam, et quæ in ea appenduntur. unde τὸν λαὸν ἔν, pondero. Itē significat maximam copiā auri et argenti. Tertiū est ἢ ἑσπῆ, momentum lancis huc illuc inclinantis, ἢ κινήσις ἀδίαστατος. τὰ λαὸν τὸν δὲ πῆρα τῆ δέει γράφῃ, ἢ ἀνῶσθαι τῆ μὲν ἐκείνη δέει χείρις. Talentum, inquit idem, in sacris scripturis, est cælitus unicuiq; infusa diuina gratia. Est autē talentū multiplex: talentū Atticū minus est, ut sex. Babylonicum, ut septem. Atticum maius, ut octo. Aegineticum, ut decē. Hebraicum minus, ut duodecim: maius, ut uiginti quatuor. De Attico nobis est sermo. Atticum maius erat minarum octoginta, minus minarum sexaginta.

Ἐν τῆν χρημάτων. χρημάτων appellatione, inquit Budæus, tam mobilia quàm immobilia continentur. Et tam latè patet hoc nomen, quàm pecuniæ uocabulum apud latinos, ut etiam corpora significet. Hoc autē nomine ὀυσία, ἢ κῆματα, βοσκῆματα cōprehenduntur, id est, τὰ ὄντα φησὶ τὰ ὑπέρχοντα, id est facultates, opes, fortunæ. Dicuntur autem κῆματα τὰ πῆρα τὸ κῆμα εἶν, unde et κῆμα τῆ δέου, quæστὸν cōsecrari. et κῆμα πικρὸς, diues. κῆμα πῆσις, quæstor pecuniariū, uel qui impiger est ad rem augēdam. Et κῆμα πῆσις, ars cæconomica et quæstuaria.

Ἀνθρώπου. Ἀνθρώπου δὲν ἢ λέξις δὲ λαὸν πῆσις δέ λος, ὡς ἀνθρώπων ὄντας πόδες, δηλονότι τῆν δέσπο τῆν ὑπόκειται γὰρ τῶ δέσποτι ὁ οἰκίτης, καὶ δάπῃ ὁ πῆσις τῶ ὄλω καὶ ἀνωτέρω σώματι. Dicitio seruū significat, qui ueluti domini pes est. Seruus enim domino subijcitur, uelut pes toti et superiori corpori. Ἀνθρώπου δῆσις, ὁ πῆσις ἐλευθέρου καὶ τὸ δολέμωτος, inquit Suidas, id est fur manciparius et plagarius, ingenuos seruituti mancipans et uendens. πῆσις τὸ ἀρῆσθαι αἰσῶρα, τῶτ' ἐστὶ πωλεῖν. Et αἰσῶρα ποδίζω φησὶ αἰσῶρα ποδίζομαι, mancipio.

Κεφάλαιον, id est summa. unde κεφάλαιον συνάγειν, id est κεφαλαίουσθαι, summam colligere, summam dicere. quod etiā dicitur κεφαλαίω, et οἱ κεφαλαίω. Et



λαίω. Et τὰ κεφάλαια, id est ἀρχαία τῶν χρῶν, id est fors et caput unde reditus manat. paulo post dicit, ὡν γινέται ἢ τοῦ ἀρχαίου κεφαλαίου, quorum summa fors est, etc. Suspicatur tamen Budæus, dictionem κεφάλαια ἐ ἄκρῳ ἐν paginam irrepsisse.

Drachma, quæ et ὀλκὴ dicitur Dioscoridi, præter notam significationem, significat pondus denarij Romæ. pædet aut denarios tres. unde uetus aureus gallicus, qui est solidorum 50. drachmalis est, id est pædet denarios tres auri. Porro drachma auri ualeat solidos duos et quadraginta: argenti uerò drachma, tres solidos cū semisse. unde apparet nummi capitati (testule uocant) tres drachmas ualorem æquare, si legitimā eius æstimationē, nō eam quæ in usu habetur, spectes. legitima quippe capitati æstimatio est solidorum decem cum semisse. Est autem Τάλαντον, ὡς φησὶ Διόδωρος ἐν τῷ πρῶτῳ βιβλίῳ, μῶν ξ' ἢ ἵ μῶν, δραχμῶν ς' ἢ ἵ δραχμῶν, ὀβολῶν ξξ. ὁ δὲ ὀβολός, χαλκῶν 5'. ὁ δὲ χαλκός, λεπτῶν ζ'. id est, talentū est minarū 60. mina est drachmā 100. drachma obolorū 6. obolus chalcō seu æreolo rū 6. Chalcos lepta 7 cōtinet. lepta indiuidua manent.

Τίμη τὰ εἰσέφερον, ἀντὶ τοῦ τιμήματα, inquit Budæus. Est autem τίμημα, census. unde πρῶτον, δύναντον, τρίτον τίμημα.

Δύο ἔργα στήρια. Ἐργα στήριον officina dicitur et fornix, id est domus meritoria. unde ἐπὶ ἔργα στήριος καὶ δῆδῃ mulier ea dicitur, quæ prostat, et publice meret stipē. unde ἔργασία, καὶ τὸ ἔργον, lucrum, quæstus, et uisura. Ab hoc cōponuntur, ἐνοργος ὁ ἄδρῳς. ἐνοργὰ χρέματα, sunt pecuniæ quæstuosæ et scenus pensitantes, siue pecuniæ scenore occupatæ.

Ἄργα αὐτὴ χρέματα, ἢ δάνεια ἄργα, quæ compediunt nullū adferunt usurarū: quasi ἄδρῳς, καὶ μὴ ἔργα ζόμνια. Et ἄργα ῥήματα, inquit Suidas, ὅσα ὄντισιν οὐ φέρει ψυχῆς, otiosa uerba, quæ animo utilitatē nullā adferunt. paulo antè dixit Orator, Δεῖ δὲ ἰγ καὶ β' εἰς τὸν νόμον ἀκῶσαι τὰ π' ἐνοργὰ ἀντὶ τῶν, καὶ ὅσα ἦν ἄργα.

Μνῆς ἀπέλας. Ἀ πλῆ, ἀπέπαινα. ὡς πολυπλῆ, τὰ πολυσάπαινα. id est immunita, et à sumptu libera: ut cōtrà sumptuosa, censui obnoxia. unde ἀπέλας, ἀλειτουρησία, immunitas ἔρ uacatio à publicis muneribus. Suidas. Munera aut publica uno liturgiæ nomine dicebantur, quæ et τέλη et εἰσφορὰ etιά dicebātur. Genera munerum sunt, Choregia, quæ impēsas choro suppedabat, inuenta ludorū Liberaliū tēpore, et Panathenæorū. Ἐσιασις, cōuiuatio, seu epulum tributim exhiberi solitum. Gymnasiarchia, oleum palæstræ suppedabat priuato sumptu. Εἰσφορὰ, collatio ad militum stipendia. λειτουργεῖν ergo, τὸ κτ' νόμος δίδόναι. ἄργον γένεθ, τὸ ἀφ' ἑαυτῶν, καὶ χρημῶν, τὸ ἀπ' ἑμαυτῶν καὶ χρηρῶν αἰσῶν καὶ ταβάλλω.

Τετράκοντα μῶν ἔσποκίμενους. τὸ ἔσποκίμενον, ἢ ἔσποδῆκη, καὶ τὸ οἰέχρον, id est pignus. Νὰ ἔσποκίμεναι, est pignori opponere, ὅπῃ δὲ τὸ δανείζομαι, id est τὸν τὸ οἰέχρον δίδόντος. ἔσποκίμεθα

δὲ, pignori datū accipere. ὅπῃ δὲ τὸ δανείζομαι. Dicitur τὸ κεκῆμῆνον π καὶ τὰ κτήματα ἔσποκίμεναι, syngrapha nexū inire corporis, hominē pignoraq; obstringere, fortunarium possessorem possessionesq; obligare. ὑποδῆκη, τὸ οἰέχρον, πτῶδῆκη δὲ ἢ πτῶτα δῆκη, τὸ δὲ δέν πνὶ πρὸς συνθήκῃν Σ φυλακῆν. Illud pignus, hoc depositum, seu rem adseruandam alicui datam significat.

Ἐπὶ δραχμῆ δὲ δανείζομαι. Sicut ὁ κίχρῶς est, qui utendum dedit: et ὁ κίχρῶμος, qui utendum rogauit: ita ἔρ δανείζων, qui dedit pecuniā, id est scenerans: et δανείζόμενος, qui accepit pecuniā. Δανείζόμενοι δὲ, ὄν μόνον οἱ λαμβάνοντες, ἀλλὰ καὶ οἱ δανείσαι. Δανείζόμενοι: interdum dicitur non solum ij qui accipiunt, sed ἔρ qui dant, id est sceneratores ipsi.

Ἐπίπλα, ἢ μὴ ἔγγεος κτήσις, ἀλλὰ ἰδίπλατος, ἢ τὰ ἐξέπιδωκῶν σκευῶν. id est, Possessiones nō abditæ, nō terrenæ, aut immobiles, sed mobiles, superficiariæ et cōspiciuæ, suppellex. Hoc autē nomine comprehenduntur mensæ, trapezophora, tretellos uocamus, deliaca, subfella, scamna, lecti, culcitra, toralia, mappæ uillosæ, pelues, aquiminaria, id est uasa ferūdis aquis deputata: candelabra, lucernæ, trullæ, uasa ænea, uitrea, escaria, potoria, armaria, capsæ, ἔρ cætera id genus.

Διακεχρημένον. ἀντὶ τῶ κτ' μέρος δὲ δανείζομαι. Ἄ δὲ τὸν τὸν ἔργοντα ἐλέγξω. Legendum ἐλέγξωσιν, καὶ ἐπειδὴ εἶχεν ἐκ τῶν μείλων. Legendum μείλων, in participio masculino.


Τριεραρχος. τριεραρχία, λειτουργία πρὸς Ἀθηναίους διαπραχῆς. εἰδὲ τὴν τριεραρχίαν πρὸς τὸν πόλεμον ἐν πρῆπῃ, ἀπὸ πρῆσκειάζειν ὁ εἰς τὴν λειτουργίαν τὴν πρῆσκειάζειν. Suidas. unde τριεραρχία, τὸ εἰς τὴν τριεραρχίαν αἰσῶμα, sumptus in truremem. De munerū generibus paulo antè diximus.

Περίχρυσίδων. χρυσιδίων, τὸ μίσηρον χρυσιδίων. ἔσποκίμενος. Les bagnes ἔρ ioiaulx.

Ἐπὶ οἰνεία ὀβολοῖς. Nouem obolum usuram pendere. quo loco nouem obolos pro sesquidrachma posuit. Nā drachma, ut supra dictū est, obolos sex ualeat. Pollux in 9. et Budæus lib. 4 de Asse. Quod aut dicit, legē iubere dotem restitui, intelligit legē actionis uxoriæ. Ita enim et in oratione κτ' νεαίρας scripsit Orator: νόμος κελεύει, εἰάν ἀρῶμπῃ τὴν γυναῖκα, ἀρῶμπῶναι τὴν προῖκα. εἰάν ἢ μὴ, ἐπὶ οἰνεία ὀβολοῖς τοκοφρεῖν. Lex iubet, eum qui uxorem repudiarit, dotem restituere: alioqui more tēpore interusurū pendere sesquidrachmale. Quod aut dixit, μάλιστὰ τρία τάλαντα, id est largē, siue cumulatē, siue cum accessione, dixit pro tribus talentis ἔρ quadrante.

Ἀπέφηναι. Lege ἀπέφηναι. in tertia persona aoristi ἄ indicatiui.

Τριάκοντα τῶν ἔχει. Triginta minæ quotannis tricies duodenas drachmas pariunt, id est trecentas et sexaginta: quæ octies ductæ, duo millia ἔρ octingentas octoginta drachmas ualēt. Hoc aut loco Orator auxit





numerum una mina, & quinta parte minæ. Superiore autem diminuit, uel quia, ut inquit Budæus, exacti calculi tædiū euitare uolebat, uel ut summas potius rotundas faceret. Utrobique tamen clarum est, drachmalē usuram dixisse, quam Latini centesimam dicunt. Est enim drachma, centesima pars minæ. Sic fit, ut centesima usura æquare sortem dicatur, quia centesimo mense drachma in minam euadit: id est, octauo anno, quatuor mensibus superadditis.

Αποφαίνουσιν. Αποφαίνω uerbū est ad rationes tutelares pertinens. et significat, in rationes refero, acceptas tutelæ fero, λογίζομαι. quo alibi usus est Orator, cum dixit, λογίζομένους ἑλαττον ἢ ὄν προσηκει. Significat etiam ῥοδίζω, demonstro, exhibeo: ut ἀποφαίνω διαδήκω, id est, φανεροποιῶν, edere testamentum, & exhibere. Et ἀπόφασις, commentarium, & index bonorum, inuentarium uocant.

Υπὲρ χρεως, ὁ πολλῶν πλεῖω τῆς οὐσίας ὀφείλων. id est, ære alieno obrutus supra facultates obrutus.

Συμβόλαιον. dictum, pactum, & conuentum. Νὰ συμβάλλω, & συμβόλομαι συμβόλαιον, paciscor, & conuenta in eo, significat. Et συμβόλαιον, ὁ ἐλάμβανον οἱ δικασταὶ εἰς τὸ δικαστήριον εἰσιόντες.

Δέκα δὲ ἑπτά δ' ἔργον ἀντὶ τῆς δύο ταλάντων. Ex his uerbis apparet, decies duodenas minas duo talenta ualere: qua ratione sexaginta minæ centenariæ talentum Atticum faciunt.

ἰδία ἢ ἐν τοῦτων ἄφοβον, etc. Ex his intelligimus, duo talenta & octoginta minas & septuaginta: id est, centum & quinquaginta tantum ualere, quantum quatuor talenta & ter millenæ.

Δuois δεύσεως εἰκοσι μῖνας. Lege duoῖν, id est, uiginti minis, duabus deceptis: seu, duodeuiginti minis. Ita enim Latini græcorum imitatione dicunt, ut, duoῖν δέοντα ἐν τῷ τῷ. id est, duodecentis annis. sic duoῖν δέοντα εἰκοσι, duodeuiginti.

Κακουργῶσιν ἑκάστος. κακουργεῖν, est dolose in suo munere uersari: κακούργοι, οἱ λησταί, οἱ οὐλοδοταί. id est, latrones & insidiatores. et κακῆργημα, dolus malus.

Ἐρωτηθεὶς δὲ ἔσθ' ὅτι διαίτησός. Διαίτησις, κριτής, ἢ ὁ μὴ κτ' κληρὸν δικαστής. Ἄρετος διαίτησις, arbiter sicut autem κατὰ δικαστήριον, ἢ κατὰ γνώσκω, id est, damnare, de iudice dicitur: ita κατὰ διαίτησιν, de arbitro. cui opponitur ἀρδίαται, id est, absolueret, quod arbitri est.

Ἦως ἤν τεύτη τῆ πρῶκλήσει. Πρωκλήσις est aduocatio, id est aduocati & corrogati ut adsint in iudicio, uel concioni, ut faueant uel concionanti, uel causam dicenti, unde πρῶκλήσις, aduocatus et fautor, et sic aduocatus & accersitus. πρῶκλήσιοι μάστρες, aduocati, & ut uulgo dicitur, adornati testes.

Ὀίκον, id est, domum, Oratores græci pro uniuersis

facultatibus & censu accipere solent: quem dicendi modū Galli imitantur. Quod autē domuum locatione Demosthenes dicit, id de domo instructa, de seruis, officinis & opificibus est intelligendum.

Ἡ τὴν μὲν φανεροποιῶν. Lege δε, in articulo masculino.

Τούτῳ μὲν ἐὰν κατὰ μίσησθε πικρῶν. Notat Budæus, fortasse τούτῳ in genitiuo legēdum esse, hoc sensu: Si hunc in litiis æstimatione damnaueritis, nō ex sua pecunia iudicatum facturus est, sed ex mea, quam ipse domum suam auertit. Et cum mihi minor sit census eius summæ sexta parte, non modō paternis bonis euer sus ero, sed præterea ignominia notatus propter famosum iudicium, et quia iudicatum facere non potero.

IN SECUNDAM ORATIONEM Adnotationes.

Διωμογμῶν. Legendū est, Διωμολογημῶν.

Ἀντιδοσὶν ἐπ' ἐμὲ πρῶτον ἀσσοῖ, τοὺς εἰς λειτουργίαν πρὸ χειροτονουμένους, ἢ μὴ βουλομένους λειτουργεῖν ἡδὲ πρὸ φασιν πινίας, ἀντὶ τὸ ἰδόν ἐπερὶ τὰς ἐκατὴν οὐσίας. λέγοντες, εἰ λάβωσι τὰς ἐκατῶν, λειτουργεῖν. ἐξ ὧν ἡναγκάζοντο ἢ διδόναι τὰς οὐσίας οἱ πρῶτα τῶν μὲν, ἢ λειτουργεῖν. τὸ δὲ ἀντὶ τὸ πινίας τὰς ἐκατῶν οὐσίας, ἢ λαμβάνειν τὰς ἐπερὶ τῶν πρῶτων τῶν ἰσομένων λειτουργεῖν, ἐλέγχο ἀντιδοσὶς. Suidas. Antidosis erat actio quædam, uel conditionis ferendæ facultas, legibus Atheniensium prodita. Nam cum quispiam ciuis Atheniensis, muneri cuiuspiam publico nō personali, sed patrimoniali fungendo designabatur, ipse si imparē se ei functioni existimabat, tenuitate suarum fortunarum excusans, muneris functionem detrectabat: licebat primo cuique uolenti, uel in comitijs, uel alibi, muneris detrectatorem τῆ ἀντιδοσὶ ἀγγεῖν, et πρὸ καλῆ ὄψε, ita ut fortunarum permutatione hominem prouocaret, munerisq; functionem ea lege sibi posceret. Id autem ἀντιδοσὶ τὴν οὐσίαν dicebatur. Ἀντιδοσὶς author fuit Solon.

Γραμματεῖον. tam latè patet hoc nomen, quam tabularum apud Latinos. Significat autem quodcumque uolumen, & libellum, & tabellam, acta publica, documenta literaria, syngraphas et tabellas iudicum. quod & Ληξιαρχικὸν Plinio dicitur: & λευκῶμα, id est, γραμματεῖον λευκῶμα, albo colore inductum.

Ἐπωβελία. uerbū frequens oratoribus. Ex eo autē dictum est, quod in quamlibet drachmam reus obolo multaretur, cum seni essent oboli in drachma. Erat ergo epobelia in hoc iudicio, sexta pars æstimationis litis: id est, minæ centum. Litis autem æstimatio erat decem talentorum, quæ a tutore petebat, quanti scilicet census ipse fuerat. Decem autem talenta, sexcentas minas continent.

FINIS.







PL  
narratio  
XV  
Schifto  
rifs  
HIERO  
DEMOS  
XV, XVI